This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

HX 15SC A

Ger 95.37.20



Harvard College
Library

By Exchange

B. BVRCARD GOTTH. STRVVII ICTI

IVRISPRVDENTIAE HEROICAE

SEV

IVRIS

QVO ILLVSTRES VTVNTVR PRIVATI

PARS V.

OPVS POSTHVMVM
QVOD
EX B. AVCTORIS SCHEDIS EDIDIT
SIMVLQVE
VARIAS OBSERVATIONES
ET INTEGRAS DISSERTATIONES
INSERVIT

D. IO. AVG. HELLFELD
CVRIAE PROVINC. ADVOC. ORD.

IENAE
APVD IO. ADAM MELCHIORIS VIDVAM
M DCC XXXXVII.

Ger 95.37.20

HARVARD COLLEGE LIBRARY
BY EXCHANGE
17 JUN 1933

CAPVT I.
DE
PATRIA ILLVSTRIVM POTESTATE
SECTIO I.
IVRIS EXHIBENS PRINCIPIA
PROPOSITA
A
IO. AVG. HELLFELD.

SVMMARIA.

§. I.

Quinam ſint fontes, ex quibus illuſtrium patriae poteſtatis iura profluunt.

§. II.

Patria poteſtas in iure naturae eſt fundata.

§. III.

Parentes ad liberos educandos ſunt obligati.

§. IV.

Parentibus ius eſt liberos educandi.

§. V.

Liberi ſunt τὸ ſuum parentum.

§. VI.

Inde parentum in eos poteſtas.

§. VII.

Quae patri aeque ac matri competit.

§. VIII.

Iura matris illuſtris poſt mortem patris.

§. IX.

An quoque auo patria tribui queat poteſtas.

§. X.

Patria poteſtas in legitimos ſolum competit.

§. XI.

Iura parentum ex eorum poteſtate proſpiciendi liberorum felicitati profluentia.

§. XII.

Iura, quae ex poteſtate liberorum dirigendi actiones competunt.

§. XIII.

Parentum ius circa liberorum bona.

§. XIV.

Eorumdem ius liberos vindicandi.

§. XV.

Ius imperium in liberos exercendi.

§. XVI.

Poteſtas cogendi. Ex qua

§. XVII.

Enaſcitur ius puniendi iudicandique de liberorum cauſis

§. XVIII.

Libera diſponendi de liberis facultas limitatur lege.

§. XIX.

Hinc τὸ ſuum liberis auferri nequit.

§. XX.

Imo imperfectiores reddi non debent.

§. XXI.

Parentes ius in liberos ſibi competens in alios quidem iure transferunt, aſt eos in deteriorem detrudere nequeunt conditionem.

§. XXII.

Regula generalis de modo puniendi liberos.

§. XXIII.

Poenae emendationi liberorum eſſe debent ſufficientes.

§. XXIV.

Leniores durioribus ſunt praeferendae.

§. XXV.

Liberi occidi, mutilari et in ſeruitutem detrudi nequeunt.

§. XXVI.

Variae gentes parentibus vitae necisque poteſtatem in liberos dederunt.

§. XXVII. et XXVIII.

Modi ſoluendi patriam poteſtatem.

§. XXIX.

An patri imperanti in liberos ciuile competat imperium.

§. XXX. XXXI. XXXII.

Summo imperanti in liberos ciuile competere imperium tribus docetur argumentis.

§. XXXIII.

Idem de imperii ſtatibus eſt affirmandum.

§. XXXIV.

Sunt tamen, qui contrariam tuentur ſententiam, quorum argumenta recenſentur. Et

§. XXXV.

§. XXXV. - XXXIX.
Refutantur prolixe.
§. XL.
Status imp. iisdem quoad P. P. iuribus vtuntur, quibus ſupremi imperantes.
§. XLI.
Eadem, quae naturae leges concedunt iura, patri competunt imperanti.
§. XLII.
Imo plura adhuc vi imperii habet.
§. XLIII.
Liberi ſunt ſubditi eminentiores.
§. XLIV.
Pater illuſtris intuitu liberorum duplici gaudet perſona.
§. XLV.
Inde duplicis generis fluunt officia.
§. XLVI.
Pater illuſtris ad alimenta liberis tenetur eaque iure exiguntur perfecto. Quid deſuper in domo Schwarzburgica conuentum.
§. XLVII.
Aliae de alimentis controuerſiae memorantur.
§. XLVIII.
Eadem et filii vxori et nepotibus debentur.
§. XLIX.
Quatenus illuſtrium liberi tranſigere et paciſci poſſint.
§. L.
Quatenus eorum nuptiae ſubſiſtant inuitis contractae parentibus.
§. LI.
Ius parentum in bonis liberorum.
§. LII.
An filio illuſtri exceptio SCti Macedon. competat.
§. LIII.
Liberi illuſtrium conſentiente patre condunt teſtamenta, contrahunt et donationes a patre accipiunt.
§. LIV.
Ius puniendi patri competit.
§. LV.
Si in modo puniendi et patris et imperantis officia ſimul obſeruari nequeunt, praeualent illa imperantis.
§. LVI.
Aggratiare debet liberorum delicta pater ſimul imperans, vt
§. LVII.
Et patris et imperantis ſimul officiis ſatisfiat.
§. LVIII.
Quod tamen tunc ſolum locum habet, quoties aggratiando et reipublicae et liberorum ſaluti conſuli poteſt.
§. LIX.
Tranſitus ad ſpecialia poenarum genera.
§. LX.
Illuſtris pater mitigare poteſt poenas in ſacro ſtatutas codice poſitiuas.
§. LXI.
An filius erroneam amplectens religionem a ſucceſſione excludi aut morte puniri queat.

§. LXII.

Quomodo coerceatur filius officia erga ſeipſum negligens.

§. LXIII. et LXIV.

An filius ob improbos mores a regni ſucceſſione poſſit excludi.

§. LXV.

Tranſitus ad officia liberis erga alios obſeruanda.

§. LXVI.

Quaenam patri competant media contra filium ad auertendum vitae membrisque imminens periculum.

§. LXVII.

Exempla huc pertinentia.

§. LXVIII.

Depulſo periculo quaenam media coercendi patri tribuenda.

§. LXIX.

Lenitatis paternae exempla.

§. LXX.

Pro conſeruanda dignitate pater contra filium quaelibet honeſta habet media, imo ad caedem liberorum ea poteſt extendere.

§. LXXI.

Quod exemplis illuſtratur.

§. LXXII.

Aſt depulſo periculo ſola locum habet caſtigatio.

§. LXXIII.

In qua tamen circumſpectione opus eſt.

§. LXXIV.

Quaenam ad τὸ ſuum conſeruandum pater habeat remedia.

§. LXXV.

Quomodo coercendi ſint liberi officiorum erga alios violatores.

§. LXXVI.

Leges humanas temerantes liberi ex rigore non ſunt puniendi.

§. LXXVII.

Patri illuſtri ius eſt liberos vindicandi.

§. LXXVIII.

Patria iura quatenus ex imperio profluunt ciuili proſcriptione finiuntur.

§. LXXIX.

Quatenus dignitate finiatur P. P.

§. LXXX.

Obligatio liberorum intuitu parentum.

§. LXXXI.

Obligatio ad gratitudinem erga parentes durat, licet filius imperans pater vero priuatus ſit, inſerta eſt prolixa relatio de eo, quod inter hodiernum Regem Sardiniae et patrem poſt huius abdicationem eſt actum.

§. I.

§. I.

Qui de principiis, ex quibus patria illuſtrium iura diiudicanda veniunt, aliquid tradiderunt, omnes fere affirmant, patriam illuſtrium poteſtatem iure cenſendam eſſe priuatorum (a). Et recte, ſi haecce eſt ſententia, illuſtrium eadem eſſe officia, eadem iura, quae naturae inſtinctus priuatis imponunt, quaeue his recta tribuit ratio, minime vero iis aſſentior, qui parentes illuſtres legibus priuatorum ciuilibus adſtringere, imperiique praeſertim proceres ſolo Romanorum iure pontificumque decretis iudicare conantur. Nam licet in doctrina de patria illuſtrium poteſtate iuri Romano et canonico non omnem derogare velim auctoritatem, concedere tamen haud poſſum, illuſtrium tam liberorum quam parentum conditionem ſecundum ſola iura Romana ſeu pontificia indiſtincte eſſe diiudicanda. Iubet hoc conditio illuſtris. Eſt enim duplex illuſtris patris in liberos poteſtas, imperantis nempe et patris, et inde multa permiſſa ſunt imperanti, quae patri prohibita ſunt priuato, imo illuſtrium liberi permittente patre multa poſſunt, quae legibus interdicta ſunt ciuilibus, dum limites, quos ciuitatis leges liberorum ponunt libertati, a patre vi imperii, quo gaudet, tolli poſſint pro arbitrio. Inde de patria illuſtrium poteſtate acturi, quae parentibus natu-

 rae

(a) GRIEBNER *delineat. iuriſpr. priuat. ill.* Lib. I. cap. IV. §. I. KEMMERICH *introd. ad ius publ.* lib. VIII. cap. IV. §. I. ILL. MOSER *Staats-Recht* lib. III. cap. 114. §. 3. ILL. MASCOV. *princip. iuris publici* Lib. VI. c. VI. §. 3.

rae leges permittant, quaeue ciuitatis ſtatus et imperantis conditio addat, tradere conſtituimus (b).

§. II.

Si qui ſunt, erunt autem non pauci, qui patriae poteſtatis fundamenta in legibus naturae quaerunt; horum et nos ſententiae adiicimus calculum. Licet enim decepti §. 2. Inſt. *de patria poteſtate* quidam ſibi perſuaderi paſſi ſint, non aliis, quam Romae ciuibus patriae poteſtatis iura competere; hi tamen aut de ſingulari patriae poteſtatis, quam Romae induebat forma, loquuntur, aut eorum opinio nimio, quo in ius Romanum feruntur, amore innititur. Sed his contradictorem opponimus POMPONIVM, cui ob L. 2. *de iuſtitia et iure* litem denuntiamus: illis vero nos ipſi accedimus, ſperantes, eos rurſus in noſtras tranſituros eſſe partes, ſi affirmamus, patriam poteſtatem ea notione, quam nos aſſumimus, eſſe iuris naturalis. Interim ne precario nobis quid conceſſiſſe videantur, quae ſint lege naturali patriae poteſtatis iura, paucis explicabimus.

§. III.

Vt ſint, quibuscum veram communicare poſſit felicitatem, Deus homines produxit. Qui vt participes fiant felicitatis, non ſolum vt exiſtant, ſed quoque, vt felicitatis capaces ſint, Deus intendat neceſſe eſt. Iam ſi homines, prout a natura proueniunt, conſideramus, nihil eos praeter formam humani habere, et niſi educatio accedat, inſtar beluarum viuentes (c) verae in hac terrarum

(b) Haec patriae poteſtatis iura expoſuerunt ANGELVS BOSSIVS, PETRVS AERODIVS, PHILIPPVS PASCHALIS, FRIDERICVS LVDOVICVS HVNEFELD, ABR. A KERCKRAND. IO. CAROL. NAEVIVS. et FERDINANDVS AVG. HOMMEL.

(c) Notum eſt AESCHYLI dictum:

Ae-

rum orbe incapaces fore felicitatis, experientia edocemur (d). Hinc vt educentur liberi, Deus, qui vult eos vere felices, intendit. Et exinde parentum ad liberos educandos obligatio profluit (e).

§. IV.

Educatio in facultate proſpiciendi felicitati liberorum eorumque dirigendi actiones conſiſtit. Ergo Deus vult, proſpiciatur felicitati liberorum eorumque dirigantur actiones (§. III.). Hanc vero parentibus competere directionem ac iis proinde liberos educandi ius eſſe perfectum, mox probabimus.

§. V.

Exiſtentia liberorum a facto parentum communi tanquam a cauſa pendet efficiente, eamque ob rationem merito iis, quae τὸ ſuum conſtituunt parentum, connumerari queunt, qui eos quoque tanquam τὸ ſuum conſiderant et inter ſuas reputant delicias (f).

§. VI.

Ea autem legum naturalium eſt ratio, vt de ſuo diſponendi facultatem cuilibet concedant liberam eaque libertas conceſſa tamdiu praeſumatur, donec illa pacto vel lege

Aetas prima ceu brutum pecus
Vt educetur, mentis alienae indiget

Ab educatione tam liberorum quam temporum pendet felicitas. Eleganter igitur SCHEVRL. *polit. diſſ.* III. 2. *Si,* inquit, *de futuri ſaeculi republica prognoſticon quaeris, iuuentutem et educationem ſpectes et inde fauſta et infauſta quaeuis ominare.*

(d) CICERO *offic.* I. 34.

(e) KOEHLER *ius ſoc. et gent.* Sp. II. §. 124. HEINECCIVS *iur. natur.* §. 77. GVNDLING. *iur. natur.* c. XXVI. §. 2. ſqq.

(f) KOEHLER. *ius ſoc. et gent.* Sp. II. §. 200 GROTIVS *de iure belli et pacis* lib. III. cap. V. Dnus SCHIERSCHMID *Elem. iur. ſoc.* §. 470.

lege circumſcripta probetur. Hinc et parentibus de liberis tanquam de ſuo diſponendi ius eſt, donec lege aut pacto determinata eorum libertas probetur. Et haecce parentum diſponendi de liberorum actionibus facultas patria dicitur poteſtas, proinde in liberos patriam exercendi poteſtatem parentibus ius competit liberum, niſi vel lex vel pactum illud circumſcribat.

§. VII.

Fundamentum patriae poteſtatis eſt, quod liberi facto parentum procreati ad eorum τὸ ſuum referantur (§. V. et VI.). Iam vero nec ſolo patris nec ſolo matris, ſed vtriusque parentis facto liberi exiſtentiam nanciſcuntur. Hinc quoque nec ſoli matri nec ſoli patri ſed vtrisque parentibus regulariter patria competit poteſtas. Nihilominus tamen per pactum fieri poteſt, vt vel ſoli matri haec relinquatur poteſtas. Sic Amazonum regina ab Alexandro liberos quaerens conuenit, femineum ſexum ſe retenturam, marem patri reddituram (g). Simili modo inter Carolum I. A. R. et Henriettam Ludouici XIII. Galliae R. ſororem conuenit (h), quod filii et filiae, quae ex hoc matrimonio naſcantur, penes ſereniſſimam matrem minimum ad annum vsque aetatis decimum educentur. Aſt licet patria poteſtas matri aeque ac patri competat, deficiente tamen pacto ſpeciali, matris imperium illo patris eſt ſubordinatum, quod iam ſupra vberius monſtrauimus (i).

§. VIII.

Patria parentum poteſtas ad iura parentum ſpectat perfecta (§. V.). Huiusmodi iura ſicuti aliis cedere regula-

(g) CVRTIVS lib. V. cap. V.

(h) GRAMMONDVS *hiſt. Gall.* lib. XIII. p. m. 607. exhibet pacta dotalia, quae legi merentur integra.

(i) P. II. cap. VIII. Sect. I. §. 3. 5. 6. 7.

lariter cuilibet eſt liberum, ſic quoque nil obſtat, quo minus patria poteſtas vel inter viuos vel in mortis euentum in alios posſit transferri, ex quo tutela enaſcitur vel teſtamentaria vel pactitia. Iam vero mortuo illuſtri patre, ſiue teſtamento ſiue pacto liberorum minorennium tutelae eſt proſpectum, aut de ea nil plane eſt cautum. Priori caſu, ſola quidem mater illuſtris patria exercere nequit iura, aſt nec ab educatione liberorum penitus excludi poterit. Poſteriori vero, matri educatio liberorum erit relinquenda, ita tamen, ne regni ſeu prouinciae proceres excludantur, ſed potius ad curam educationis ſimul cum matre vocentur, quippe quorum vel maxime intereſt, principem regnandi artibus educari. Imo durante filii minorennitate regni ſeu prouinciarum regimen matri non poteſt denegari, niſi forſan leges ſeu conſuetudines regni vel prouinciae maternae contradicant adminiſtrationi. Dum enim regna populi conſenſu delata ex ſolis cum imperante initis pactis conſtitutisque legibus regantur fundamentalibus, dubium non eſt, quin per has mater ab imperii gubernaculis remoueri, illudque agnato ſeu alii cuicunque durante minoritatis ſtatu posſit deferri.

§. IX.

Haecce vero parentum in liberos poteſtas non patri ſolum, ſed quoque haud raro auo competit paterno ciuili aeque ac naturae lege. Si enim filius patris adhuc ſubeſt poteſtati, tunc patri ius erit, vt omnes liberorum ſic quoque filii actiones, quae in nepotum educatione verſantur, dirigendi, indeque filio praeſcribendi, quomodo nepotum inſtituere debeat educationem. Hinc cum in Angliae regno inter potentisſimum Regem hodiernum, tunc Walliae principem, eiusque patrem Regem diſcordiae ortae fuiſſent, ſibique auus nepotum educatio-

tionem ſumeret, idque an iure fieret, ex XII. regni iudicibus quaereret? hi affirmatiue reſponderunt (k).

§. X.

Patria poteſtas exinde competit, quod liberi facto parentum procreati eorum τὸ ſuum efficiuntur (§. V. VI.) Iam vero τὸ noſtrum ſolum fit, quod facto licito procreauimus, minime vero quod facto illicito exiſtentiae reddidimus. Ergo in liberos illegitimos ſiue naturaliter ſiue ciuiliter tales, neque pater neque mater patriam impetrare videtur poteſtatem. Aſt quamuis concubitus ab vtrinque parte ſit illicitus, mater tamen dum vterum gerat, partumque ex vtero materno excluſum conſeruet, eidemque porrigat alimenta, in facto minime verſatur illicito. Inde conſequitur, vt mater ſaltem in liberos etiam illegitimos ſiue ciuiliter ſiue naturaliter tales, ius eos educandi ideoque ius patriae poteſtatis analogum nanciſcatur (l). Dein cum illicitum factum neminem liberet ab obligatione, quam natura vel lex imponit, ſatis patet, patrem non eſſe liberum ab obligatione, liberorum quoque illegitimorum proſpiciendi felicitati iisque neceſſaria ſuppeditandi alimenta.

§. XI.

Parentibus competit ius, liberorum proſpiciendi felicitati, et vt eam promoueant, Dei et naturae iuribus obligantur (§. IV. et VI.). Hinc parentes ius habent ſimulque obligantur de victu et amictu liberis proſpicere, eumque determinare, mores liberorum efformare, eo deſpicere, vt liberi tam corporis quam animae exornentur per-

(k) *Electa iuris publici* Tom. XII. p. 402.

(l) Dnus SCHIERSCHMID *Elementa iur. ſoc. et gent.* §. 471. corol. 3.

perfectionibus, atque curare, vt pro conditione parentum et liberorum hi certo ſe applicent vitae generi, maxime autem in religione vera inſtruantur (m).

§. XII.

Parentes gaudent iure liberorum dirigendi actiones (§. IV. VI.). Liberis igitur absque directione et conſenſu parentum nullas committere licet actiones liberas, nec pacta cum tertio celebrare, nec nuptias inire. Hinc nec vendere, nec donare, nec locare, nec permutare, imo nec vitae genus, nec religionem pro lubitu amplecti poſſunt liberi absque parentum conſenſu ſiue expreſſo ſiue tacito ſiue praeſumto. Haec omnia tamen tamdiu ſolum habent locum, quam patria durat poteſtas.

§. XIII.

Patri ius competit liberorum proſpiciendi felicitati eorumque dirigendi actiones (§. IV. et VI.). Sicuti vero ad liberorum ſpectat felicitatem, eorum conſeruari bona beneque adminiſtrari, ita quoque patris eſt, hancce curare adminiſtrationem, qui proinde legitimus eſt bonorum filii adminiſtrator. Deinde cum liberi ſint τὸ ſuum parentum (§.V.): Ea vero quae per τὸ noſtrum legitime adquiruntur, nobis adquirantur, ſatis patet: iure naturali non ſolum, quae liberi adquirunt, ſed quoque fructus ex eorum bonis prouenientes ad patrem pertinere, eumque et adminiſtratorem eſſe et vſufructuarium bonorum ad liberos pertinentium. Eadem inter illuſtres ſupremos imperantes et ſolis naturae iuribus viuentes locum inuenire, exempla demonſtrant. Sic Delphinatus A. CIↃCCCXLIV. ab Humberto vltimo Delphinatenſium duce Philippo VI. Gallo-

 rum

(m) IDEM L. C. §. 472. corol. 1. adde HVNEFELD de *poteſtate et officio parentum circa religionem liberorum.*

rum Regi ea conditione fuit conceſſus, vt ſemper primogenitus Galliae filius vel haeres praeſumtiuus eundem posſideat (n). Adminiſtrat Auguſtisſimus pater hunc Delphinatum, vsque dum propriam aulam inſtituerit Delphinus. Eadem eſt ratio cum principe Walliae apud Anglos, quem titulum primogenitus atque in regno ſucceſſor a temporibus Eduardi I. ſub finem ſaeculi decimi tertii (o) gerit, licet non tam per natiuitatem, quam potius per ſingularem inueſtituram Walliae princeps conſtituatur. Huius ducatus reditus annuos ad viginti millia librarum Sterlings excurrentes aeque vsque dum propriam aulam inſtituit Walliae princeps, ſerenisſimus parens capit terrasque adminiſtrat Potentisſimus Rex M. Britanniae (p). Ex quibus ſimul patet, doctrinam de pecu-

(n) P. DANIEL *hiſtoire de France* T. II. p. 496.

(o) LARREY *hiſtoire d'Angleterre* Partie I. p. 575. *La mort du Prince David acheva de mettre tout le Païs de Galles ſous la domination de l'Angleterre et d'en faire une province du Roiaume, un apanage du fils ainé de ſes Rois. Edouard qui s'y transporta ausſitot pour dreſſer le plan de cette reunion par une declaration, qui ordonnoit, que cette Principautè demeureroit incorporée au dominat de la couronne, que ſes habitans ne feroient plus qu'un meme peuple avec les Anglois et qu'il ſe gouvernoit par les memes loix.*

(p) MIEG. *Etat nouveau de la grande Bretagne* P. III. p. 458. *Le prince de Galles eſt par ſa naiſſance comte de Cheſter et de Flint, et Duc de Cornvaille et de Galles. Son Revenu annuel eſt environ 20000 Liv. St. Il reçoit l'inveſtitur de cette Principauté par l'impoſition d'un Bonnet qu'on appelle - - et d'une couronne ſur la tète, en lui mettant une vierge d'or entre les mains comme l'Embleme du gouvernement: et un anneau d'or au doigt pour lui apprendre, qu'il doit etre comme un mari a ſa patrie et un pere a ſes enfans. On lui donne auſſi une Patente pour obtenir cette Principauté pour lui et ſes heritiers, qui ſeront Rois d'Angleterre.*

cuIio, quoad adminiſtrationem et vſumfructum patri competentem non adeo magnae vtilitatis eſſe.

§. XIV.

Liberi referuntur ad τὸ ſuum parentum (§. V.). Quemadmodum vero cuilibet liberum eſt, τὸ ſuum a quocunque vindicare poſſeſſore, ita quoque parentibus ius competit, liberos, qui iis inuitis apud alios commorantur, non ſolum auocandi, ſed quoque ab iniuſto vindicandi detentore, imo in ſtatu naturali bello ius ſuum perſequendi aduerſus quemlibet. Et licet ſponte a patre filius abſit, is tamen recte tanquam τὸ ſuum patris a quolibet peti poteſt. Facit huc, quod de Aerodio notauit ILL. DE LEYSER (q): *Eius filius natu maior a ieſuitis ſibi perſuaderi patitur, vt in ſocietatem illorum, relicta domo patria, tranſiret. Quod Aerodius aegre ferens filium repetit. At is detrectat obſequium et inter ſodales deliteſcit. Contra hos itaque et inprimis aduerſus rectorem et membra collegii Claromontani actionem inſtituit Aerodius. Hi negant, ſe quidquam de filio eius ſcire. Aerodius multas ſuſpicionis cauſas affert. Redditur itaque decretum a Senatu: Quod Petrus Aerodius, Quaeſitor Andegauenſis, queſtus eſt de Renato adoleſcente, filio ſuo, quem Ieſuitae ſolicitaſſent, ſubrepſiſſent: Rectore ac Primario Collegii Claromontani propterea introductis; ad rogationem Taii Aduocati Regii D. E. R. I. C. placere, Aerodio dari inquiſitionem plagii; interea ſenatum prohibere, ne quid in praeiudicium fiat, neue illum adoleſcentem Ieſuitae ſocietati admiſceant ſuae, futurum alioqui fraudi. Id ne neſciant collegae, iubere per Claromontanos dici reſcribi ſuis. In Curia XX. Maii anno MDLXXXVI. ſed haec omnia fruſtra. Pergit ergo Aerodius querelas ſuas ad ipſos Galliae totius ordines Bleſis congregatos deferre, obtinetque, vt illi pro ipſo intercedant* apud

(q) *Meditat. ad Pand.* Sp. VII. n. 1.

rum Regi ea conditione fuit conceſſus, vt ſemper primogenitus Galliae filius vel haeres praeſumtiuus eundem poſſideat (n). Adminiſtrat Auguſtiſſimus pater hunc Delphinatum, vsque dum propriam aulam inſtituerit Delphinus. Eadem eſt ratio cum principe Walliae apud Anglos, quem titulum primogenitus atque in regno ſucceſſor a temporibus Eduardi I. ſub finem ſaeculi decimi tertii (o) gerit, licet non tam per natiuitatem, quam potius per ſingularem inueſtituram Walliae princeps conſtituatur. Huius ducatus reditus annuos ad viginti millia librarum Sterlings excurrentes aeque vsque dum propriam aulam inſtituit Walliae princeps, ſereniſſimus parens capit terrasque adminiſtrat Potentiſſimus Rex M. Britanniae (p). Ex quibus ſimul patet, doctrinam de pecu-

(n) P. DANIEL *hiſtoire de France* T. II. p. 496.

(o) LARREY *hiſtoire d'Angleterre* Partie I. p. 575. *La mort du Prince David acheva de mettre tout le Païs de Galles ſous la domination de l'Angleterre et d'en faire une province du Roiaume, un apanage du fils ainé de ſes Rois. Edouard qui s'y transporta auſſitot pour dreſſer le plan de cette reunion par une declaration, qui ordonnoit, que cette Principautè demeureroit incorporée au dominat de la couronne, que ſes habitans ne feroient plus qu'un meme peuple avec les Anglois et qu'il ſe gouvernoit par les memes loix.*

(p) MIEG. *Etat nouveau de la grande Bretagne* P. III. p. 458. *Le prince de Galles eſt par ſa naiſſance comte de Cheſter et de Flint, et Duc de Cornvaille et de Galles. Son Revenu annuel eſt environ 20000 Liv. St. Il reçoit l'inveſtitur de cette Principauté par l'impoſition d'un Bonnet qu'on appelle - - et d'une couronne ſur la tête, en lui mettant une vierge d'or entre les mains comme l'Embleme du gouvernement: et un anneau d'or au doigt pour lui apprendre, qu'il doit etre comme un mari a ſa patrie et un pere a ſes enfans. On lui donne auſſi une Patente pour obtenir cette Principauté pour lui et ſes heritiers, qui ſeront Rois d'Angleterre.*

cuſtodio, quoad adminiſtrationem et vſumfructum patri competentem non adeo magnae vtilitatis eſſe.

§. XIV.

Liberi referuntur ad τὸ ſuum parentum (§. V.). Quemadmodum vero cuilibet liberum eſt, τὸ ſuum a quocunque vindicare poſſeſſore, ita quoque parentibus ius competit, liberos, qui iis inuitis apud alios commorantur, non ſolum auocandi, ſed quoque ab iniuſto vindicandi detentore, imo in ſtatu naturali bello ius ſuum perſequendi aduerſus quemlibet. Et licet ſponte a patre filius abſit, is tamen recte tanquam τὸ ſuum patris a quolibet peti poteſt. Facit huc, quod de Aerodio notauit ILL. DE LEYSER (q): *Eius filius natu maior a ieſuitis ſibi perſuaderi patitur, vt in ſocietatem illorum, relicta domo patria, tranſiret. Quod Aerodius aegre ferens filium repetit. At is detrectat obſequium et inter ſodales deliteſcit. Contra hos itaque et inprimis aduerſus rectorem et membra collegii Claromontani actionem inſtituit Aerodius. Hi negant, ſe quidquam de filio eius ſcire. Aerodius multas ſuſpicionis cauſas affert. Redditur itaque decretum a Senatu: Quod Petrus Aerodius, Quaeſitor Andegauenſis, queſtus eſt de Renato adoleſcente, filio ſuo, quem Ieſuitae ſolicitaſſent, ſubrepſiſſent: Rectore ac Primario Collegii Claromontani propterea introductis; ad rogationem Taii Aduocati Regii D. E. R. I. C. placere, Aerodio dari inquiſitionem plagii; interea ſenatum prohibere, ne quid in praeiudicium fiat, neue illum adoleſcentem Ieſuitae ſocietati admiſceant ſuae, futurum alioqui fraudi. Id ne neſciant collegae, iubere per Claromontanos dici reſcribi ſuis. In Curia XX. Maii anno MDLXXXVI: ſed haec omnia fruſtra. Pergit ergo Aerodius querelas ſuas ad ipſos Galliae totius ordines Bleſis congregatos deferre, obtinetque, vt illi pro ipſo intercedant* apud

(q) *Meditat. ad Pand.* Sp. VII. n. 1.

apud Henricum III. Regem, qui rem porro ſummo pontifici renunciari iubet. At Ieſuitae interim iſtos conatus omnes eluſuri, adoleſcentem extra Galliam ablegarant, vt ipſe iam Aerodius, quo in loco filius detineretur, neſciret. Quamobrem, alia via ſibi incedendum ratus, libellum componit doctiſſimum et elegantiſſimum, de Patrio iure, quo argumentis ſtudioſiſſime ex iure naturae, ſacro codice, hiſtoria antiqua, teſtimoniis auctorum, iure iuſtinianeo, decretis pontificum, legibus recentioribus conquiſitis filio perſuadere conatur, vt ad officium ſuum domumque paternam redeat. Inſcribit librum filio pſeudo-Ieſuitae, tantamque de hoc ſcripto ſuo concipit ſpem, vt putet, illum ſi modo id ad eum peruenerit, lectione eius ſine dubio motum iri. Qua propter ſic ſtatim ab initio alloquitur lectorem: Quia iam, inquiens, per triennium quaero filium meum maximum fruſtraque id, (eſt enim inter Ieſuitas), quod priuatim praeſtitiſſem, facio publice. Ago vt cum reo abſente ac fugitiuo, hoc eſt, annotatione et programmate. Itaque, ſi tibi videbitur, o lector, me non immerito expoſtulare ac conqueri, eueniatque fortuito, vt obuiam ſit furtiuus ille et ſeductus adoleſcens, fac quaeſo, lectitet hunc libellum. Poſtea non recuſo, ſi quid ſui iuris arbitriique eſt, quin mihi pareat aut non pareat patri. Illud certe fateor, hunc libellum ita conſcriptum eſſe, vt lectione eius animus non poſſit non affici. Quare ſi ad oculos filii peruenit, non dubito, quin et is ſe illo permoueri paſſus ſit.

§. XV.

Parentibus competit facultas de liberorum diſponendi actionibus (§. VI.), facultas diſponendi in facultate praeſcribendi facienda conſiſtit. Ergo parentibus competit facultas liberis facienda praeſcribendi. Quae cum imperium dicatur, parentibus in liberos competit imperium.

§. XVI.

Parentibus competit in liberos imperium (§. XV.), quod, niſi coactioni eſſet coniunctum, cum inefficiens foret; ſatis patet, parentibus quoque ius eſſe liberos, vt praeſcriptis ſatisfaciant, cogendi, eosque, dum contra parentum voluntatem egerunt, caſtigandi (r).

§. XVII.

Cum cogendi ius parentibus ſit tribuendum (§. XVI.). Iis quoque facultas poenas in liberos ſtatuendi denegari haud poterit. Poena nec absque cognitione cauſae decerni, nec absque decreto iniungi debet. Hinc parentibus competit facultas de cauſis liberorum decernendi, decretamque iniungendi poenam. Haec dum faciunt, ea agunt, quae alias iudicis ſunt, et inde parentes liberorum iudices dici merentur domeſtici, ſicuti et apud autores haud raro iudicum ſeu magiſtratuum domeſticorum nomine veniunt. Egregia, quae huc faciunt exempla Romanorum ſiſtit hiſtoria. Sp. Casſius filium qui Trib. plebis agrariam legem primus tulerat, multisque aliis rebus populariter animos hominum amore ſui deuinctos tenebat, poſtquam illam poteſtatem depoſuerit, adhibito propinquorum et amicorum conſilio, affectati regni crimine damnauit, verberibusque affectum necari iusſit, ac peculium eius Cereri conſecrauit (s). Interemto domus fuit ſuperiecta, vt penatium quoque ſtrage puniretur (t). T. Mau-

(r) Inde LACTANTIVS *diuin. inſtitut.* lib. IV. cap. 3. *Quis enim poterit filios educare, niſi habeat in eos domini poteſtatem.*

(s) DIONYSIVS HALIC. lib. XVIII. p. 546. VALERIVS MAXIMVS lib. V. c. XVIII. PLINIVS lib. XXXIV. c. IV. *Romae repertum ſimulacrum ex aere factum Cereri primum ex peculio Sp. Casſi, quem regnum affectantem pater ipſius interemit.*

(t) VALERIVS MAXIMVS lib. VI. c. III. n. 1.

T. Manlius Torquatus cum ad ſenatum ex Macedonia de filio eius D. Silano, qui eam prouinciam obtinuerat, querelas per legatos detuliſſet, a patribus conſcriptis petiit, ne quid ante de ea re ſtatuerent, quam ipſe Macedonum filiique ſui cauſam inſpexiſſet. Summo deinde cum ampliſſimi ordinis, tum etiam eorum, qui queſtum venerunt conſenſu cognitione ſuſcepta, domi conſedit, ſolusque vtrique parti per totum biduum vacauit, ac tertio pleniſſimo die diligentiſſimeque auditis teſtibus, ita pronuntiauit, *cum Silanum filium meum pecunias a ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, et republ. eum et domo mea indignum iudico, protinusque e conſpectu meo abire iubeo.* Tam triſti patris ſententia perculſus, Silanus lucem vlterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendioque ſe proxima nocte conſumpſit. Peregerat iam Torquatus Seueri et religioſi iudicis partes, ſatisfactum erat reipublicae, habebat actionem Macedonia, potuit tam verecundo obitu filii patris inflecti rigor. At ille neque adoleſcentis exequiis interfuit, et cum maxime funus eius duceretur, conſulere ſe volentibus vacuas aures accommodauit (u). A. Fuluius vir ſenatorii ordinis filium iuuenem et ingenio et litteris et forma inter aequales nitentem, prauo conſilio amicitiam Catilinae ſecutum, inque caſtra eius temerario impetu ruentem medio itinere abſtractum ſupplicio mortis adfecit, praefatus: Non ſe Catilinae illum aduerſus patriam ſed patriae aduerſus Catilinam genuiſſe.

§. XVIII.

Parentibus de liberis tanquam de ſuo diſponendi ius eſt, donec lege aut pacto limitata eorum libertas pro-

(u) VALERIVS MAXIMVS lib. V. cap. VIII. n. 3.

(x) IDEM l. c. n. 5.

probetur (§. VI.). Circumſcribitur autem eorum libertas diuerſimode vel lege vel pacto. Sic lege naturae parentum circa liberos diſponendi facultas reſtringitur, dum eos laedere eorumque violare τὸ ſuum ſeuere prohibeantur. Sunt enim liberi, ſimulac in hunc terrarum orbem prodeunt aeque homines ac parentes, et proinde eos reddere imperfectiores aeque legi contrariatur naturae ac ſi alii laeduntur homines.

§. XIX.

Τὸ ſuum liberorum vel connatum vel adquiſitum eſt. Vtrumque homini relinquendum, ſicque liberis tanquam hominibus non eſt auferendum a parentibus. Hinc corpus liberorum necandi aut corrumpendi, vel membra eorum vulnerandi aut mutilandi parentibus nulla competit poteſtas, imo liberis, quae adquiſita habent, absque laeſione auferri nequeunt.

§. XX.

Liberos laedendi, ſicque imperfectiores eos reddendi ius eſt parentibus nullum (§. XIX.). Hinc parentum in liberos poteſtas eo ſolummodo tendit, vt perfectiores liberos reddant eorumque ſtatum. Quod niſi aliunde, vel ex ſolis tenerrimis, quos natura implantauit, ſtimulis, quibusue parentes ad ſingularem in liberos amorem excitantur, docemur.

§. XXI.

Deinde per pactum parentum de liberorum actionibus diſponendi facultas poteſt circumſcribi. Eſſe enim parentibus liberum, iura circa liberos ſibi competentia aliis donare, vendere, ſeu quocunque titulo in eos transferre, eo minus dubitari poteſt, quo magis expeditum

eſt, τὸ ſuum in alios tranſcribere cuilibet liberam eſſe facultatem. Cum tamen laeſiones liberis inferre nequeant parentes, translatio poteſtatis paternae in alios ita fieri debet, ne exinde laedantur liberi. Laederentur vero, ſi in miſerrimam ſeruitutis conditionem a patre venderentur, quod tamen quasdam apud gentes fuit permiſſum, prout de Ebraeis ſacra ſcriptura (y), de Phrygibus PHILOSTRATVS (z), de Thebanis AELIANVS (a), de Romanis DIONYSIVS HALICARN. (b) de Gothis IORNANDES (c), de aliis alii teſtantur autores. Imo adhuc hodie apud Ruſſos Romanorum circa venditionem liberorum iura vſu ſeruantur (d).

§. XXII.

Patri competit ius liberis inferendi poenas (§. XVII.). Iam vero omnis, quae patri a naturae iuribus tributa eſt in liberos poteſtas, non ad eos perdendos, ſed potius perfectiores reddendos a natura eſt conceſſa (§. XX.). Hinc eum quoque poenarum modum natura poſuit, ne puniendi facultate in liberorum imperfectionem patres vtantur. Vnde regula profluit: *Omnes poenas ad liberorum perfectionem, nullas ad eorum imperfectionem eſſe adhibendas.*

§. XXIII.

(y) *Geneſ.* XLII. 37. *Exodi* XXI. v. 7. *Reg.* II. c. 34. 1. *Mathaei* XVIII. v. 25.

(z) *In vita Apoll. Thyan.* lib. XVIII.

(a) AELIANVS lib. II. *Varior.* c. VII.

(b) lib. II. c. XXVIII.

(c) *In hiſtoria Gothica* c. X.

(d) Hoc teſtatur *L. B. ab* HERBERSTEIN *rerum Moſcou.* p. 49. ita ſcribens: *ſi pater filium, vt mos eſt, vendit et is quocunque tandem modo liber factus aut manumiſſus fuerit, iterum iure patriae poteſtatis vendere poteſt. Poſt quartam autem venditionem nil amplius iuris in filium habet.*

§. XXIII.

Poenae ſunt remedia, quibus liberos ad meliorem redigere frugem, intendimus (§. XI. et XIX.). Hinc reductio liberorum ad meliorem frugem eſt finis, qui poenis tanquam remediis debet obtineri. Remedia, quae fini impetrando adhibentur, debent eſſe ſufficientia ad finem obtinendum propoſitum. Ergo quoque poenae tanquam remedia debent eſſe ſufficientes ad conſequendum finem in educatione liberorum conſiſtentem.

§. XXIV.

Dantur poenarum gradus, e quibus aliae mitiores, aliae grauiores ſunt. Poenae porro ſunt mala. Haec dum infliguntur, obtinendo quidem fini ſufficientia, aſt nec duriora nec mitiora, ſed fini obtinendo proportionata eſſe debent. Hinc quoque poenae, quibus in liberos pater vtitur, educationi quidem liberorum ſufficiant neceſſe eſt, leniores tamen durioribus ſunt praeferendae, et ſi lenioribus poenis emendatio liberorum obtineri poteſt, ad duriores non erit progrediendum.

§. XXV.

Dantur malorum genera, quae ſi liberis inferuntur, eos nec emendant nec perfectiores reddunt. Huiusmodi mala ſunt occiſio liberorum, eorum vulneratio membrorumque mutilatio, et in perpetuam ſeruitutem detruſio. Hinc occiſio liberorum, eorum vulneratio, membrorumque mutilatio, aut in ſeruitutem detruſio emendationi liberorum, quam tanquam finem parentes in puniendis liberis habent propoſitum, non inſeruiunt, et inde quoque tanquam remedia adhiberi non debent. Potius cum liberorum occiſio, vulneratio, membrorumque mutilatio aut in ſeruitutem detruſio liberos ſemper imperfectio-

eſt, τὸ ſuum in alios tranſcribere cuilibet liberam eſſe facultatem. Cum tamen laeſiones liberis inferre nequeant parentes, translatio poteſtatis paternae in alios ita fieri debet, ne exinde laedantur liberi. Laederentur vero, ſi in miſerrimam ſeruitutis conditionem a patre venderentur, quod tamen quasdam apud gentes fuit permiſſum, prout de Ebraeis ſacra ſcriptura (y), de Phrygibus PHILOSTRATVS (z), de Thebanis AELIANVS (a), de Romanis DIONYSIVS HALICARN. (b) de Gothis IORNANDES (c), de aliis alii teſtantur autores. Imo adhuc hodie apud Ruſſos Romanorum circa venditionem liberorum iura vſu ſeruantur (d).

§. XXII.

Patri competit ius liberis inferendi poenas (§. XVII.). Iam vero omnis, quae patri a naturae iuribus tributa eſt in liberos poteſtas, non ad eos perdendos, ſed potius perfectiores reddendos a natura eſt conceſſa (§. XX.). Hinc eum quoque poenarum modum natura poſuit, ne puniendi facultate in liberorum imperfectionem patres vtantur. Vnde regula profluit: *Omnes poenas ad liberorum perfectionem, nullas ad eorum imperfectionem eſſe adbibendas.*

§. XXIII.

(y) *Geneſ.* XLII. 37. *Exodi* XXI. v. 7. *Reg.* II. c. 34. 1. *Mathaei* XVIII. v. 25.

(z) *In vita Apoll. Thyan.* lib. XVIII.

(a) AELIANVS lib. II. *Varior.* c. VII.

(b) lib. II. c. XXVIII.

(c) *In hiſtoria Gothica* c. X.

(d) Hoc teſtatur *L. B. ab* HERBERSTEIN *rerum Moſcou.* p. 49. ita ſcribens: *ſi pater filium, vt mos eſt, vendit et is quocunque tandem modo liber factus aut manumiſſus fuerit, iterum iure patriae poteſtatis vendere poteſt. Poſt quartam autem venditionem nil amplius iuris in filium habet.*

§. XXIII.

Poenae ſunt remedia, quibus liberos ad meliorem redigere frugem, intendimus (§. XI. et XIX.). Hinc reductio liberorum ad meliorem frugem eſt finis, qui poenis tanquam remediis debet obtineri. Remedia, quae fini impetrando adhibentur, debent eſſe ſufficientia ad finem obtinendum propoſitum. Ergo quoque poenae tanquam remedia debent eſſe ſufficientes ad conſequendum finem in educatione liberorum conſiſtentem.

§. XXIV.

Dantur poenarum gradus, e quibus aliae mitiores, aliae grauiores ſunt. Poenae porro ſunt mala. Haec dum infliguntur, obtinendo quidem fini ſufficientia, aſt nec duriora nec mitiora, ſed fini obtinendo proportionata eſſe debent. Hinc quoque poenae, quibus in liberos pater vtitur, educationi quidem liberorum ſufficiant neceſſe eſt, leniores tamen durioribus ſunt praeferendae, et ſi lenioribus poenis emendatio liberorum obtineri poteſt, ad duriores non erit progrediendum.

§. XXV.

Dantur malorum genera, quae ſi liberis inferuntur, eos nec emendant nec perfectiores reddunt. Huiusmodi mala ſunt occiſio liberorum, eorum vulneratio membrorumque mutilatio, et in perpetuam ſeruitutem detruſio. Hinc occiſio liberorum, eorum vulneratio, membrorumque mutilatio, aut in ſeruitutem detruſio emendationi liberorum, quam tanquam finem parentes in puniendis liberis habent propoſitum, non inſeruiunt, et inde quoque tanquam remedia adhiberi non debent. Potius cum liberorum occiſio, vulneratio, membrorumque mutilatio aut in ſeruitutem detruſio liberos ſemper imper-

ſe ꝛiores, nunquam perfectiores reddunt, liberi quoque a parentibus nec interfici nec vulnerari, nec eorum membra mutilari, aut in ſeruitutem detrudi poſſunt.

§. XXVI.

Licet autem naturae iura nullum parentibus in liberorum vitam ius concedunt, variae tamen gentes vitae necisque poteſtatem parentibus eſſe voluerunt, credentes, neminem melius, neminem cautius de vita acturum, quam parentes de liberorum, quippe quos vel ipſa natura a liberorum abhorrere nece iubet. Sic apud Perſas teſte ARISTOTELE (e), apud Gallos ſecundum IVLIVM CAESAREM (f), apud Romanos teſtibus hiſtoriarum legumque monumentis (g), imo in ſanctisſimo Dei populo ex permiſſu diuino quodammodo vitae necisque poteſtatem parentes habuere (h). Ruſſico iure parentes, qui liberos occidunt, luunt annui carceris poena et deinde in templum Dei ducuntur, vt peccatum eorum omnibus manifeſtetur, minime vero penes eos morte adficitur liberos interficiens (i).

§. XXVII.

Omnis, quae parentibus in liberos competit poteſtas, exinde oritur, quod liberi ad τὸ ſuum parentum referantur (§. VI.), quibus igitur modis τὸ ſuum, iisdem quoque parentum amittitur poteſtas. Iam vero τὸ noſtrum

(e) Lib. XVIII. *Ethic.* c. X.

(f) *De bello Gallico* lib. VI. c. VII. *Viri in uxores ſicut in liberos vitae necisque habent poteſtatem.* Inde RITTERSHVSIVS in Dodecateltos.

(g) Vide infra Sect. II. §. III.

(h) *Deuter.* XXVIII. 18. 19.

(i) *Statuta Moſcovitica* c. XXII.

ſtrum in ſtatu naturali non niſi voluntate noſtra poteſt auferri, ergo quoque non niſi ex voluntate noſtra liberi a patria liberari poſſunt poteſtate. Fruſtra proinde de modis, quibus patria iure naturae ſoluatur poteſtas, doctores diſputant, cum praeter communes non detur, niſi vnicus modus, finiendi hanc poteſtatem, voluntas nempe patris. Hinc licet liberi ſibi ipſis de alimentis proſpicere ſuasque regere posſint actiones, nihilominus tamen adhuc ſubiecti manent poteſtati patris, cuius τὸ ſuum ſunt, qui tamen iis nil iniungere poteſt, quod eos eorumque ſtatum deteriorem reddat (§. XX.). Alia tamen ratio eſt ſtatus ciuilis, in quo, exigente reipublicae vtilitate, liberi tunc a patria liberari poſſunt poteſtate, quoties ſibi ipſis ſufficienter valent proſpicere.

§. XXVIII.

In ſtatu naturali patria poteſtas nonniſi patris ſoluitur conſenſu (§. XXIV.). Inde clarum, quod nec regia nec alia quaeuis dignitas liberis delata, eos a patria eximat poteſtate, niſi conſenſu parentum ſiue expreſſo ſiue tacito ſiue praeſumto ab ea liberentur (k). Tacite vero in liberationem a ſua poteſtate pater conſentit, cuius voluntate filius in regiam ſeu aliam dignitatem euehitur, quae pa-

(k) Sic in electione regis Romanorum, qui patriae ſubeſt poteſtati, conſenſus requiritur paternus, MOSER *Staats-Recht* lib. II. c. 137. §. 129. *Als bey der Wahl des Römiſchen Königs Joſephs der Churfürſt zu Maintz, nach abgelegten Compliment an den Keyſer, den König Joſeph fragte, ob er die auf ihme gefallene Wahl annehme, antwortete derſelbe: Er könne ohne Ihro Keyſerl. Majeſt. als ſeines Herren Vaters Rath, Vorwiſſen und Einwilligung es nicht thun, worauf der Churfürſt den Keyſer anredete, der darein bewilligte, worauf auch König Joſeph ſein Ja-Wort von ſich gegeben, und der Herr Churfürſt ihme gratuliret hat.*

patri amplius non permittit patriae poteſtatis exercitium (l).

§. XXIX.

Ex quo homines a naturali in ciuitatis ſtatum coierunt, eorum diſtinctio in imperantes et parentes ſeu ſubditos eſt enata. Vtrisque patria competit poteſtas, cui tamen ſummum in imperantis perſona vnitum eſt ciuitatis imperium. An vero pater illuſtris ciuili hocce imperio in liberos vti poſſit, diuerſae ICtorum ſunt ſententiae, quae tamen ad tres referri poſſunt claſſes, in quarum prima illi ſunt, qui nullum patri in liberos ciuile competere imperium ſtatuunt (m), ad alteram pertinent, qui patri ſummo quidem imperanti, aſt non ſtatibus imperii, iura imperantis in liberos concedunt (n) in tertia

(l) De Delphino, cum filius eius Rex Hiſpaniae nuper defunctus ad hanc eueheretur dignitatem, dicit AVTOR *des Lebens Caroli III.* P. III. p. 179. *Hierbey war ſich ſonderlich über den Dauphin zu verwundern, der mit einer gar ſonderbahren und ungewöhnlichen Gleichgültigkeit in dieſe Worte herausbrach: Daß, ob ihme ſchon von Rechtswegen der Spaniſche Purpur, und Diadem zukäme, ſo wolte er doch deſſen mit den gröſten Vergnügen ſich begeben, und es Zeit lebens vor ſeine gröſte Freude erachten, wenn er ſagen könnte: der König, mein Vater, und der König, mein Sohn.* Eadem habet LARREY *hiſtoire de France ſous Louis* XIV. T. VII. p. 326. *Il ſe declara pour le teſtament en ajoutant ces belles paroles: qu'il ſeroit ravi de ſe pouvoir dire toute ſa vie Fils de Roi et pere de Roi.*

(m) Negant patris imperium in liberos ciuile MOD. PISTORIS P. IV. qu. 169. MYLER AB EHRENBACH *de ſtatibus imperii* c. 35. *et Gamol.* c. 20. et 22. BERGER *de poteſtate perſonae publ. in ſeipſam* §. 44. GRIEBNER. *princ. iurispr. priuatae illuſtr.* p. 107.

(n) SCHILTER. *inſtitut. iuris publ.* lib. I. tit. VIII. §. 6.

tia denique eos collocamus, qui et ſtatibus imperii et ſummis imperantibus iura imperii tribuunt ciuilis (o). Nos eorum accedimus partibus, qui principi in liberos et patris et imperantis iura adſcribere haud dubitant. Inde primo noſtram argumentis probabimus ſententiam, deinde vero aduerſariorum refutabimus rationes.

§. XXX.

Et quidem quod ad ſummos attinet imperantes, hos non patris ſolum ſed quoque ciuilis imperii iuribus in liberos vti poſſe, primo exinde patet, quod ex omnium Iureconſultorum communi et rationibus ſtabilita firmiſſimis ſententia (p), omnes in regno ſeu territorio quodam viuentes ciuili ſubiecti ſint imperio, niſi exemtionem posſint docere. Inde quoque ſupremarum poteſtatum liberos, qui a ciuili ſe volunt eximere imperio, ſuae afferre oportet exemtionis cauſas ſufficientes. Huiusmodi vero cauſa non eſt natiuitas a patre ſupremi iuris principe originem trahens, nec ſufficit ex natiuitate ſpem ſuccesſionis habere. Si natiuitas, ſi ſuccedendi ſpes ab imperio eximeret ciuili, eo nec frater primogenitus regens in poſtgenitos, nec agnatus imperii tenens gubernacula in agnatos in regno viuentes gauderet, quippe qui omnes et natiuitatem a patre imperante et ius ſuccedendi ſuo habent ordine. Aſt vſus et conſuetudines omnium Europae regnorum ſatis probant, fratres poſtgenitos et agnatos, licet a patre imperante prognatos, regentis fratris

(o) RHETIVS I. P. lib. I. tit. 23. §. X. CASP. ACH. BECK *de poteſtate et iurisdictione principum ſpeciatimque S. R. I. in liberos* §. 8. 9. KEMMERICH *introductio in ius publ.* p. 1272. BETSIVS *de pactis famil. illuſtr.* p. 434.

(p) ILL. BOEHMER *ius publicum vniuerſale* Lib. III. Cap. I. §. 13. FRITSCH *ius publ. vniuerſale.* §. 175. et 176.

tris ſeu agnati agnoſcere imperium eique eſſe ſubiectos. Hinc Alexander Herodis filius a patre accuſatus recte reſpondit (q): *poterit quidem de nobis ſupplicium ſumere tum regis tum patris iure.* Simili modo Ruſſorum potentiſſimus imperator Petrus M. in declaratione (r), qua ſtatibus regni filii cauſam committit iudicandam, mentem tali exponit ratione: *Obneracbtet wir nun nach allen geiſt- und weltlichen, inſonderheit aber Ruſſiſchen Rechten, Krafft derein auch ſo gar unter gemeinen Bürgern alle Gerichtbarkeit zwiſchen einem Vater und Kind ausgeſchloſſen wird, ein überflüſſiges, ja unumſchränktes Recht haben, unſern Sohn nach ſeinem Verbrechen, nach unſern eigenen Willen, ohne jemand um Rath zu fragen, zu richten, und zu verurtheilen: Weil es aber etwas gewöhnliches, daſs man in ſeinen eigenen Sachen nicht ſo ſcharffſichtig, als eines andern, auch die allererfahrenſten Aerzte es nicht wagen, ſich ſelber zu curiren, ſondern andere in ihrer Kranckheit zu ſich fordern, alſo begehren wir an euch etc.* (s).

§. XXXI.

Deinde patri ſupremo imperanti imperium in liberos ciuile non poſſe denegari, ſi non aliunde, ſaltim exinde pateret, quod parentibus ius competat liberorum dirigendi actiones iisque facienda praeſcribendi. Pater enim, qui ius habet liberorum dirigendi actiones iisque facienda praeſcribendi, iis quoque, vt legibus viuant ciuilibus, praeſcribere ac poenis aliisque remediis ad legum ciuilium obſeruantiam eos adigere poteſt (§. XII.). Qui le-

(q) IOSEPHVS *hiſtoria Iudaica* lib. VI. cap. XVIII.

(r) Extat *in electis iuris publici* T. XI. p. 591.

(s) Sic quoque BETSIVS *de pactis famil. illuſtr.* p. 434. *Cum ſoli ſupremi principes legibus ſoluti ſint, non autem eorum liberi, abſurdiſſimum foret, eos quidem legibus ſubiectos eſſe, ſed ſine iudice, illo enim carerent, niſi patri regi vel illis, qui ab eo iurisdictionem acceperunt, parerent.*

legibus viuere tenentur ciuilibus, quiue ad earum obſeruantiam poenis adſtringuntur propoſitis, imperio ſubſunt ciuili. Hinc quoque liberi ex voluntate patris ciuili ſubſunt imperio. Quale imperium cum patri competat imperanti ſummo, clarum eſt, patrem ciuile habentem imperium, et patris et imperantis iuribus in liberos gaudere.

§. XXXII.

Tandem exempla, quae exſtant, plura exercitium imperii ciuilis in liberos ſatis probant. Sic Henricus IV. imp. Conradum filium, iam Regem Romanorum deſignatum, carceri mancipauit (t). Friderici II. imp. filius Henricus in carceribus, quibus a patre incluſus, moritur (u). Iohannes II. Arragoniae Rex filium Carolum, poſtquam de cauſa ordinario cognouerat proceſſu, morte puniendum ſtatuebat (x). Idem cum filio Carolo fecit Philippus II. Hiſpaniarum Rex (y). Alexius Petrovviz, filius Petri M. Ruſſorum Monarchae, ſecundum leges Rusſiae ciuiles, cauſa per proceſſum cognita, eſt condemnatus et morte mulctatus (z). Quod et omnia fere exempla infra ſectione ſecunda a B. STRVVIO adducta vberius confirmant. Forſan inter catholicos eo magis patris ſummi imperantis ciuile imperium locum habet, quod ei iuris canonici textus illud expreſſe adſignant, verbis (a): *Inſuper cum Rex ſuperiorem in temporalibus minime adgnoſcat, ſine iuris alterius laeſione*

(t) B. STRVVII *corpus iuris publici* Periodus VI. Sect. III. §. 47.
(u) IDEM L. C. Per. VII. Sect. VI. §. 28.
(x) Vide infra Sect. II. §. 22.
(y) Ibid. Sect. II. §. 23.
(z) Ibid. Sect. II. §. 41. 42. 43. 44. 45.
(a) C. XIII. X *qui filii ſint legitimi.*

tris ſeu agnati agnoſcere imperium eique eſſe ſubiectos. Hinc Alexander Herodis filius a patre accuſatus recte reſpondit (q): *poterit quidem de nobis ſupplicium ſumere tum regis tum patris iure.* Simili modo Ruſſorum potentisſimus imperator Petrus M. in declaratione (r), qua ſtatibus regni filii cauſam committit iudicandam, mentem tali exponit ratione: *Ohnerachtet wir nun nach allen geiſt- und weltlichen, inſonderheit aber Ruſſiſchen Rechten, Krafft derein auch ſo gar unter gemeinen Bürgern alle Gerichtbarkeit zwiſchen einem Vater und Kind ausgeſchloſſen wird, ein überflüſſiges, ja unumſchräncktes Recht haben, unſern Sohn nach ſeinem Verbrechen, nach unſern eigenen Willen, ohne jemand um Rath zu fragen, zu richten, und zu verurtheilen: Weil es aber etwas gewöhnliches, daſs man in ſeinen eigenen Sachen nicht ſo ſcharfſichtig, als eines andern, auch die allererfahrenſten Aerzte es nicht wagen, ſich ſelber zu curiren, ſondern andere in ihrer Kranckheit zu ſich fordern, alſo begehren wir an euch etc.* (s).

§. XXXI.

Deinde patri ſupremo imperanti imperium in liberos ciuile non poſſe denegari, ſi non aliunde, ſaltim exinde pateret, quod parentibus ius competat liberorum dirigendi actiones iisque facienda praeſcribendi. Pater enim, qui ius habet liberorum dirigendi actiones iisque facienda praeſcribendi, iis quoque, vt legibus viuant ciuilibus, praeſcribere ac poenis aliisque remediis ad legum ciuilium obſeruantiam eos adigere poteſt (§. XII.). Qui le-

(q) IOSEPHVS *hiſtoria Iudaica* lib. VI. cap. XVIII.
(r) Extat *in electis iuris publici* T. XI. p. 591.
(s) Sic quoque BETSIVS *de pactis famil. illuſtr.* p. 434. *Cum ſoli ſupremi principes legibus ſoluti ſint, non autem eorum liberi, abſurdisſimum foret, eos quidem legibus ſubiectos eſſe, ſed ſine iudice, illo enim carerent, niſi patri regi vel illis, qui ab eo iurisdictionem acceperunt, parerent.*

legibus viuere tenentur ciuilibus, quiue ad earum obſeruantiam poenis adſtringuntur propoſitis, imperio ſubſunt ciuili. Hinc quoque liberi ex voluntate patris ciuili ſubſunt imperio. Quale imperium cum patri competat imperanti ſummo, clarum eſt, patrem ciuile habentem imperium, et patris et imperantis iuribus in liberos gaudere.

§. XXXII.

Tandem exempla, quae exſtant, plura exercitium imperii ciuilis in liberos ſatis probant. Sic Henricus IV. imp. Conradum filium, iam Regem Romanorum deſignatum, carceri mancipauit (t). Friderici II. imp. filius Henricus in carceribus, quibus a patre incluſus, moritur (u). Iohannes II. Arragoniae Rex filium Carolum, poſtquam de cauſa ordinario cognouerat proceſſu, morte puniendum ſtatuebat (x). Idem cum filio Carolo fecit Philippus II. Hiſpaniarum Rex (y). Alexius Petrovviz, filius Petri M. Ruſſorum Monarchae, ſecundum leges Rusſiae ciuiles, cauſa per proceſſum cognita, eſt condemnatus et morte mulctatus (z). Quod et omnia fere exempla infra ſectione ſecunda a B. STRVVIO adducta vberius confirmant. Forſan inter catholicos eo magis patris ſummi imperantis ciuile imperium locum habet, quod ei iuris canonici textus illud expreſſe adſignant, verbis (a): *Inſuper cum Rex ſuperiorem in temporalibus minime adgnoſcat, ſine iuris alterius laeſione*

(t) B. STRVVII *corpus iuris publici* Periodus VI. Sect. III. §. 47.
(u) IDEM L. C. Per. VII. Sect. VI. §. 28.
(x) Vide infra Sect. II. §. 22.
(y) Ibid. Sect. II. §. 23.
(z) Ibid. Sect. II. §. 41. 42. 43. 44. 45.
(a) C. XIII. X *qui filii ſint legitimi.*

ſione in eo ſe iuriſdictioni noſtrae ſubiicere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per ſeipſum (non tanquam pater cum filiis ſed tanquam princeps cum ſubditis) potuit diſpenſare.

§. XXXIII.

Sicuti vero ſupremi iuris principibus, ita quoque S. R. I. ſtatibus imperium in liberos competit ciuile. Nam licet hi imperio non gaudeant ſummo, eorum tamen poteſtas ſummae eſt aemula illorumque imperium in omnes ſeſe exſerit, qui in territorio exiſtunt, quiue exemtionem docere nequeunt. Inde quoque liberos imperii ſtatuum patrum territoriali poteſtati ſubiectos praeſumi oportet, donec eorum ab hacce poteſtate doceatur exemtio. Quam ſi liberi haberent, illa vel ob natiuitatem, vel ob pactum, vel ob legem ſeu ſaltim iuris analogiam gauderent. Ob natiuitatem a patris imperantis iurisdictione liberos eſſe immunes, ſunt quidem, qui aſſerunt, aſt minus recte hoc fieri, iam monſtrauimus (§.XXX.). Mediante pacto liberi a nexu ſubiectionis paternae liberari quidem poſſunt, deficiente tamen pacto regulariter patri manent ſubiecti. Lex, qua pater, S.R.I. ſtatus, ciuili in liberos imperio ſibi competente priuaretur, quaue liberi ab eius ſuperioritate eximerentur territoriali, afferri vix poterit, imo ne quidem analogia iuris publici huic patrocinatur exemtioni. Et licet pluribus contraria arrideat ſententia (§.29. not.m.), eorum tamen argumenta lubrico innituntur fundamento, quaeue in ſequenti mox Paragrapho deſtruemus. Deinde imperii ſtatus eadem in ſuis territoriis gaudent poteſtate, qua alias ſummi vtuntur imperantes, niſi vel lege vel pacto doceatur circumſcripta (b). Quemadmodum igitur ſummis imperantibus in liberos ciuile competit imperium

(b) Illuſtris MOSER *comp. iur. publ.* lib. IV. c. 18. §. 1. et 2.

perium, ita quoque imperii ſtatibus illud denegari vix poterit, niſi ob legem vel ob pactum illo deſtituti monſtrentur. Huiusmodi vero lex in noſtro non exiſtit imperio, et ſi pacto patres iuri renuntiarent ſuo, liberi ex pacto, aſt non iure ordinario ab imperio patris ciuili forent exempti. Inſuper plura, quae in ſectione ſecunda afferuntur, exempla vberius docent, imperii ſtatus ciuile in liberos imperium actu exercuiſſe. Sic e. gr. parentes illuſtres liberos ſuos declararunt maiorennes (c), quod facere non potuiſſent, niſi ciuile imperium cum patria coniunctum poteſtate habuiſſent. Tandem eruditisſimi ex iureconſultis eandem, quam nos aſſumimus, tuentur ſententiam (d).

§. XXXIV.

Diximus, nec legem nec iuris analogiam eorum patrocinari ſententiae, qui ſtatuunt, imperii principes ciuili in liberos imperio deſtitui. Quod vt eo clarius pateat, argumenta, quae pro hacce ſententia afferuntur ſtabilienda, adducemus, et quonam ſint pondere, examinabimus. Et primo quidem vrgent, quod quemadmodum in iure ciuili liberi naturales et legitimi patris ſui honores ac dignitates ſortiantur: ita quoque principum liberi parentum

(c) MVLLER Annal. Sax. A. 1682. d. 28. Nov. *Richtete Herzog Johann Ernſt zu Sachſen-Weimar ein Teſtament auf, und erklärte darinn unter andern dero beyden Söhne, Prinz Wilhelm Ernſt, und Prinz Johann Ernſt, für Voigtbar und maiorennes.* Alia exempla vide apud ill. MOSER. *StaatsR.* T. XVII. p. 371. §. 13.

(d) VITRIARIVS *inſtit. iur. publ.* lib. III. tit. XVII. §. 13. PFEFFINGER *in notis* ad hunc locum, HERTIVS *de ſubiectione territoriali* §. VI. c. A. FABARIVS in diſſ. ſub praeſidio Beckiano habita *de iurisdictione principum ſpeciatimque S. R. I. in liberos.* KEMMERICH *introduct. ad ius publ.* lib. VIII. cap. IV. §. 3. *Europäiſcher Herold* T. I. p. 6.

tum priuilegiis et immunitatibus aequali modo fruantur: vnde, dicunt, bene tradere gloſſam iuris canonici, filium Regis etiam viuente patre rex dici et eodem modo vocari poſſe, licet regnum nondum habeat, iam vero pari in parem non competere imperium vel iurisdictionem: hinc principes cognoſcere ac iudicare non poſſe in cauſſis filiorum ſuorum. Deinde cauſantur diſſentientes, fori priuilegium non ſingulis perſonis tributum eſſe, ſed toti familiae ac domui illuſtri ex aequo competere: Itaque liberos principum iisdem hac etiam in re frui priuilegiis eodemque cum patre foro, et conſequenter hunc non habere iurisdictionem in illos. Vlterius obiiciunt, eſſe quidem ſuperioritatem territorialem aemulam velut maieſtatis atque poteſtatem ſupremae analogam, ſed rationem tamen differentiae inter vtramque illam intercedere notabilem, quod nimirum illa non niſi Deum ac ferrum, haec vero Auguſtisſimum quoque imperatorem agnoſcat ſuperiorem ac iudicem. Porro aiunt, principes iuuentutis aeque ac ſedentes ad reipublicae gubernacula, immediatos eſſe imperii ciues iisdemque exornari titulis, *ſeyn gleich Fürſtenmäſig*, ideoque ex diſpoſitione ordinationis cameralis (c) Auſtraegarum foro et ſupremis imperii iudiciis immediate ſubiectos eſſe. Tandem prouocant nonnulli ad L. fin. C. *vbi ſenatores vel clariſſ. conuen.* itemque ad hoc, quod patres nobiles, tametſi de iurisdictione omnimoda in praediis ſuis ſint inueſtiti, tamen in liberos ſuos hanc exercere non posſint, vtpote eodem cum parentibus fori priuilegio gaudentes.

§. XXXV.

Aſt quoad primum a pari liberorum conditione ac di-

(c) P. II. Tit. 2. pr.

dignitate deductum argumentum (f), paralogiſmo petitionis principii vehementer id laborat: ac non tantum in propoſitione aſſumta, ſeu minore; cum nequaquam concedatur regum filios in pari dignitate, quae ſane in imperandi poteſtate cum maxime ſpectatur atque conſiſtit, cum parente conſtitutos eſſe: ſed etiam quantum ad ipſam maiorem attinet propoſitionem: haec enim non ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, vera eſt: nimirum ceteris paribus, vt vulgo dicitur, ſiue in pari cauſa, vt leges noſtrae loquuntur, vel vt VLPIANVS, in lege 20. princ. D. *Qui teſtam. fac. poſſunt*, ſcribit, *ſi aliud non impediat.* Sane naturaliter omnes homines inter ſe pares ſunt atque aequales. Et nihilo tamen ſecius alter in alterum imperandi habet poteſtatem (g).

§. XXXVI.

Ad ſecundum argumentum reſpondemus verbis FABARII (h). Tametſi vero concedamus, priuilegium fori ſtatibus ac Principibus Imperii competens, non datum eſſe perſonae, ſed toti illuſtrisſimae domui; ex eo tamen hoc ſolummodo conſequitur, ad omnes illos, qui ex familia rerum potiuntur, aequaliter id eſſe referendum: ceterum nequaquam inde hoc etiam deducitur, quod in odium principum regentium haec iura detorqueri, et quod ex hac cauſa pro tacite velut emancipatis exemtisque a poteſtate ac iurisdictione territoriali haberi debeant liberi.

(f) Quae huc vsque ad finem §. ſequuntur, ſunt verba ex diſſ. FABARII citata §. 14.

(g) Adde BARBEYRAC *ad* PVFEND. de I. N. et G. L. VI. C. II. §. 10.

(h) Diſſ. citata §. 15.

§. XXXVII.

Ad tertium, concedimus quidem, eſſe quandam inter ſupremos imperantes et imperii ſtatus differentiam, hosque ſuperiorem agnoſcere imperatorem, non vero illos, exinde tamen non ſequitur, vt principes imperii iurisdictione in liberos ſint deſtituti. Potius vi ſuperioritatis territorialis omnia ſtatibus competunt iura, quibus ſupremi gaudent imperantes, niſi vel leges imperii ſcriptae aut non ſcriptae vel pacta obſtent. Legem vero ſiue ſcriptam ſiue non ſcriptam exſtare, qua imperii ſtatus magis quam ſupremi imperantes ratione patriae poteſtatis circumſcriberentur, negamus. Et ſi vel maxime pacto huic vel illi certi poſiti eſſent limites, hoc non generale ſed ius foret paciſcentium.

§. XXXVIII.

Magis ſpecioſum eſt quartum argumentum. Aſt licet negare nolimus principum liberos eſſe aeque principes, ac patrem eorum illuſtrem *Fürſten und Fürſtenmäſig,* minime tamen exinde conſequitur, vt ob hancce principum dignitatem a iurisdictione patris ſint immunes, dum contradictorium haud ſit, eſſe principem et alterius ſubeſſe ſuperioritati territoriali ac imperio. Cuinam enim ignotum eſt, dari plures in noſtro imperio principes mediatos? quales ſunt in Sileſia, Bohemia, Auſtria etc. (i) imo vel ipſa capitulatio (k) docet nouisſima, principes non ſolum quoad bona, ſed quoque quoad perſonam alterius principis iurisdictioni poſſe ſubiectos eſſe. Qui ſecus ſtatuunt, confundunt principis et ſtatus dignitatem. Status, ſint vbicunque velint, ab alterius ſtatus iurisdictione, quoad perſonam ſunt liberi, idque ob corregimen imperii

(i) MOSER *compendium iuris publ.* lib. VI. cap. I. §. I. et II.
(k) Art. XXII. §. 5.

perii, quod certo participant reſpectu. Aſt ceſſat haecce ratio in principibus, qui ſimul imperii ſtatus non ſunt. Quando vero ordinatio cameralis loco citato ius Auſtraegarum tribuit *denen Fürſten und Fürſtenmäſſigen*, illa ſine dubio non de omnibus, ſed de iis ſolum principibus principumque cauſis interpretanda erit, qui quaeue imperatori et imperio immediate parent. Ea enim aſſumenda eſt interpretatio, quae tertii iuribus, maxime vero ſtatuum ſuperioritati nullum infert praeiudicium. Et cum notiſſimum ſit, ſolam principis dignitatem cum immedietate neceſſario haud eſſe coniunctam, ac inſuper a nobis monſtratum ſit, patri imperii ſtatui ciuile in liberos competere imperium (§. XXXIII.) non video, quomodo ordinationis cameralis verba huc applicari et Auſtraegale forum ſtatuum liberis aſſignari queat. Nec obiici poteſt, ſtatuum imperii liberos eſſe immediatos. Hoc enim petitionem redoleret principii.

§. XXXIX.

Quintum denique et vltimum argumentum parum ſtringit. Alia enim eſt iuriſdictionis ratio apud Romanos, alia apud Germanos. Apud Romanos magiſtratus iuriſdictionem ex poteſtate ſibi ab imperatore conceſſa exercebant, qui proinde eorum poteſtati modum praeſcribere et modo hunc, modo illum ab eorum eximere poterat iuriſdictione. Aſt imperii ſtatus ſuam iure proprio habent iuriſdictionem, cui Auguſtiſſimus imperator nec limites ponere, nec pro lubitu hunc vel illum eximere poteſt (1). Simili modo exinde, quod Landſaſſii iuriſdictione gaudentes, eam in liberos exercere nequeunt, haud ſequitur, eam principibus in liberos non competere. Status

(1) *Capitul. imp. nou. Art.* XV. §. 2.

§. XXXVII.

Ad tertium, concedimus quidem, eſſe quandam inter ſupremos imperantes et imperii ſtatus differentiam, hosque ſuperiorem agnoſcere imperatorem, non vero illos, exinde tamen non ſequitur, vt principes imperii iurisdictione in liberos ſint deſtituti. Potius vi ſuperioritatis territorialis omnia ſtatibus competunt iura, quibus ſupremi gaudent imperantes, niſi vel leges imperii ſcriptae aut non ſcriptae vel pacta obſtent. Legem vero ſiue ſcriptam ſiue non ſcriptam exſtare, qua imperii ſtatus magis quam ſupremi imperantes ratione patriae poteſtatis circumſcriberentur, negamus. Et ſi vel maxime pacto huic vel illi certi poſiti eſſent limites, hoc non generale ſed ius foret paciſcentium.

§. XXXVIII.

Magis ſpecioſum eſt quartum argumentum. Aſt licet negare nolimus principum liberos eſſe aeque principes, ac patrem eorum illuſtrem *Fürſten und Fürſtenmäſig*, minime tamen exinde conſequitur, vt ob hancce principum dignitatem a iurisdictione patris ſint immunes, dum contradictorium haud ſit, eſſe principem et alterius ſubeſſe ſuperioritati territoriali ac imperio. Cuinam enim ignotum eſt, dari plures in noſtro imperio principes mediatos? quales ſunt in Sileſia, Bohemia, Auſtria etc. (i) imo vel ipſa capitulatio (k) docet nouiſſima, principes non ſolum quoad bona, ſed quoque quoad perſonam alterius principis iurisdictioni poſſe ſubiectos eſſe. Qui ſecus ſtatuunt, confundunt principis et ſtatus dignitatem. Status, ſint vbicunque velint, ab alterius ſtatus iurisdictione, quoad perſonam ſunt liberi, idque ob corregimen imperii

(i) MOSER *compendium iuris publ.* lib. VI. cap. I. §. 1. et 11.
(k) Art. XXII. §. 5.

perii, quod certo participant reſpectu. Aſt ceſſat haecce ratio in principibus, qui ſimul imperii ſtatus non ſunt. Quando vero ordinatio cameralis loco citato ius Auſtraegarum tribuit *denen Fürſten und Fürſtenmäſsigen*, illa ſine dubio non de omnibus, ſed de iis ſolum principibus principumque cauſis interpretanda erit, qui quaeue imperatori et imperio immediate parent. Ea enim aſſumenda eſt interpretatio, quae tertii iuribus, maxime vero ſtatuum ſuperioritati nullum infert praeiudicium. Et cum notiſſimum ſit, ſolam principis dignitatem cum immedietate neceſſario haud eſſe coniunctam, ac inſuper a nobis monſtratum ſit, patri imperii ſtatui ciuile in liberos competere imperium (§. XXXIII.) non video, quomodo ordinationis cameralis verba huc applicari et Auſtraegale forum ſtatuum liberis asſignari queat. Nec obiici poteſt, ſtatuum imperii liberos eſſe immediatos. Hoc enim petitionem redoleret principii.

§. XXXIX.

Quintum denique et vltimum argumentum parum ſtringit. Alia enim eſt iurisdictionis ratio apud Romanos, alia apud Germanos. Apud Romanos magiſtratus iurisdictionem ex poteſtate ſibi ab imperatore conceſſa exercebant, qui proinde eorum poteſtati modum praeſcribere et modo hunc, modo illum ab eorum eximere poterat iurisdictione. Aſt imperii ſtatus ſuam iure proprio habent iurisdictionem, cui Auguſtisſimus imperator nec limites ponere, nec pro lubitu hunc vel illum eximere poteſt (1). Simili modo exinde, quod Landſaſſii iurisdictione gaudentes, eam in liberos exercere nequeunt, haud ſequitur, eam principibus in liberos non competere. Status

(1) *Capitul. imp. nou. Art.* XV. §. 2.

tus enim imperii ſuam habent iurisdictionem, in gradu longe eminentiori, quam Landſasſii et vi iurisdictionis ſibi competentis ſtatus multa poſſunt, quae Landſasſiis haud ſunt permiſſa. Landſasſii iurisdictionem a ſtatibus habent dependenter, et in ea exercenda legibus ſubſunt prouincialibus, quod ceſſat, intuitu ſtatuum imperii. Imo Landſasſiorum iurisdictio patrimonialis eſt, trahens originem ex poteſtate, quam in ſeruos habebant domini, ideoque non niſi in eorum ruſticos exercetur (m).

§. XL.

Status S. R. I. iisdem, quibus ſupremi imperantes, in ſuis territoriis gaudent iuribus, niſi lege vel pacto eorum limitetur poteſtas (§.   ). Et cum nec lex nec pactum eorum imperio in liberos ciuili ponat limites (§. XXXIV. ſeqq.) ſtatus imperii eodem in liberos gaudent ciuili imperio, eadem vtuntur poteſtate ac ſupremi iuris imperantes. Hinc, quae de independentibus hic monſtramus principibus, valent quoque de imperii ſtatibus.

§. XLI.

Pater illuſtris, qui ſummo reipublicae praeeſt imperio, omnem, quam leges naturae patri tribuunt, in liberos habet poteſtatem. Nam licet in ciuili ſtatu poteſtas patria legibus circumſcribi poſſit ciuilibus, ſupremi tamen imperantes, nec alterius ſubſunt poteſtati, nec eorum poteſtas legibus limitatur ciuilibus. Omnia igitur, quae in antecedentibus patri tribuimus ex ſana ratione euicta iura patri quoque competunt imperanti. Eadem de imperii ſtatibus ſunt dicenda (§. XL.). Hi enim imperio in liberos gaudent ciuili. Poteſtas vero ſtatuum ci-

(m) HEINECCIVS *de origine atque indole iurisd. patrimonialis.*

ciuilis nec Romano nec canonico regitur iuribus (n). Hinc GRIEBNERVS (o). *Haec* (ſc. officia parentum) *fere eadem ſunt, quae priuatorum, niſi quod hic quoque legum ciuilium nulla ratio habeatur, ſed iuris naturalis praecepta ſequamur. Patria poteſtas principum perinde naturalis tantum eſt, non ciuilis. Deinde cum omnes et ſic quoque legibus viuentes ciuilibus ſoluti, naturae legibus teneantur, ſatis patet, officia, quae naturae iura patri praeſcribunt, imperanti quoque obſeruanda in liberos incumbere.*

§. XLII.

Quae illimitate patri Regi vel principi ex naturae iuribus competit poteſtas, magnum accipit incrementum ex ſummo, quo reipublicae praeeſt, imperio. Sunt enim liberi ſimul ſubditi patris (§.XXXIII.). Maior vero eſt, quae in ſubditos, quam quae in liberos competit poteſtas. Inde liberi quoque legibus ciuitatis vniuerſalibus ſubſunt, et earum transgreſſores ex voluntate patris poenis adficiuntur propoſitis.

§. XLIII.

Illuſtrium liberi, patris quidem ciuili ſunt ſubiecti imperio. Aſt merito ſubiectorum eminentiorum loco cenſentur. Exigit hoc dignitas, qua gaudent, illuſtris et ius, quod habent, aliquando in imperium ſuccedendi,

(n) *Auctor der Donauwerthiſchen Information* P. I. p. 121. STRVV. *corpus iur. publ.* p. 9. LAVTENSACK *de inepta rat. applicandi iura Rom. in iure publ.*

(o) *Principiis iurispr. priv. illuſtr.* §. 1. et 2. quo cum conſentiunt, quae IDEM habet in *diſſ. de praeiudicio principum ex abuſu iur. Iuſtin.* Cap. I. §. 6. Adde KEMMERICH *introduct. in ius publ.* lib. VIII. cap. IIII. §. 1.

di, merito iis tribuit prae reliquis ciuibus praerogatiuam. Deinde ſicuti pater illuſtris quemlibet ciuem ab obligatione legum ciuilium poteſt eximere, ita multo magis filiis obſeruantiam iurium poteſt remittere ciuilium earumque vel omnium vel ſaltim quarundam idque rurſus vel ad tempus vel in perpetuum. Inde quoque eſt, quod liberorum illuſtrium conditio longe alia ſit ac priuatorum, iique iure priuatorum vbique cenſeri nequeant. Quamdiu vero pater ab obligatione eos non liberauit, viuunt iure communi.

§. XLIV.

Patri imperanti in liberos competit et patria poteſtas et imperium ciuile (§. 41. et 42.). Hinc duplicem intuitu liberorum ſuſtinet perſonam et de liberorum actionibus vel tanquam pater vel tanquam princeps ad reipublicae gubernacula ſedens iudicat. Eadem et intuitu imperii ſtatuum habent locum.

§. XLV.

Ex duplici, quam ſummus imperans ſeu princeps imperii reſpectu liberorum ſuſtinet, perſona, duplicis quoque generis profluunt officia, patris nempe et imperantis. His ad reipublicae ſalutem, illis vero ad liberorum felicitatem quocunque modo tuendam obligatur. Vtraque ab imperante ob duplicem quam ſuſtinet perſonam ſunt obſeruanda et a ſe inuicem non ſeparanda. Hinc ſe quidem imperantem gerat, ne tamen patrem eſſe obliuiſcatur, et ſe patrem gerat, ne tamen obliuiſcatur ſe ſimul ſummum eſſe imperantem (p).

§. XLVI.

(p) Putant quidem plerique ICti atque politici Regem atque principem cum liberis ſuis non tanquam patrem, ſed tanquam ſu-

§. XLVI.

Officia, quae naturae leges parentibus praeſcribunt, patri quoque illuſtri ſunt obſeruanda (§. XLI.). Hinc pater illuſtris liberos pro dignitate educare iisque de victu, amictu neceſſariisque proſpicere alimentis tenetur (§. XI.). Si a patre vel plane denegantur vel ſaltim pro dignitate non praeſtantur alimenta, illa iure exigi poſſunt, petitione deſuper exhibita ſupremis imperii tribunalibus, et Mandata S. C. hic locum inueniunt (q). Et licet rarae inter liberos et parentes lites oriantur, minime tamen exempla deſunt. Sic in domo Schwarzburgica patrem inter et filium de alimentis ortae disſidiae, quae vero tali compoſitae ſunt modo (r): *Von Gottes Gnaden Wir Johann Friedrich Herzog zu Sachſen, bekennen und thun kund gegen männiglich. Nachdem ſich zwiſchen -- Günthern, Grafen zu Schwartzburg, -- dem Eltern, und Graf Heinrichen, ſeinem Sohne, ein Irthum der Unterhaltung halber zugetragen, darinnen ſie beyderſeits, uf unſer gnädiges Begehren, die Sachen berührts ihres Irthums zu freundlicher gütlicher Verhör und Handlung, an ſtatt -- Herrn Johannſen, Herzogen zu Sachſen und Churfürſten etc. unſers gnädigen lieben Herrn und Vaters, bewilliget, darauf haben wir ſie, auf angehörten Bericht, beydertheil Anzeigung, und nach nothdürftigen Erwegen aller Umſtändigen Urſachen und Gelegenheit, auch mit ihrem Vorwiſſen*

ſupremum principem cum ſubditis indiſtincte poſſe diſponere MYLER. ab EHRENBACH *Gamol.* §. XXII. Sed cum officia, quae ius naturae patri iniungit ab omnibus et ſic quoque ab imperante obſeruanda ſint, facile patet, non ſolius imperantis ſed patris quoque officiorum rationem eſſe habendam in cauſis liberorum diiudicandis.

(q) MINDANVS L. II. c. 54. FONTANELLA de *pactis nupt. clauſula* V. gl. 8. p. 12. n. 42. ſqq. *de* LVDOLFF *iure camerali* p. 150.

(r) Apud MOSER *Staats-Recht* T. XXII. p. 173.

und Bewilligung, in Beyſeyn ihrer Herrn und Freund, auch obgedacht unſers Herrn Vaters und unſer Räthe, nachfolgender Meinung freundlichen Vertragen, nehmlichen: Dieweil Graf Günther der älter obgemeldt in Verſcheinung etzlicher Jahr ſeinem Sohn, Graf Heinrichen, aus väterlichen Willen, zu Unterhaltung ſeines Stands und Weeſens, das Schloſs und Ambt Rudelſtadt an der Saale gelegen, mit aller Nutzung, Ein- und Zubehörung, innen zu haben und zu gebrauchen, und nach ſeiner Gelegenheit und Beſten in allen zu ordnen und zu beſtellen angewieſet: Nachdem dann Graf Heinrich aus etzlichen dargethanen Urſachen und Beſchwerungen mit ſolchen Einkommen zu der notdürftigen Unterhaltung nicht hat einreichen mögen, und alſo aus Mangelhaftigkeit ſeiner Vorſehung zu dieſen Fürnehmen geurſacht: So ſoll und will Graf Günther, uns zu beſondern Gefallen, auch ſeinem Sohne zu väterlichen Willen, demſelbigen ſeinem Sohne zu jährlicher Unterhaltung über das Einkommen des Amts Rudelſtadt Nutzung, Zu- und Eingehörung, und was darzu geſchlagen, dis nachfolgend weiter zu anderer Beſſerung und Zulage reichen, geben und zuſtellen laſſen, zu gewöhnlicher und bequemlicher Zeit und Friſt eines jeden Jahrs. Erſtlich 400 Scheffel Rudelſtädter Maas, Hafer, über vorige Anweiſung, und der aufgerichten Verträge, die Futterung auf ſeine Pferde belangend: Anderthe il 100 Scheffel Gerſten zu Maltz, des berührten Rudelſtädter Maas; 15 Perſonen ſeiner weſentlichen geordneten Hof-Diener 2 mal auf dem Sommer und Winter zu kleiden, wie andere ſeiner Hof-Diener ingemein diſsfalls gehalten werden; dazu ſeiner Hausfrauen Hofmeiſterin, ſamt 3 Jungfrauen und einer Gürtel-Jungfrauen, jedes Jahrs allein einmal, auch zu kleiden; 10 gemeiner guter Ochſen, ſo vor die Küchen zu ſpeiſen dienſtlich ſeyn. Ueber ſolches alles 100 Gulden, dem Grafen, ſeinem Sohne, und der Gräfin, ſeiner Haus-Gemal, ihnen beyden zu einen jährlichen Ehren-Kleide, dazu über das alles noch 200 Gulden auch an Gelde, und die beyde berührte letzte

Ar-

Articul auf zwo Friſt jedes Jahrs zu reichen und zu geben laſſen, die erſte 14 Tage nach Michaelis ungefehrlich, und auf nechſtkünftige Friſt Michaelis anzufahen, die andern 14 Tage nach Walpurgis nächſt darnach folgend, alles auf gebührlich Quittantz zu jederzeit dagegen zu überreichen. Was aber die andern häusliche Stück belangend, wie angezeigt, das ein jedes auch ſeiner gewöhnlichen Zeit dermaſſen auf billige Quittantz erlegt und empfangen werde, nemlich der Hafer in der Wochen Martini die Helfte, und die Uebermas purificationis mariae Virginis nächſtfolgend eines jeglichen Jahrs. Desgleichen die Anzahl Gerſte zu Maltz auch auf die beſtimte Friſt jedes Jahrs. Dagegen ſoll und will ſich Graf Heinrich gegen gemeltem ſeinem Vater Graf Güntbern von Schwartzburg, mit kindlichen Gehorſam, Treu und Liebe erzeigen, halten und erkennen laſſen. Ferner, ſo ſoll und will er nichts auf der Zugehörung und dem Einkommen des Schloſs und Amts Rudelſtatt, oder ſonſt borgen, verſchreiben, verſetzen, noch verpfänden, die Zeit ſeines Vaters Lebens. Wo er auch einige Begnadung oder Verſchreibung künftiger Lebens-Fälle, von ſich gegeben, die ſollen ohne beſtändige Bewilligung ſeines Vatern die Zeit deſſelbigen Lebens nicht bekräftiget ſeyn, wie das aus billigen Ermeſſen rechtlichen Fug hat, auch die Perſonen, ſo wiſſendlich und gegen denen ſein Vater Graf Günther dieſer Zeit oder zukünftiglich in ungnädigen Widerwillen ſeyn, zu meiden, und mit füglicher Weiſe von ſich ſchieben, auch ſich derſelbigen zn euſern, daraus zu vermercken ſeyn möge, daſs er ſeinem Vater nicht entgegen zu leben geneigt. Graf Heinrich ſoll ſich auch über die Anzahl Perſonen des Frauen-Zimmers und der Reiſigen, ſamt dem andern nothdürftigen gemeinen Hausgeſinde, ſo ihm in vorigen Vertrage und Abrede geordnet und zu Ende dieſes Vertrags abermals angezeigt und benannt werden, zu Verhütung ſeines nachtheiligen Unraths, nicht weiter beladen, auf daſs er mit dem Einkommen, wie ihm das überweiſet und bewilliget, ſo viel beſtändiger einreichen, und al-

ſo mit ehrlichen Weſen unterhalten möge. Und ob künftiglich fürfallen würde; daſs ſich etliche Diener mit der Zeit bey Graf Heinrichen zu Dienſt einlaſſen, oder ander unfreundlicher Irrthum, ſo dieſer unſer Abrede anhängig zutragen würde, daſs doch nicht ſeyn ſoll, darinn ſein Vater, Graf Günther, billigen und verurſachten Miſsfallen haben möchte, das ſoll Graf Günther anfänglich ſeinem Sohne Graf Heinrichen vermelden, durch ſich ſelbſt, oder Beſchickung einer oder mehr ſeiner Räthe anreden laſſen, die Urſachen anzuzeigen, und Bericht darauf zu empfangen, und wo es daran erwung, durch dieſelbigen oder andere ſeiner Räthe davon weiter Unterredung und Handlung fürwenden laſſen: Im Fall aber, ſo es dermaſſen fürſtund, daſs ſie nicht möchten vereinigt werden, alsdann ſolche Sachen vor zween ihrer Herrn und Freund jeder einem gelangen zu laſſen; wo ſie dieſelbigen auch nicht entſcheiden möchten, ſo mag Graf Günther die vorbenannten Stück der jetzigen väterlichen Zulage hinterlegen, und alsdann beſchlieslichen ſollen dieſelbigen Sachen uns Herzog Johann Friedrich, nach angehörtem Bericht, neben beyder ihrer Freundſchaft, ſo zuvor in ſolcher Handlung geweſen, zu endlicher Vergleichung, Entſcheidung und Weiſung willkührlich heimgeſtellt ſeyn, damit ſie alſo durch Gottes Gnaden in freundlichen Willen unterhalten ſeyn und bleiben mögen. Es ſollen auch die vorige bewilligte Verträge, ſo zwiſchen ihnen aufgericht, was das Einkommen des Schloſs und Amts Rudelſtadt anlangt, und was dazu geſchlagen, darauf ſich dann dieſe unſere Handlung in etzlichen Artickeln zum theil ergründet, in ihren Weſen bleiben, und ſoll hiemit aller unfreundlicher Wille, ſo zwiſchen beyden Theilen, Graf Günthern und Graf Heinrichen von Schwartzburg, als Vater und Sohn, erregt und fürgeſtanden, aufgehaben ſeyn, den Ungunſt fallen zu laſſen, und es ſoll ſich Graf Heinrich, als getreuer gehorſamer Sohn gegen ſeinem Vater, wie ihm dann chriſtlich, ehrlich und wohlanſtändlich iſt, erzeigen, ſo würde ſich der Vater alles väterlichen Willens wieder-

derum halten und erweiſen. Des zu Urkund haben neben Uns, die Hoch- und Wohlgebohrnen, Unſre Ohme, Räthe und lieben getreuen, Herr Wilhelm, Graf und Herr zu Henneberg, Ernſt, Hoiger und Albrecht, Gebrüdere und Vettere, Grafen und Herrn zu Mansfeld und Edle Herrn zu Haldrungen ihre Secret und Petſchafft zu End dieſes Vertrags auch angedruckt, welcher genunifacht und jedern Theil einer übergeben und zugeſtellt worden, den ſie auch alſo angenommen und zu halten zugeſagt - - - - Dieſe ſind die geordneten Perſonen, darauf der vorgemelte Artickul Anzeige thut: die Frau Gräfin, 3 edle Jungfrauen, eine Gürtel-Jungfrau, 2 edle Knaben; eine erbare Hofmeiſterin, einen Schneider, einen Stubenheitzer, eine Amme, eine alte Frau, eine Kinder-Magd, Summa 13 Perſonen des Frauen-Zimmers, 8 gerüſte Pferde, 2 Klepper, 1 Zelter der Gräfin, 2 Pferde dem Amtmann, 4 Wagen-Pferde, Summa 17 Pferde, ferner Perſonen 2 Köche, 1 Küchen-Buben, 1 Becker, 1 Gerichts-Knecht, 2 Schreiber, 1 Weydemann. Item eine Käſe-Mutter, Vieh-Mägde, Hirten, Thürner, obs Noth ſeye, Thorwärter, und die Knechte, ſo zum Acker-Bau gehören, auch 2 Wächter, und einen Wein-Meiſter.

§. XLVII.

Quae in domo Anhaltina lineae Bernburgenſis inter patrem et filias intuitu alimentorum ſint actitata, docent concluſa iudicii aulici apud Dnum MOSERVM (s). Huc quoque pertinent, quae in Diario comitiorum CIↃIↃLXX. habitorum referuntur a comite Witgenſteinenſi (t): *Hab ich neben meinem Bruder bey dem alten von Winnenberg angehalten, daſs er ſich uf meines Schwagers ſchriftl. Begehrn erkler, aber nit weiter erhalten, als daſs er leiden möge, daſs*

(s) *Staats-Recht* T. XXII. p. 169.

(t) Apud perilluſtrem a SENCKENBERG *Sammlung ungedruckt- und rarer Schrifften* P. II. p. 42.

daſs mein Schwager ſelbs eyn Ordnung mach, und ſo viel ſein Unterhaltung belange, ſelbſt was ihm zur Haushaltung von nöten, vorſchlag, ſonſt könn er ſeinen Begehren ſimpliciter nicht ſtatt geben. Inter caeteras querelas, quas contra patrem Adolphum Fridericum Megapolitanum Ducem filius Chriſtianus mouebat, imo in comitiis MDCLIV. ad imperatorem et imperii ſtatus deferebat, erat quoque, quod pater neceſſaria ſibi denegaret alimenta. De quo PFANNER (u): *At Chriſtianus, filio aduerſus patris etiam criminationes defenſionem licere arbitratus, alio ad Ordines libello fati ſui miſeratus, infelicitatem, quae, vtcunque pietatis obſequiique in genitorem retinere cupienti, tuendi honoris ſui neceſſitatem extorqueret, iniqua patris iuſſa referebat, praecipientis, vt ratum haberet, quicquid ipſius in damnum partitione, venditione atque oppignoratione terrarum decreuiſſet, eſſetque porro decreturus deſignaturusque, ſi decernendi deſignandique, quicquid vellet, porrigaretur licentia. Etiam pecuniam ceteraque VICTVI NECESSARIA SIBI denegari, ſi non tam iniqua imperanti obtemperaſſet, huiusque annuiſſet voluntati, non minus aliarum in Germania paris faſtigii gentium quam ſuo Domusque ſuae praeiudicio; eo iam pridem iure atque inſtituto vſae, vt filiorum, vti quisque natu eſt maximus, imperium teneat. Ita parentis acerbitate adactum cum alia non ſupereſſet curandae ſalutis ratio, ad Caeſaris opem vertiſſe, non in iſtum odio ſed ne is iure ſuo in filium, dummodo liceat, obſequentem abuteretur, quod ad Liberorum incolumitatem comparatum natura pariter gentiumque ac populorum leges voluerint. Neque iniuriam feciſſe patri, ſi non aliam huic mentem eſſe Caeſari queſtus ſit, quam vt ipſe poſt obitum iſtius vano Principis imperantis (eines regierenden Herrn) nomine ſpecieque gauderet, nihil praeter iſtud habiturus, ſi pro lubitu alienandi illi oppignorandique poteſtas ſit, quam ſuam ad vtilitatem exerceri a Genitore, ne patriae quidem pietatis aut ſu-*

(u) *Hiſtor. comitior.* lib. VII. §. 22. p. 898.

ſuſpicione aut fiducia, vti fidem habeat ſeſe adduci poſſe. Non equidem, quod immerenti exprobret pater, moleſtum ſibi eſſe, huius ſenecta imperium detineri, quem ſoſpitem diu incolumemque ipſe precetur: Aſt vitio ſibi verti non debere, ſi alimenta non negari ſibi expoſtulet, quae, qui dare detrectet, necare videatur. Quin iſta negaſſe haud contentum parentem conſcriptum a ſeſe, quo aliunde vitae honeſtae tolerandae ſubſidia pararet, exteras nationes bellum tum gerentes (Hiſpanis operam addixerat) petente, nulla parentis aut cuiusquam moleſtia, militem, accitis in eam rem ceteris quoque Saxoniae inferioris copiis, disieciſſe, ne quid reſtaret, quo incolumitatem, decus, ipſumque nomen tueri liceret. Dari id a ſeſe ſuae in patrem venerationi atque obſequio, ne quam non paternae ad charitatis modum imperia in filium ſua exercuerit inuidioſius recenſeat. Innotuiſſe iam dudum exteris, quo neglectu hunc habuerit apud iſtas degentem immitis pater; media rerumque omnium, quarum ad vitam agendam vſus atque neceſsitas eſt inopia fere periturum, ni deſtituto a parente alii, fortunam iuuenis Principis miſerati opem tuliſſent, fauore ſuo complexi, quem, ceu abdicatum, iſte proiecerat, exuto affectu, quem in liberos tenerrimum eſſe a pietate non degenerans natura voluerit.

§. XLVIII.

Non ſolum vero filio ſed quoque eius vxori et nepotibus ex ea procreatis pater alimenta pro dignitate praeſtare tenetur, ſi cum conſenſu eius nuptiae a filio ſunt celebratae. Non poteſt enim non conſentire in media qui in finem conſentit. Inde pater, qui nuptias approbat filii, quiue vt per eas familia propagetur intendit, neceſſario ad onera obſtringitur matrimonii a filio initi, qualia ſunt educatio liberorum, alimentorumque vxori debito-

rum

rum praeſtatio. Exemplum ex domo Haſſiaca vide apud ILL. MOSERVM (x).

§. XLIX.

Tranſimus ad iura patriae poteſtatis. Et primo quidem liberi ſubſunt directioni patris, ideoque iure naturae inuito patre ſe obligare, contrahere vel transigere non poſſunt (§. XII.). Aſt Romano iure filii familias etiam inſcio patre ex ſuis valide obligabantur contractibus (y). Inde cum illuſtrium liberi legibus viuant ciuilibus tamdiu ac a patre imperante ab earum obligatione expreſſe vel tacite non ſunt exemti (§.XLIII.); illi quoque valide ſe obligant ſuisque ex contractibus obligantur, niſi vel lege a patre aliter conſtitutum vel liberorum pacta in patris ſeu reipublicae vergant detrimentum. Forſan huc ſpectant, quae noſtris temporibus inter potentisſimas domus Auſtriacas et Brandeburgicas ſunt diſceptata. Sic Brandeburgici (z): *Es geſchahen aber zu gleicher Zeit, zwey mit ſich ſelbſt ſtreitende und verſtellte Handlungen. Dem regierenden Churfürſten wurde der Schwiebuſſiſche Creyſs 1686. angebothen und übergeben: aber auch zu gleicher Zeit, Dero Chur-Printz dahin angeführet, heimlich zu verſprechen, dasjenige, was Dero Glorwürdigſtem Herrn Vater gegeben worden, bey einſtens angetretener Regierung, wiederum wegzugeben, und den gäntzen Abſchluſs der Handlung zu caſſiren. Beydes aber war unrichtig. Denn wie zu allen Handlungen, wenn ſelbige unter vernünftigen Völckern eine Verbindung haben ſollen, Wiſſenſchafft und Wille erfordert werden: alſo mag man in dieſem* Fall

(x) *Staats-Recht* Tomo XXII. p. 177.

(y) L. 39. D. *de obligationibus et actionibus* L. 44. et 45. D. *de peculio:*

(z) *In dem Rechtsgegründeten Eigenthum* P. I. *der Schleſiſchen Nachrichten* p. 36.

Fall keines von beyden behaupten. Der Churfürſt Friedrich Wilhelm meynte ſeinem Hauſe etwas auf ewig zu erwerben, und zu gleicher Zeit wurde ſeinem Chur-Printz, von dem Oeſterreichiſchen Miniſtro Baron von Freytag, induciret, und durch ausgeſonnene Drohung und Furcht gantz insgeheim dahin gebracht das Erworbene dereinſt wieder herzugeben, und damit den väterlichen Vertrag zu eludiren und zu zernichten Auſtriaci vero reſpondebant (a): *Der damahlige Chur-Printz Friederich, und nachheriger erſter König (welcher zur ſelben Zeit ſchon das 29. Jahr ſeines Alters erreichet) betrachtete hingegen als ein vernünfftiger Herr auf der einen Seiten die Wichtigkeit des Geſchäfftes, und darunter ſteckende Heyl des geſambten Römiſchen Reichs, auf der andern Seiten aber ſahe derſelbe den Ungrund der Chur-Brandenburgiſchen Forderung vollkommen ein, und tratte dahero, um ein dem gantzen Römiſchen Reich ſo heylſam- als nützliches Werck nicht zernichtet zu ſehen, ins Mittel: Er überlegte die Sache mit einigen Vertraueten, ins beſondere mit einem nahen Anverwandten dem Fürſten Johann George von Anhalt, und weilen er die Härtigkeit ſeines Herrn Vatern, und die gefährliche Abſichten des damahligen Chur Brandenburgiſchen Miniſterii am beſten kennete, ſo lieſſe er den Kayſerl. Geſandten zu Berlin Baron von Freytag nach Anzeige der vorhandenen Correſpondentz inſtändigſt bitten, ja coniuriren, disfalls das Eys zu brechen, und ſeinem Herrn Vater die dem Chur-Haus und ſeiner gantzen Poſteritaet obliegende Gefahr vor Augen zu ſtellen, auch den Kayſer zu diſponiren, ſeinem Herrn Vater, ſo lang derſelbe leben würde, den Schwibuſſer Creyſs abzutretten, worgegen er ſich nicht nur in höchſter Geheim gegen gedachten Kayſerl. Geſandten erbothen, dasjenige Stück Land, ſo der Kayſer ſeinem Herrn Vatern überlaſſen wurde, ſofort nach deſſen Todt wiederum ein u-*

F 2 *r u-*

(a) *In der Gegen-Information über das Rechtsgegründete Eigenthum. Schleſiſche Nachrichten* P. IV. p. 296.

raumen, ſondern er ſtellete auch würcklich einen verbündlichen Revers untern 28. Febr. 1686. mithin einige Monathe vor Zuſtandbringung des Satisfactions-Tractats von ſich; In welchem er ſelbſt bekennet, daſs auf ſein abſonderl. bewegliches Neben-ſuchen und Bitten, Ihro Kayſerl. Maj. ſeinem Herrn Vater den Schwiebuſſiſchen Creyſs überlaſſen, und er ſich dahero verbünde, auch Ihro Kayſerl. Maj. völlige Macht und Gewalt gebe, daſs dieſelbe nach ſeines Herrn Vaters Tod-Fall, ſolchem ohne ſein des Chur-Printzens ferneres Zuthuen wiederum in Poſſeſs nehme, und reunire. Jedoch mit dem Beding, daſs ihme dargegen entweder die Fürſt-Schwartzenbergiſche Herrſchafften Neuſtadt, und Gimborn, zuwege gebracht, und abgetretten, oder aber an-ſtatt derer 100000. Rthl. ſpecies in baaren Geld abgeführet werden möchten; wobey derſelbe am End verſichert, daſs es bey der vollkommenen Renunciation aller- und jeder von ſeinem Herrn Vater formirten NB. von Kayſerl. Maj. nie zugeſtandenen Prätenſionen ſein unverbleibliches Bewenden habe.

§. L.

Simili modo naturae iure liberi absque parentum conſenſu nuptias haud contrahunt (§. XII.). Hic conſenſus iure Romano neceſſario requiritur, ita vt eo neglecto nuptiae ſint nullae (b). Iure canonico valide quidem absque parentum conſenſu ſponſalia celebrari nequeunt (c); Quamuis contractum de facto matrimonium irritum haud fiat, ſed ob ſacramenti rationem ſubſiſtat (d). Quod etiam concilium Tridentinum probauit (e). Aſt ceſſat apud proteſtantes ſacramenti reſpectus ideoque ab iis matrimonia in-

(b) Princ. I. *de nuptiis.*
(c) C. 1. 4. C. 30. qu. 5.
(d) C. 6. X. *de raptor.* c. 13. X. *de ſponſal.* c. 6. X. *de ſponſ.* appol.
(e) Sectione XXVIII. *de reform.* c. 1.

inſciis et inuitis parentibus contracta irrita cenſentur (f), licet patris ſine iuſta diſſentientis cauſſa ſaepius a magiſtratu ſuppleatur conſenſus. Cum igitur illuſtrium liberi legibus patris ſubſint ciuilibus, merito diſtinguimus inter illuſtres catholicos et proteſtantes. Catholici iure canonico et concilio Tridentino tenentur. Apud proteſtantes vero nuptiae liberorum ſine parentum conſenſu contractae nullae habendae ſunt, cum pater iudicem non habeat, qui eius ſupplere poſſit conſenſum, camerae et iudicii aulici in matrimonialibus ceſſante iurisdictione (g). Conſentiunt nobiscum DNVS DE BERGER (h), KEMMERICH (i), RHETIVS (k), SCHILTER (l), ILLVSTRIS MOSER (m).

§. LI.

Deinde patri in liberorum bonis et adminiſtratio competit, et vſusfructus, quod de ſupremi iuris imperantibus iam monſtrauimus (§. XIII.). Quoad imperii vero ſtatus, ſiue eos ſolum ex iure naturae cum GRIEBNERO iudices, ſiue ſimul ciuilium legum rationem habeas, patri et adminiſtratio et vſusfructus non poterit denegari. Nam licet quoad priuatos iura locum habeant peculiorum, illuſtrem tamen parentem vi imperii, quo pollet, liberorum iura in peculiis caſtrenſibus circumſcribere ſibique omnem vindicare poſſe vtilitatem, facile quilibet concedet. Interim tamen vix erit pater, qui liberorum con-

(f) Illuſtr. BOEHMER. *iure eccleſ.* T. III. §. XI.
(g) Vide ſupra *iuriſpr. her.* P. IV. Cap. III. Sect. I. §. XXIII.
(h) Diſſ. *de matrimon. illuſtr.* Cap. II. §. 6.
(i) In *introduct. ad ius publ.* lib. VIII. c. 2. §. 6.
(k) In *inſtitut. iur. publ.* Lib. I. tit. 21. §. 2.
(l) In *inſtitut. iur. publ.* lib. I. tit. 9. §. 3.
(m) *Staats-Recht* T. XVIII. p. 516.

räumen, ſondern er ſtellete auch würcklich einen verbündlichen Revers untern 28. Febr. 1686. mithin einige Monathe vor Zuſtandbringung des Satisfactions-Tractats von ſich; In welchem er ſelbſt bekennet, daſs auf ſein abſonderl. bewegliches Neben-ſuchen und Bitten, Ihro Kayſerl. Maj. ſeinem Herrn Vater den Schwiebuſſiſchen Creyſs überlaſſen, und er ſich dahero verbünde, auch Ihro Kayſerl. Maj. völlige Macht und Gewalt gebe, daſs dieſelbe nach ſeines Herrn Vaters Tod-Fall, ſolchem ohne ſein des Chur-Printzens ferneres Zuthuen wiederum in Poſſeſs nehme, und reunire. Jedoch mit dem Beding, daſs ihme dargegen entweder die Fürſt-Schwartzenbergiſche Herrſchafften Neuſtadt, und Gimborn, zuwege gebracht, und abgetretten, oder aber an-ſtatt derer 100000. Rthl. ſpecies in baaren Geld abgeführet werden möchten; wobey derſelbe am End verſichert, daſs es bey der vollkommenen Renunciation aller- und jeder von ſeinem Herrn Vater formirten NB. von Kayſerl. Maj. nie zugeſtandenen Prätenſionen ſein unverbleibliches Bewenden habe.

§. L.

Simili modo naturae iure liberi abſque parentum conſenſu nuptias haud contrahunt (§. XII.). Hic conſenſus iure Romano neceſſario requiritur, ita vt eo neglecto nuptiae ſint nullae (b). Iure canonico valide quidem abſque parentum conſenſu ſponſalia celebrari nequeunt (c); Quamuis contractum de facto matrimonium irritum haud fiat, ſed ob ſacramenti rationem ſubſiſtat (d). Quod etiam concilium Tridentinum probauit (e). Aſt ceſſat apud proteſtantes ſacramenti reſpectus ideoque ab iis matrimonia in-

(b) Princ. I. *de nuptiis.*
(c) C. 1. 4. C. 30. qu. 5.
(d) C. 6. X. *de raptor.* c. 13. X. *de ſponſal.* c. 6. X. *de ſponſ.* appol.
(e) Sectione XXVIII. *de reform.* c. 1.

inſciis et inuitis parentibus contracta irrita cenſentur (f), licet patris ſine iuſta diſſentientis cauſſa ſaepius a magiſtratu ſuppleatur conſenſus. Cum igitur illuſtrium liberi legibus patris ſubſint ciuilibus, merito diſtinguimus inter illuſtres catholicos et proteſtantes. Catholici iure canonico et concilio Tridentino tenentur. Apud proteſtantes vero nuptiae liberorum ſine parentum conſenſu contractae nullae habendae ſunt, cum pater iudicem non habeat, qui eius ſupplere poſſit conſenſum, camerae et iudicii aulici in matrimonialibus ceſſante iurisdictione (g). Conſentiunt nobiscum DNVS DE BERGER (h), KEMMERICH (i), RHETIVS (k), SCHILTER (l), ILLVSTRIS MOSER (m).

§. LI.

Deinde patri in liberorum bonis et adminiſtratio competit, et vſusfructus, quod de ſupremi iuris imperantibus iam monſtrauimus (§. XIII.). Quoad imperii vero ſtatus, ſiue eos ſolum ex iure naturae cum GRIEBNERO iudices, ſiue ſimul ciuilium legum rationem habeas, patri et adminiſtratio et vſusfructus non poterit denegari. Nam licet quoad priuatos iura locum habeant peculiorum, illuſtrem tamen parentem vi imperii, quo pollet, liberorum iura in peculiis caſtrenſibus circumſcribere ſibique omnem vindicare poſſe vtilitatem, facile quilibet concedet. Interim tamen vix erit pater, qui liberorum con-

 di-

(f) Illuſtr. BOEHMER. *iure eccleſ.* T. III. §. XI.
(g) Vide ſupra *iurispr. her.* P. IV. Cap. III. Sect. I. §. XXIII.
(h) Diſſ. *de matrimon. illuſtr.* Cap. II. §. 6.
(i) In *introduct. ad ius publ.* lib. VIII. c. 2. §. 6.
(k) In *inſtitut. iur. publ.* Lib. I. tit. 21. §. 2.
(l) In *inſtitut. iur. publ.* lib. I. tit. 9. §. 3.
(m) *Staats-Recht* T. XVIII. p. 516.

ditionem velit deteriorem quam ſubditorum, ideoque raro eueniet, quod liberi illuſtrium circa peculia iuribus viuant magis circumſcriptis quam priuatorum. Potius pater ſimul imperans liberis de ſuo patrimonio ſeu peculio diſponendi liberiorem concedere poteſt facultatem. Ex quibus ſimul patet, quatenus liberis illuſtrium permiſſum ſit, vendere, donare, locare, permutare, mutuum ſumere. Nam haec omnia prohibente patre fieri non poſſunt, qui tamen ius ſuum ob conditionem liberorum, qua fulgent illuſtrem, vix cum rigore exercebit (n).

§. LII.

Liberi illuſtrium ex patris voluntate a legum ciuilium obſeruantia eximi quidem poſſunt, aſt quamdiu hoc non factum, iis parent (§.XLIII.). Hinc licet illuſtrium conditio exigat, vt ex fide agant filii familias, mutuumque exſoluant contractum, illi tamen ſi volunt exceptione SCti Macedoniani contra creditores vti poterunt. Contrariam quidem ſententiam tuetur GRIEBNER (o) verbis: *ſed nec SCti Macedoniani exceptionem illuſtribus filiis competere exiſtimem, licet vulgo aliter ſentiant. Es wäre wohl was Vortreffliches, meiner Meinung nach, wenn ſich ein filius principis auf SCtum Macedonianum beruffen könnte, denn was geht ihn Macedo an etc.* Aſt recte ſentit ILLVSTRIS MOSER (p): *Bey mir hat es den geringſten Anſtand nicht, daſs, Krafft des einmahl feſtgeſetzten principii generalis, auch hier das Römiſche Recht applicabel ſeye und ich kan nicht finden, daſs es der Würde eines ſolchen Herrn nachtheilig ſeye, zumaln wenn er noch bey jungen Jahren geweſen*

(n) KEMMERICH *introd. in ius publ.* Lib. VIII. c. IV. §. I. TITIVS *ſpec. iur. publ.* lib. IV. c. 9. §. 7. MOSER *Staats-Recht* T. XXII. p. 197.

(o) *Princ. iuriſpr. priu.* p. 713.

(p) *Staats-Recht* T. XXII. p. 202.

ſen iſt; weil groſſer Herren Kinder ſo gut fragilis iudicii ſeynd, als derer priuatorum ihre. Und je ſchlimmere Folgen es für den Herrn ſelbſt und ſeine künftige Lande haben würde, wann man ſolchergeſtalten einem jungen Herrn den Weg zu unnützen Depenſen öffnen wollte, um ſo räthlicher iſt es, es bey dieſem SCto bewenden zu laſſen.

§. LIII.

Iure ciuili liberis ſub patria viuentibus poteſtate teſtamenta vel codicillos condere haud eſt permiſſum (q), licet vel maxime pater teſtandi ius concedere (r) eosque quoad actum teſtandi particulariter emancipare velit (s). Sicuti vero pater vi imperii ſibi competentis legum rigorem diſpenſando tollere poteſt, ita quoque pater illuſtris liberis teſtamenti factionem permittere non prohibetur, hique patre volente recte condunt teſtamenta. Denique vnitas perſonarum, quae eſt inter patrem et filium, Romanorum innititur principio, quo putarunt, liberos intuitu patris res eſſe. Aſt Germani liberos pro rebus non habent, ideoque ſecundum Germanorum principia falſo affirmatur, patrem et filium vnicam efficere perſonam. Et licet ſint, qui ſtatuunt, inter priuatos hancce omnino locum habere vnitatem a Romanis confictam; vix tamen erit, qui inter illuſtrem patrem et filium eam adeſſe ſibi erronee perſuadebit. Et ſi vel maxime huic inter illuſtres locus eſſet vnitati, eam tamen a patre imperante tolli poſſe, nemo negabit. Hinc contractus inter patrem et filium illuſtres omnino erunt validi, ſicuti et donationes inter eosdem factae firmo ſtant fundamento. Conſentiunt no-

(q) L. 6. et 19. D. *qui teſtamenta facere.*
(r) L. 6. pr. D. eod.
(s) BERGERI *oeconom. iur.* lib. I. tit. 3. §. 16.

nobiſcum BERGER (t), COCCEII (u), GRIEBNER (x), KEMMERICH (y), LANGGVT (z). Philippus Valeſius equidem Gallorum Rex, vt eo facilius Normanniae ducatum filio ſuo Iohanni dono dare poſſet, eum mancipauit. Verum recte iudicat BODINVS (a) minus neceſſariam hanc fuiſſe emancipationem, dum et absque ea donatio ſubſtitiſſet.

§. LIV.

Competit inſuper parentibus ius puniendi (§. XVII.) in quo tamen modus ſeruandus et aequitatis limites non excedendi ſunt a patre irato. Hinc paulo curatius de hocce puniendi iure acturi ſumus, cum a plerisque ſit neglecta eius tractatio. Habet enim pater ſimul imperans duplicem perſonam, imperantis et patris (§. XLIV.). Vtriusque perſonae officia in puniendo debet adimplere (§. XLV.). Aſt incidunt interdum ea tempora, quibus patria imperantis contradicant officiis, quae proinde ſimul obſeruare impoſſibile, et ſic vt alterutrum negligatur neceſſe eſt.

§. LV.

A lege recedere officiique non adimplere partes, malum et proinde neutiquam eſt admittendum. Neceſſitate vero exigente cum alterutrum officiorum ſibi contradicentium ſit deſerendum, ab eo recedendum eſt, ad cuius cuſtodiam minori obſtringimur obligatione. Iam ſi duplicis generis, quas imperans reſpectu liberorum ſuſtinet, per-

(t) *Ad Cocceii iuriſp. prudent.* p. m. 412.
(u) *In iurispubl. prud.* Cap. XXIX §. 4.
(x) *In praeiud. princip. ex abuſu iuris Iuſtinianei* Cap. II. §. 6.
(y) *In introduct. ad ius publ.* Lib. VIII, c. IV. §. VI.
(z) *Ad Cocceii iuriſp. prudent.* Cap. XXIX. §. 4.
(a) Lib. I. *de republ.* c. 4.

perſonas conſideramus, dubium non eſt, quin fortior imperantis ad reipublicae, quam liberorum ſalutem tuendam ſit obligatio. Ab illius enim ſalute multorum, ab horum vero vnius modo pendet felicitas, et proinde imperantis officia praeferenda ſunt patris, ſi vtraque ſimul obſeruari nequeunt.

§. LVI.

Principi ius eſſe legum aggratiandi transgreſſores, omnes fere vno fatentur ore. Hoc vero ſi vnquam vti licet, illud ſane in liberorum delictis locum inueniet. Ad maiorem enim erga liberos, quam erga alios patres obligantur amorem, quod tam ex lege, qua parentibus liberorum commendata eſt educatio, ſpeciali (§. XI.) quam ex tenerrimis, quos natura indidit, quibusue ad liberorum ſalutem promouendam fortisſimo obſtringimur vinculo, ſtimulis cognoſci poteſt.

§. LVII.

Non poteſt ſolum, ſed debet (b) quoque ſuorum delicta liberorum aggratiari ſummus reipublicae imperans (§. LVI.). Obligatur enim non imperantis ſolum ſed patris quoque explere officia, quorum alterutrum non niſi exigente negligi poteſt necesſitate. Haec vero cum patrem imperantem non vrgeat, quippe qui diſpenſando et patris et imperantis ſimul fungi poteſt officiis (§.XLV.), ſatis patet aggratiandum eſſe filium a pa-

(b) Obſeruandum vero, nos hic non id ſolum ſpectare, quod in foro externo iure perfecto patri liceat imperanti, ſed fori quoque interni vel conſcientiae habere rationem. Multa enim in foro externo ſunt permiſſa, quae tamen, ſi internum ſpectas, licita haud erunt.

patre, vt patris expleri poſſint officia ſimul ac imperantis (c).

§. LVIII.

Sed incidunt interdum ea tempora, quibus aggratiando vel patris vel reipublicae ſalus in ſummum deduceretur diſcrimen, ſicque et patris et imperantis ſimul conſeruari nequeant officia. Cum igitur reipublicae patrisque ſalus ſaluti praeferenda ſit liberorum (§. LV.) ſatis patet perſpicue, tunc omnino patrem iure vti non debere aggratiandi, ſi exinde vel reipublicae vel ipſius patris felicitati periculum immineret, ſed potius liberis eſſe pereundum, vt ſalus conſeruetur reipublicae, vel patris. Ex quibus regula profluit, ius aggratiandi toties locum habere, quoties aggratiando et ſaluti liberorum et reipublicae conſuli poteſt.

§. LIX.

Quae vero protulimus generalia, eo clariora fore putamus, ſi ad ſingula officiorum genera adplicentur. Curatius proinde haecce erunt conſideranda. Leges, ex quibus officia profluunt, quasue in diiudicandis liberorum cauſis pater ſummus ſimul imperans ſequi poteſt, ſunt vel diuinae vel humanae, et illae rurſus vel naturales vel poſitiuae. Quae ex arbitrio pendent diuino, leges poſitiuae, aut conſequendae remedia aeternae ſalutis proponunt,

(c) Quare etiam in Gallia haec differentia ordinate ſeruatur, inter liberos regum et principes ſanguinis caeterosque ſubditos, quantum concernit crimina commiſſa, quod hi puniantur ſecundum rigorem legum, filii autem et fratres regum mitius habeantur, propter reuerentiam, quae debetur eorum progenitori. Illud autem principaliter eſt vſitatum, vt nunquam adficiantur mortis poena violentae. LIMNAEVS *notitia Regni Franciae* lib. II. cap. XXI.

nunt, aut officia in ſocietate obſeruanda ciuili praeſcribunt.

§. LX.

Quae ſtatum ſpectantes ciuilem in ſacris litteris promulgatae exſtant leges poſitiuae, a Deo quidem ſapientisſimae, ſed pro ratione reipublicae, cui ipſe Deus imperans praeerat, ſunt conſtitutae. Cum vero ſemper leges reipublicae ſtatui ſint accommodandae, quin exigente diuerſa a reipublicae Hebraeorum ratione, illa mutari posſint a ſummo imperante, vix eſt quod dubitemus (d). Ponas igitur, in ſacris litteris poenas certis delictorum generibus ſtatutas eſſe duras, imo potius capitales, liberorum vero mitioribus obtineri poſſe emendationem, patris partes omnino exigent, has illis praeferre (§. LVI.) a capitalibus vero plane abſtinere (§. XXV.). Leges vero Dei poſitiuae aeternae remedia ſalutis proponentes, vnice circa res verſantur fidei, et omnem aeque ac religio reſpuunt coactionem. Non aliud igitur circa hominum fidem officium obſeruandum incumbit, quam colloquendo, erudiendoque ad eam conſequendam conſeruandamque viam monſtrare. Et in eo ſemper patris et imperantis obſeruanda circa aliorum fidem, in ſacris litteris propoſita officia conueniunt, quae proinde nec ſibi inuicem contradicere, nec in necesſitatem ab officio ob duplicitatem perſonae recedendi patrem ſummum imperantem conſtituere poſſunt.

§. LXI.

Hic vero de fide et religione, quatenus in internis ſolum conſiſtit, minime vero quatenus in externis ſeſe exſerit, et cogi quodammodo poteſt, loquimur. Hinc merito

(d) GVNDLING *Ius Natur.* Cap. 36. §. 42. et *Reſponſum facultatis iurid. Hal.* apud GRANZIVM *in inquiſito defenſo.*

rito quaeſtio mouetur, an filius, qui religionem in imperio paterno non toleratam eamque erroneam profitetur, et nec monendo nec docendo ad eam deſerendam moueri poteſt; morte puniri, ſeu a ſucceſsione excludi posſit. Non deſunt in hiſtoriarum monumentis exempla, quibus ad caedem vsque liberorum progreſsi ſunt patres. Sic Leowigildus Wiſigothorum in Hiſpania Rex filium Hermenigildum, qui ab Arriana haereſi ad catholicam fidem contra patris tranſierat voluntatem, in ipſo ſacrato die Paſchali ſecuri percuſſum interemit (e). Pari modo inter crimina, quibus filium Carolum Philippus Hiſpaniarum Rex incuſauerat, erat quoque, quod reformatorum probaret dogmata (f). Nec argumenta in veritatis ſpeciem excogitata deſunt, quibus huiusmodi facta non probant ſolum, ſed fere ad heroica referunt. Ex his praecipuum eſt, quod adſerunt, metuendum eſſe, ne princeps erroneam ſtrenue defendens religionem aliquando imperii capeſſens habenas eam aut ſuis in aeternam eorum perniciem obtruderet ciuibus, aut ſaltim diuerſa profitentes ſacra ſummo perſequeretur odio eosque infeliciores reddendi omni niteretur conatu. Et fateor non minimum exinde reipublicae imminere periculum, ſed aliis plane, quam morte aut ſucceſsionis priuatione auertendum remediis. Potius eo adigi poteſt filius, in imperio aliquando ſucceſſor, vt promittat, ſe quietum religionis exercitium ciuibus eſſe, relicturum. Quo pacto et ciuium proſpicitur ſaluti et imperantis patrisque ſimul explentur officia. Mitiora enim et ad ſalutem reipublicae ſeruandam ſufficientia dum competunt remedia, ad duriora nec

(e) GREGORIVS M. lib. III *dialog.* c. XXXI. PAVLVS DIACONVS lib. III. c. 41. GREGORIVS TVRONENSIS lib. VIII. c. 28.

(f) L. ABBE DE ST. REAL *Don Carlos* p. 143. et p. 199.

nec patri nec imperanti eſt confugiendum. Quoad Germaniam noſtram filius illuſtris aut vnam ex tribus in S. R. I. toleratis profitetur religionibus, aut haereticae cuidam accedit ſectae. Hoc caſu ius in imperii terras ſuccedendi vix ſibi vindicare poterit (g), illo vero, a ſucceſſione in feuda, allodiaque imperii auita, vt et in bona fideicommiſſo ſubiecta excludi nequit. Dum enim cuilibet priuato vnam ex his religionibus ſaluis honoribus, iuribus, haereditatibus, legatisque amplecti ſit liberum (h), id multo magis in illuſtribus locum inueniet, maxime dum per pacem Religioſam aeque ac Weſtphalicam religionis ſtatui in Germaniae prouinciis iam ſatis ſit proſpectum.

§. LXII.

Officia, quae liberis erga ſeipſum obſeruanda veniunt, aliorum reſpectu coactionem non admittunt, minime vero ratione patris aut imperantis coactionem reſpuunt. Patri enim naturae leges ius liberorum proſpiciendi felicitati perfectum (§.XVI.et §.XI.) et proinde quoque remedia tribuunt, liberos ad ſe ipſos perficiendos cogendi. Simile cuilibet imperanti competit ius, quippe cui ad ſalutem reipublicae ſeruandam, et ſic etiam ad obtinendam ciuium perfectionem remedia haud deneganda erunt coactiua. Tam patris igitur, quam imperantis iure, filius officia erga ſeipſum negligens a patre rege vel principe poteſt quidem coerceri aſt patris ſuadent officia, non ex legum rigore, ſed potius emendationi ſufficientibus, licet lenioribus, filium plecti poenis. Illuſtre in hanc rem patriae ſeueritatis exemplum no-

(g) P. O. Art. VII. fin.

(h) P. O. Art. V. §. 25. adde B. de PLESSE de *libertate Germanica* et MOSER *Grund-Riß der heutigen Staats-Verfaſſung* Lib. VI. c. II. §. 1.

noſtris temporibus in potentiſſimo Ruſſorum exſtitit regno, quo Petrus I. filium, dum vnicum, ob neglectum potiſſimum officiorum erga ſeipſum a ſucceſſione in regna et prouincias excluſit. Lectu digna ſunt, quae in publicum de hac re prodierunt acta, ex quibus Manifeſtum, quo tantae ſeueritatis cauſae proponuntur, legi meretur (i).

§. LXIII.

Oritur exinde quaeſtio, an ob improbos mores et nunquam ſperandam emendationem filium a regni ſucceſſione pater poſſit excludere. Et omnino diſtinguendum cenſeo, an ſucceſſio in regna a patris pendeat arbitrio, an non. ſi a patris pendet arbitrio de ſucceſſione ſuarum diſponere ditionum, putarem, ei ius filium excludendi ob improbos mores non poſſe denegari. Maximum enim reipublicae immineret periculum, ſi eius cura illi committeretur, qui nec ſibi ipſi proſpicere, nec propriae conſulere poteſt ſaluti. Cum vero, vt reipublicae ſalus ſeruetur, paterna etiam negligi debeant officia (§.LV.) patet omnino, poſſe filium ſucceſſione priuari, ſi nec emendatio ſperanda, nec alia ſalutem publicam ſeruandi ſuperſunt remedia (k). Spectat huc exemplum Auguſti, qui Agrippam nepotem eumque vnicum ob ſtupidum ingenium ferocesque mores in inſulam Planaſiam proiecit eumque ſibi ſuccedere noluit. Sic enim TACITVS (l): *Nepotem vnicum Agrippam poſthumum in inſulam Planaſiam proie-*

(i) Vide infra Sectio II. §. XXXVIII. - XLI.

(k) Magnum igitur elati animi eſſet exemplum Petrus I. Ruſſorum imperator, qui pro ſalute publica filium ſacrificauit. Sed forſan non ſola reſpublica tantae ſeueritatis cauſa fuit. LAMBERTI *Mem.* T. XI. et infra Sectione II. §. XLI.

(l) Annal. I. 3. 6. SVETON. in Auguſto c. 35.

iecit; rudem ſane bonarum artium et robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum.

§. LXIV.

Alia vero ratio eſt, ſi non ex ſolo patris arbitrio pendet de regni ſucceſſione diſponendi. Regna enim, quae populi conſenſu delata et prouidentia maiorum deſcendentibus ſunt adquiſita, nonniſi cum populi vel regni procerum conſenſu liberis a patre poſſunt auferri. Recte igitur Arauſionenſis princeps in defenſione Apologetica Philippo II. Hiſpaniarum Regi obiicit, ſe malefeciſſe, quod cauſam filii non prouinciarum proceribus, ſed potius tribus aut quatuor inquiſitoribus iudicandam commiſiſſet (m).

§. LXV.

Neglectis officiis erga alios vel ipſe pater, vel reſpublica, vel alii laeduntur ciues. Officia erga ipſum patrem obſeruanda violantur, dum aut eius vitae membriſque, vel dignitati iiſque, quae ad τὸ ſuum patris ſpectant, inſidiae ſtruuntur aut debita patri denegatur reuerentia.

§. LXVI.

Patri eadem de vita membriſque tuendis, quin competant remedia, quae natura omnibus conceſſit hominibus; vix erit, quod dubitemus; Iam vero naturae leges inter periculum iam depulſum, et adhuc imminens diſtinguunt. Metuendum adhuc, vt auertatur periculum, quae-

(m) Sic enim PETR. MATHIEV *Hiſtoire de Henri IV.* lib. I. narrat 4. n. 13. *le Prince d'Orange en ſon apologie dit qu'etant ce prince leur ſeigneur et maitre preſomtif, c'etoit a eux a le juger pluſtot qu'a trois ou quatre inquiſiteurs, ſi le Roi ſon pere pouvoit avoir contre lui cauſe digne de mort.*

quaelibet expediendae ſalutis honeſta remedia recta probat ratio, modo nec duriora, nec leniora ſed proportionata ſint periculo. Hinc ſi alia vitae membrorumque ſeruandorum non eſt ratio, ad caedem quoque adgreſſoris progredi licere, profitentur, qui iura docent naturae tantum non omnes. Eadem et patri ad depellendum, quod imminet periculum, competunt remedia, nec debet aliis vti in filium tanquam imperans. Nam licet iura diuina aeque ac humana grauisſimam mortis poenam iis minitentur, qui in vitae membrorumque periculum ſacratam imperantis perſonam deducunt, ab vtriusque tamen iuris rigore pater ſummus ſimul imperans recedere tenetur, ſi exinde nec propria nec reipublicae Salus periclitatur (§. LVIII.). Iam ſi mitiora periculo auertendo ſufficiant remedia, nullum nec imperantis perſonae nec reipublicae, ſi adhibeantur, oritur periculum. Hinc a durioribus abſtinere et mitiora arripiendo legis rigorem diſpenſando mitigare, tenetur pater ſummus ſimul imperans vel imperii princeps. Aſt ſi mitiora depellendo non ſufficiant periculo, ad duriora, imo ſi a deprauatis filii moribus eiusque pertinacia nouum ſemper metuendum ſit periculum, ad caedem filii confugere, ſic patri licet imperanti.

§. LXVII.

Varia in hiſtoriarum monumentis degenerum exempla filiorum occurrunt, quorum eo proceſſit audacia, vt patris quoque vitae ſtruerent inſidias, eamque ob rem debitas luerent poenas. Ex antiquiori hiſtoria exemplo eſt Artaxerxes, qui Darium Ochum filium ſibi inſidiantem ſtricto acinace percusſit, quousque expirauit (n). Eodem modo Herodes Iudaeorum Rex filium Alexandrum ve-

(n) IVSTINVS lib. X. c. II. PLVTARCHVS *Artaxerxe fine.*

veneni ſibi parati reum accuſauit, ſibique conciliatum veneno propinato occidit (o). Recentiori aeuo Hiſpania triſte admodum exemplum ſiſtit, dum Philippus II. Hiſpaniarum Rex filium Carolum, ex concepta opinione quaſi ſibi inſidiaretur, cuſtodiae commiſit et parato veneno vita priuauit (p).

§. LXVIII.

Quae vero ad auertendum periculum naturae leges conceſſerunt remedia, eo depulſo penitus ceſſant, dum fruſtra fini adhiberentur iam obtento. Si vero ex periculo damna ſunt enata, eorum ſatisfactio et deſuper in ciuitatis praeſertim ſtatu poena eſt exigenda. Haec quidem ſatis dura in omnibus determinata eſt ciuitatibus, ſed mitiganda eſt a patre imperante, ſi filii eam promeruerint. Morte vero plecti plane nequeunt filii, cum nec patris nec imperantis periclitetur ſalus periculo penitus depulſo.

§. LXIX.

Inde quoque varia lenitatis paternae in hiſtoriis exempla habemus, quorum ex Anglicana antiquiori hiſtoria duo adducemus. Robertus primogenitus, Guilielmi Conquaeſtoris filius A. MLXXVII., quod pater promiſſam ſibi non traderet Normanniam, in Galliam abiit et hoſtili animo agens ipſum vulnerauit patrem, ſed pace facta filius in gratiam rediit patris, ſub eoque poſtea fideliter caſtra fecit (q). Eodem modo Henricus filius pri-

(o) IOSEPHVS *hiſtoria Jud.* lib. XVI. c. 7.
(p) Vide Sect. II. §. XX.
(q) MATHAEVS PARISIENSIS ad Annum MLXXVII.

primogenitus Henrici II. A. MCLXXIII. in Galliam aufugiens auxilio Ludouici Gallorum Regis coniurationes bellaque mouebat patremque ad mortem vsque perſequebatur. Deſtituerunt quoque patrem et in fratris tranſierunt caſtra duo filii maiores Richardus Dux Aquitaniae et Gaufridus Comes Britanniae ſicque grauisſimo patrem exponebant periculo. Nihilominus tamen cum animaduerteret pater delictorum poenitentia filios duci, eos in gratiam recepit et absque vlla dimiſit poena (r).

§. LXX.

Non ab iis ſolum, qui ſunt extra familiam, ſed ab ipſis quoque liberis haud raro dignitati, qua reges effulgent, inſidias ſtrui, innumera probant exempla. In vtrosque poenis animaduerti durioribus, imo mortis, ſecuritas quidem publica ſuadet, ſed amor, quo in liberos ferimur, paternus, haud raro mitiorem iubet ſententiam. Inde reſpectu liberorum ad patris adſpirantium dignitatem rurſus inter patriae dignitati adhuc imminens et depulſum iam diſtinguendum cenſeo periculum. Quod imminet adhuc periculum patri imperii amisſionem, reipublicae vero maximas eiusque ſaluti repugnantes minitatur turbas. Hinc ad conſeruandam dignitatem et reipublicae tranquillitatem quaelibet arripi poſſunt remedia, imo ad internecionem liberorum patri confugere licet, modo leniora non ſufficiant. Haec enim ſi adſunt, praeferenda omnino erunt durioribus, cum patris officia mitiorem ſuadeant ſententiam, quam etiam ſequi neceſſe eſt, modo

do

(r) MATHAEVS PARISIENSIS A. 1173. LARREY *hiſtoire d'Angleterre* T. I. p. 395.

do exinde vt in noſtro caſu reipublicae ſalus non periclitetur (s).

§. LXXI.

Nec deſunt exempla, quibus reges et morte liberorum et lenioribus remediis periculum ſuae ex inſidiis liberorum imminens dignitati auerterunt. Sic in Hiſpaniae regno Ioannes II. Arragoniae Rex filium primogenitum ſibi regnoque inſidiantem lento interemit veneno (t). Leniore vero poena Fridericus II. Germaniae imperator in filium Henricum eſt vſus. Hic cum inſtigationibus Papae Gregorii VIII. excitatus in Mediolanenſium variorumque Germaniae principum contra patrem poſita tranſiret caſtra, in gratiam a patre quidem eſt receptus, ſed parum ſincere agens, cuſtodiae commiſſus in Apulia diem obiit ſupremum Anno MCCXXXVI. (u). Praeſertim vero poena priuationis oculorum fuit vſitata aduerſus eos, qui ad regna ex familia regum adſpirauerunt. Sic Carolomannus Caroli Calui filius alter turbas aduerſus patrem eiusque dignitatem mouens in gratiam primum eſt receptus, deinde vero rurſus ad arma reuerſus, ad mortem condemnatus, oculis eſt priuatus (x). Eodem modo

H 2 Bern-

(s) Concedunt enim leges naturae quaelibet remedia, imo internecionem alterius, propriae ſalutis ſeruandae cauſa ſuſceptam. Hinc idem patri licere imperanti eo minus dubitari poteſt, cum ex conatu eripiendi patri dignitatem, ſalus publica periclitetur, eo vero periclitante locum non habet aggratiandi ius, et hinc filius legibus conuenienter poteſt interfici ex ratione naturali et ciuili.

(t) MARIANA lib. XXIII. c. 3.

(u) V. B. G. STRVVII *corpus Hiſtor. Germ.* Per. VII. Sect. VI. §. X.

(x) *Annales Bertiniani ad A.* 872. et 873.

Bernhardus Italiae Rex a Ludouico Pio patruo oculis eſt orbatus (y).

§. LXXII.

Periculo vero penitus depulſo nec patris nec reipublicae amplius periclitatur ſalus. Haec vero quandocunque ſalua eſt, aggratiando imperantis ſimulque patris officiis ſatisfieri debet. Hinc pater filium ob ſuum quidem delictum punire poteſt, poenae tamen nec capitales ſint, nec duriores, quam neceſſitas exigit, ſufficientes tamen liberorum emendationi, (§. XXIII. et XXIV.). Sic Ludouici Pii imp. filius Lotharius Francos a patre deducere tentabat caſtraque caſtris opponebat paternis. Huic vero cum ſe haud parem videret, gratiam rogans, eam impetrauit, verbisque coercitus dato de fide iuramento in Italiam rediit, cuius aditus omnes pater oppilauit, ne vnquam filius in Franciam rediret (z).

§. LXXIII.

Si vero vnquam, ſane hic in eligendis remediis circumſpectione eſt opus. Vt enim nimia violantur duritie, quae patri incumbunt officia, ſic nimia lenitate imperantis negliguntur partes. Reuiuiſcit interdum in animis liberorum regnandi cupido et, niſi caute obſeruentur, nouae excitantur turbae. Notum eſt, quas ſub Ludouico Pio eius imperium pertulerit calamitates, non aliunde quam ex nimia in liberos indulgentia oriundas, quaeue eius imperio fere exitio fuerunt.

§. LXXIV.

Praeter dignitatem, vitam membraque innumerae res ſunt,

(y) STRVV. *corp. Hiſt. Germ.* Per. III. Sect. II. §. 6. p. 155.
(z) AVTOR *vitae Ludouici* p. 4. NITHARDVS Lib. I. p. 440. *Annales Fuldenſes* ad A. 834.

ſunt, quae ad patrem ſpectant principem et coniunctim τȣ̀ ſuum nomine veniunt. Ad hoc conſeruandum naturae iura cuilibet remedia concedunt coactiua, quae ad auertendam violationem τȣ̀ ſui ſufficiunt. Quaelibet igitur pro ſuo ſeruando in ſtatu naturali externo-honeſta ſunt remedia, modo ſemper durioribus leniora, ſi ſufficiunt, praeferantur. Eadem et circa patrem locum habent, quippe quem amor a natura ſibi implantatus eo magis obligat, ne puniendi modum excedat et leniora quaelibet durioribus praeferat. Tunc vero cum ipſa patris periclitatur ſalus, eam ad duriora, imo ſi alia non ſufficerent remedia, ad liberorum quoque internecionem progredi poſſe facile concederem.

§. LXXV.

Violant interdum illuſtrium liberi officia, quae erga alios incumbunt obſeruanda. Exempla in hanc rem habemus varia. Ex antiquiori hiſtoria huc pertinet iudicium, quod Philippus Macedonum Rex in filium Demetrium fratri Perſeo inſidiantem exercuit, cuiusue hiſtoriam prolixe et eleganter deſcribit LIVIVS (a). Ex medio aeuo huc referri poteſt exemplum Chlotarii I. R. Francorum, qui filium Chramnum ideo quod male habuerat ſubditos in prouinciis ſuae creditis gubernationi, ſimulque varias contra patrem mouerat ſeditiones, igni concremari iusſit (b). Alia exempla hiſtoria ſiſtit Anglicana infra (c) a B. SOCERO adducta. In coercendis vero liberis officiorum erga alios violatoribus mitiora ſemper durioribus praeferenda eſſe remedia, ex iis, quae ſu-

H 3 perius

(a) Lib. XL. cap. VIII. ſqq.
(b) Vide infra Sect. II. §. 26.
(c) Sect. II. §. 31. et 32.

perius adduximus, clarum eſt. Quaenam vero ſint mitiora eaque ſufficientia media prudens aeſtumabit pater.

§. LXXVI.

Liberi quidem patris, ſimul imperantis, ciuili ſubſunt imperio, eiusque parent legibus (§. XLII.). Hinc legum ciuilium temeratores poenas in iis propoſitas meruerunt, aſt iubent, quae patri incumbunt, officia legum rigorem diſpenſando mitigare (§. LVII.) poenasque ita temperare, vt emendationi liberorum ſufficiant, minime vero eorum ſaluti vitae membrisue periculum adferant (§.XXII.). Nimiae igitur ſeueritatis exemplum ſiſtit Briſanus Rex Sicambrorum, qui, cum capitis poenam in adulteros ſtatuiſſet, filium Sedanum in adulterio cum vilioris hominis coniuge deprehenſum gladio interemit, et miniſtris pro filio intercedentibus reſpondit: *Nolite o viri nobiles ac chariſſimi amici, contra iuſtitiam militare et leges, quas mature vobis conſentientibus decreui: Nemo poteſt hanc manum iuſtitiae vindicem abſtinere, quin exequatur quod iuſtum, etc.* (d). Huc quoque facit, quae de Zaleuca referuntur; qui cum vrbi Locrenſium leges dediſſet, et in his, vt adulteri duobus priuarentur oculis, iusſiſſet, ſecundum harum legum rigorem filium iudicauit, aſt ciuium motus precibus, eo mitigauit poenam, vt filio vnum, alterum vero ſibi erueret oculum (e).

§. LXXVII.

Non poteſt quoque patri illuſtri ius liberos vindicandi denegari, quippe quod vel ipſa ei tribuit natura (§. XIV.). Sic Petrus Magnus Ruſſorum Monarcha filium Ale-

(d) Vide Sect. II. §. 24.
(e) Vide Sect. II. §. 7.

Alexium Petrowiz, qui a patre aufugerat, recte ab Auſtriacis vindicauit (f). Eodem iure et imperii ſtatus gaudent, ſiue eos ſecundum naturae praecepta, ſiue ſecundum iuris Romani tradita diiudicare velis. Secundum ius naturae ius vindicandi patri adſcripſimus ſupra (§.XIV). Iure Romano filius non ab extraneo ſolum, ſed ab ipſa quoque matre, ſi forſan ab ea abductus, poterit repeti (g) cum hac tamen limitatione, quod etiam ob nequitiam patris matri per exceptionem ſit ſubueniendum, ut cauſa cognita apud eam filius moretur (h). Valde de hac re diſceptatum in domo Bentheimenſi, prout infra a STRVVIO vberius eſt expoſitum (i).

§. LXXVIII.

Quomodo iure naturae patria finiatur poteſtas, ſupra iam diximus (§.XXVII. et XXVIII.). Eadem et inter illuſtres locum habent. Hic ſolum addimus, an quoque patria poteſtas proſcriptione finiatur? Si ipſam banni naturam conſideramus, certum omnino eſt, proſcriptum imperii perdere iura, emolumenta, honores, quae omnia ſunt ciuilia, non vero illa quae iuris ſunt Gentium. Illam tamen, quae iuris eſt ciuilis, poteſtatem patriam perdere perſonas illuſtres, inſigne docet exemplum Io. Friderici Saxoniae Electoris. Hic enim poſtquam a Carolo V. Caeſare MDXLVII. fuiſſet proſcriptus, inſequenti anno ad Muhlebergam captus atque terris ſuis priuatus, eaedemque adgnato ipſius Mauritio fuerunt adſignatae, ita tamen, vt Io. Friderici filiis certas terras adſignaret. Deinde

(f) Vide Sect. II. §. 38-40.
(g) L. I. §. 1. D. *de Rei vindic.* L. I. §. 1. *de inſp. ventre.*
(h) L. I. §. 3. D. *de liberis exhibendis* L. 3. §. 5. eodem.
(i) Sect. II. §. 41-45.

Deinde reſtitutus ab eodem Caeſare A. MDLII. in priſtinam dignitatem, aeque ac patriam poteſtatem fuit, ita, vt vi ipſius terras filiis dicta ratione adſignatas iterum obtineret, prout verba litterarum reſtitutionis habent (k): *Reſtituiren und ſetzen S. L. und Ihre Erben zu S. L. vorigen Gerechtigkeit, Forderungen, Ehren, Begnadigungen, Titteln, Wappen, Freyheiten, auch zu DER VAETERL. GEWALT ſo S. L. vor der Zeit über ihre Söhne und Kinder gehabt: Alſo und dergeſtalt, daſs S. L. Krafft deſſelben, Gewalts und VAETERL. MACHT, auch die Lande und Leute wiederum ſo viel davon S. L. Söhnen und Kindern von Uns, auch unſern lieben Bruder etc.* vi cuius etiam poſt reditum in terras haſce earum Regimen plene ſuſcepit idemque ad mortem vsque retinuit. Idem quoque patet ex formula banni, quae eſt apud GOLDASTVM (l) ſequentis tenoris: *So erkennen die Ritter, das mein Herr von dem Stuel tretten, und ſich gen Orient ſtellen ſoll, und dan den Antwortter in die Acht ſprechen mit den Wortten, die dan zu der Acht gehören, als meines Herrn Gnad wol weis, und die hernach geſchrieben ſtehen: N. als dich N. nach Kampfrecht und Franckhenrecht, geheiſchen und gefordert hat, und wir dir darum geſchrieben, und Rechts-Tage geſatzt haben, alsdann mit Urtheil ertheilt ward, daſs du alles verſchmähet haſt. Und uff ſolche Forderung auſſenblieben, und unſern Geboth widerſeſſig und ungehorſam geweſen, und noch biſt, das urtheilen wir, und achten dich, und nehmen dich von nun aus allen rechten, und ſetzen dich in alles Unrecht, und wir theilen deine Wirthin zu einer Wiſſenhafftigen Wittwen, und deine Kinder zu ehehafftigen Waiſen, deine Leben dem Herrn, von dem ſie zu Leben rühren, dein Erb und Eygen deinen Kindern, deinen Leib und dein Fleiſch den Thieren, in den Wälden, den* Fö-

(k) Extant apud HORDLEDERVM lib. III. c. LXXXVIII. num. 48. LVNIGS *Reichs-Archiv* P. Spec. II. Th. p. 64.

(l) *Reichs-Satzungen* P. I. p. 238.

Fögeln in den Lüfften, und den Fiſchen in dem Weyer, wir erlauben dich auch menniglichen, uff allen Straſſen, und wo ein jeglich Man Fried und Gleid hat, da ſolt du keins haben, und wir weiſen dich die 4 Straſſen der Welt, in dem Nahmen des Teufels, bey den Eyden in der Sach.

§. LXXIX.

Quatenus dignitas patriam minuat poteſtatem ſupra iam monuimus. Sunt tamen, quae hic addi poſſunt exempla. Belle in hanc rem A. GELLIVS (m): *Ad Philoſophum Taurum Athenas viſendi cognoſcendique eius gratia, venerat V. Cl. praeſes Cretae prouinciae: et cum eo ſimul eiusdem praeſidis pater. Taurus, ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubiculi ſui foribus, et cum aſſiſtentibus nobis ſermocinabatur. Introiuit prouinciae praeſes et cum eo pater, aſſurrexit placide Taurus: et poſt mutuam ſalutationem reſedit, allata mox vna ſella eſt, quae in promptu erat: atque dum aliae promebantur, appoſita eſt. Inuitauit Taurus patrem praeſidis, vt ſederet, atque ille ait: Sedeat hic potius, qui populi Romani magiſtratus eſt. Absque praeiudicio, inquit Taurus, tu interea ſede, dum inſpicimus quaerimusque, vtrum conueniat, tene potius ſedere qui pater es, an filium, qui magiſtratus eſt, et, quum pater aſſediſſet appoſitumque eſſet aliud filio quoque eius ſedile, verba ſuper ea re Taurus facit cum ſumma, di boni! honorum atque officiorum perpenſatione. Earum verborum ſententia haec fuit: in publicis locis atque muneribus atque actionibus patrum iura cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata interquieſcere paululum et conniuere: ſed quum extra rempubl. in domeſtica re atque vita ſedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari diſcumbatur, tum inter filium magiſtratum et patrem priuatum publicos honores ceſſare: naturales*

(m) N. A. lib. II. c. 2.

Deinde reſtitutus ab eodem Caeſare A. MDLII. in priſtinam dignitatem, aeque ac patriam poteſtatem fuit, ita, vt vi ipſius terras filiis dicta ratione adſignatas iterum obtineret, prout verba litterarum reſtitutionis habent (k): *Reſtituiren und ſetzen S. L. und Ihre Erben zu S. L. vorigen Gerechtigkeit, Forderungen, Ehren, Begnadigungen, Titteln, Wappen, Freyheiten, auch zu DER VAETERL. GEWALT ſo S. L vor der Zeit über ihre Söhne und Kinder gehabt: Alſo und dergeſtalt, daſs S. L. Krafft deſſelben, Gewalts und VAETERL. MACHT, auch die Lande und Leute wiederum ſo viel davon S. L. Söhnen und Kindern von Uns, auch unſern lieben Bruder etc.* vi cuius etiam poſt reditum in terras haſce earum Regimen plene ſuſcepit idemque ad mortem vsque retinuit. Idem quoque patet ex formula banni, quae eſt apud GOLDASTVM (l) ſequentis tenoris: *So erkennen die Ritter, das mein Herr von dem Stuel tretten, und ſich gen Orient ſtellen ſoll, und dan den Antwortter in die Acht ſprechen mit den Wortten, die dan zu der Acht gehören, als meines Herrn Gnad wol weis, und die hernach geſchrieben ſtehen: N. als dich N. nach Kampfrecht und Franckhenrecht, geheiſchen und gefordert hat, und wir dir darum geſchrieben, und Rechts-Tage geſatzt haben, alsdann mit Urtheil ertheilt ward, daſs du alles verſchmähet haſt. Und uff ſolche Förderung auſſenblieben, und unſern Geboth widerſeſſig und ungehorſam geweſen, und noch biſt, das urtheilen wir, und achten dich, und nehmen dich von nun aus allen rechten, und ſetzen dich in alles Unrecht, und wir theilen deine Wirthin zu einer Wiſſenhafftigen Wittwen, und deine Kinder zu ehehafftigen Waiſen, deine Leben dem Herrn, von dem ſie zu Leben rühren, dein Erb und Eygen deinen Kindern, deinen Leib und dein Fleiſch den Thieren, in den Wälden, den*

Fö-

(k) Extant apud HORDLEDERVM lib. III. c. LXXXVIII. num. 48. LVNIGS *Reichs-Archiv* P. Spec. II. Th. p. 64.

(l) *Reichs-Satzungen* P. I. p. 238.

Fögeln in den Lüfften, und den Fiſchen in dem Weyer, wir erlauben dich auch menniglichen, uff allen Straſſen, und wo ein jeglich Man Fried und Gleid hat, da ſolt du keins haben, und wir weiſen dich die 4 Straſſen der Welt, in dem Nahmen des Teufels, bey den Eyden in der Sach.

§. LXXIX.

Quatenus dignitas patriam minuat poteſtatem ſupra iam monuimus. Sunt tamen, quae hic addi poſſunt exempla. Belle in hanc rem A. GELLIVS (m): *Ad Philoſophum Taurum Athenas viſendi cognoſcendique eius gratia, venerat V. Cl. praeſes Cretae prouinciae: et cum eo ſimul eiusdem praeſidis pater. Taurus, ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubiculi ſui foribus, et cum aſſiſtentibus nobis ſermocinabatur. Introiuit prouinciae praeſes et cum eo pater, aſſurrexit placide Taurus: et poſt mutuam ſalutationem reſedit, allata mox vna ſella eſt, quae in promptu erat: atque dum aliae promebantur, appoſita eſt. Inuitauit Taurus patrem praeſidis, vt ſederet, atque ille ait: Sedeat hic potius, qui populi Romani magiſtratus eſt. Abſque praeiudicio, inquit Taurus, tu interea ſede, dum inſpicimus quaerimusque, vtrum conueniat, tene potius ſedere qui pater es, an filium, qui magiſtratus eſt, et, quum pater aſſediſſet appoſitumque eſſet aliud filio quoque eius ſedile, verba ſuper ea re Taurus facit cum ſumma, di boni! honorum atque officiorum perpenſatione. Earum verborum ſententia haec fuit: in publicis locis atque muneribus atque actionibus patrum iura cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata interquieſcere paululum et conniuere: ſed quum extra rempubl. in domeſtica re atque vita ſedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari diſcumbatur, tum inter filium magiſtratum et patrem priuatum publicos honores ceſſare: naturales*

(m) N. A. lib. II. c. 2.

les et geminos exoriri, hoc igitur, inquit, quod ad me veniſtis, quod colloquimur nunc, quod de officiis diſceptamus, priuata actio eſt, itaque vtere apud me iis honoribus prius, quibus domi quoque veſtrae te vti priorem decet. Haec atque alia in eandem ſententiam Taurus grauiter ſimul et comiter diſſeruit. Quid autem ſuper huiusce modi patris atque filii officio apud Claudium legerimus, non ab re viſum eſt, vt adſcriberemus. Poſuimus igitur verba ipſa Quadrigarii ex annali eius ſexto tranſcripta: *Deinde facti conſules Sempronius Gracchus iterum, Q. Fabius Maximus, filius eius, qui priore anno erat conſul. ei conſuli pater proconſul obuiam in equo vehens venit, neque deſcendere voluit, quod pater erat: et quod inter eos ſciebant maxima concordia conuenire, lictores non auſi ſunt deſcendere iubere, vbi iuxta venit; tum conſul ait, deſcendere iube, quod poſtea quam lictor ille, qui apparebat, cito intellexit, Maximum proconſulem deſcendere iuſſit. Fabius imperio paret: et filium collaudauit, quum imperium, quod populi eſſet, retineret.* Ex recentiori hiſtoria huc facit exemplum Ludouici XIII. Galliae R. Mater ipſius Maria Medices poſt Henrici IV. mortem omni Galliae imperauerat (n), dirigente Nobili Italo Conchini, dicto Marechallo d'Ancre. Poſtquam vero totum Luynaeo ſe Rex dediſſet, huius Conſilio admonitus, vt Regem ſe eſſe cogitaret, atque a matris imperio ſe liberaret, Ancraeum in Palatio occidi iuſſit, aegreque hoc ferente Regina, ipſi nuntiari fecit, ſe natum eſſe Regem, et velle impoſterum imperare, de quo GRAMMONDVS (o): *Luynaeus ibat in apicem rerum non alio tum impedimento quam eius penes quem imperium erat: abſenti caute inſidias ſtruit in hunc modum: Regi in ludos admotus et venatica, nocte et interdiu aemuli ruinam operatur, primum inſinuata diffidentia, exin odio, alto ſomno diſcutitur Rex. Poſtquam*

Luy-

(n) GRAMONDVS lib. I. p. 4. LE VASSOR lib. I. p. 32.
(o) Lib. II. p. 156.

Luynaeo confiterat, gratą eſſe quae diceret, acrius inſtare: ita natos, in id a Deo lectos Reges vt legem dicant: conferri, quodcunque in Gallia iuris et imperii eſt, in Reginae matris et Mareſchalli Ancraei arbitrium. Non aliter conſtare regnandi rationem, quam ſi vni Regi reddatur: ignota ipſi penitus, quae geruntur in Gallia, regno ſuo. Pergit alio loco GRAMMONDVS (p): *Non ſtatim Ancraei fato deiicitur, neque in caſum caſu trahebatur, niſi Luynaei participes adegiſſent Regem vt abeſſe matrem pateretur, dum ipſe capesſeret regnum ſeceſſum fore non exſilium, reluctanti incutitur timor ab irata matre, bis adiicitur; meminiſſet regem ſe, et adultum regem: ab exacto anno aetatis decimo quarto quidquid erat tutoriae autoritatis excuſſum: ſextum a decimo annum agi, ſeptimum ex quo ab exceſſu parentis precaria autoritate regnat. Matrem regnandi auidam vix paſſuram decedere ſibi vſu captum imperii iusi cupidinem dominandi cunctis affectibus flagrantiorem eſſe neque facile exui:* Huc quoque faciunt verba VASSORIS (q): *Aprés avoir un peu reflêchi ſur la ſituation preſente de ſes affaires, la Reine mere envoia Bresſieux au Roi. Elle lui demandoit la permisſion de le voir. Je ſuis fort occupé maintenant, répondit Louïs: ce ſera pour une autre fois. Dites de ma part à la Reine ma mere, que je l' honorerai toujours, et que j' ai pour elle tous les ſentimens d' un bon fils. Mais Dieu m'a fait naitre Roi; je veux gouverner deſormais. Il eſt à propos que la Reine ma mere n' ait d' autres gardes que les miens. Faites lui bien entendre mon intention. Le dernier ordre ne s'executant pas aſſez promptement au gré du Roi, ou pluſtoſt du favori, qui vouloit pouſſer cette malheureuſe Princeſſe à bout, Vitri alla deſarmer les gardes de Marie de Medicis. Le Capitaine fit d' abord un peu de reſiſtance: mais la Reine mere lui envoia dire d' obeïr. Bresſieux revint à la porte de*

I 2

(p) p. 163.
(q) Hiſtoire de Louïs XIII. lib. X, p. 346.

de la chambre du Roi, comme pour lui rapporter la réponſe de la deſolée Marie de Medicis. Elle ne cherchoit qu'à le voir, perſuadée que dans le premier entretien, elle diſſiperoit la jalouſie et les ſoupçons de ſon fils. Et c'eſt ce que Luines craignoit le plus. Le Roi fit dire à Breſſieux qu'il pouvoit entrer en cas qu'il vouluſt parler à ſa Majeſté de ſes interets particuliers. S'il vient encore de la part de la Reine ma mere, ajouta Louis, qu'il demeure en repos. J'en uſerai bien avec elle.

§. LXXX.

Tandem quod attinet ad officia liberis erga parentes obſeruanda, cum ius et obligatio ſint correlata, ad eadem liberi obligantur, quae ab iis exigendi ius competit parentibus. Hinc liberi illuſtrium obligantur patri imperanti omnem exhibere reuerentiam, eius iuſſu legibusque ſtare, eaque omnia facere lubenter, quae ab iis exigendi patri ius compètere docuimus. Prae caeteris vero liberi obligantur ad gratitudinem vtrique exhibendam parenti. Tenent enim a parentibus vitam, tenent ex eorum educatione, quod tanquam homines viuant rationaliter, ſicque omnem, qua gaudent, originetenus a parentibus habent felicitatem. Tanta ſunt haec beneficia, vt naturam depoſuiſſe humanam credendi ſint liberi, qui ad gratitudinem erga parentes ſe haud obligatos putarent.

§. LXXXI.

Imo gratum huncce erga parentes animum continuare obſtringuntur liberi, licet vel maxime patriae amplius haud ſubſint poteſtati, vel filius ſummum conſequutus imperium, pater vero conditionem teneat priuatam, quod non in electitiis ſolum et femineis regnis poteſt accidere, ſed quoque aliquoties accidit in regnis ſucceſſiuis, patre ab imperio ſe abdicante. Sic Carolus V. Imp. poſtquam re-

regna filio Philippo II. tradiderat, priuatam in filii terris egit vitam. Philippus V. Hiſpaniarum Rex nuper defunctus cum filio Ludouico regna renuntiaſſet, in Hiſpania priuatam transegit vitam. Quae inter hodiernum Sardiniae Regem et patrem, poſtquam hic prouinciis ſe abdicauerat, ſint acta, docet hiſtoria eius abdicationis et detentionis (r).

Le Roi Victor ſe trouvant donc agité par mille ſentimens differens, et ne ſachant comment ſe tirer du faux pas qu'il avoit fait, reſolut alors de ſe depoüiller de la Royauté, jusqu'à ce que les Affaires euſſent changé de face, et par là ſe mettre à l'abri de l'orage qui le menaçoit, et fermer la bouche à tous ceux qui auroient pû crier contre lui, en ſortant de tout engagement par une feinte Abdication. Ce tour étoit contre les regles de Machiavel, que ce Prince avoit jusqu'alors obſervées de point en point: neanmoins il ſe flatta d'y réuſſir, comptant ſur la ſoumiſſion aveugle de ſon fils à ſes vouloirs, et ſur l'amour de ſes Sujets: mais nous verrons bientôt combien il ſe trompa. Avant que d'exécuter ſon deſſein il crut néceſſaire de préparer le Prince de Piémont à ce grand évenement, et d'en ſonder bien ſes ſentimens. Ainſi il le prit presque chaque jour en particulier pendant deux mois avant que d'abdiquer la Couronne, et lui tint ce langage: „mon cher fils, lui dit il, je ſuis accablé non „tant par les indiſpoſitions inevitables de la vieileſſe, que par „les pénibles ſoins du gouvernement; c'eſt pourquoi je ſuis „incliné à me retirer pour quelque tems, afin de me délaſſer, „et de vous en confier le maniement. C'eſt un tres grand fardeau, mon fils, et je crains fort que vous ne puiſſiez pas vous „en charger à votre âge; ſur tout ayant ſi peu d'experience „dans les matieres d'Etat. Car vous ſavez que je ne vous ai „jamais innitié dans les miſteres de la politique, ni confié à qui

 „que

(r) *Hiſtoire de abdication de Victor Amedee etc. Turin 1734. 8.*

*„ que ce ſoit les Renes du Roiaume. C'eſt moi ſeul qui a gou-
„ verné mes Sujets jusqu'à preſent ſans l'aide d'aucun Miniſtre.
„ C'eſt un art auquel vous ne ſauriez parvenir que par une lon-
„ gue pratique.*

*„ C'eſt pourquoi, mon cher fils, il faut abſolument que vous
„ aïez un Mentor qui dirige vos actions au commencement de vô-
„ tre Regne, pour que vous puiſſiez ſoutenir et augmenter cette
„ Puiſſance, dont je vais vous inveſtir. Mais comme il eſt
„ fort dangereux pour un Prince foible de mettre toute ſa con-
„ fiance dans un ſeul de ſes Sujets ; j'ai réſolu d'être moi-mê-
„ me vôtre Directeur, jusqu'à ce que vous puiſſiez gouverner
„ par vous-même. A ces conditions, mon fils, j'ai reſolu de
„ vous remettre ma Couronne: examinez donc ſi elles vous con-
„ vienent.*

*Le Prince de Piémont répondit avec un profond reſpect.
„ Que Sa Majeſté pouvoit faire tout ce que bon lui ſembleroit,
„ et s'aſſurer qu'il lui ſeroit ſoumis et fidèle toute ſa vie ; et ſoit
„ que Sa Majeſté ſe dépouillâ de l'autorité Roiale ou non, il
„ ſe feroit toujours un devoir inviolable de lui obeïr en tout et par
„ tout ; en un mot il lui promit de le reſpecter toujours comme
„ Pere et comme Souverain, non obſtant tout ce qui pourroit
„ arriver. „ Cette déclaration, ſouvent réïtérée par un jeune
Prince qui n'avoit pas encore appris l'art de diſſimuler, plut
extrèmement au Roi, de ſorte qu'il ne voulut plus différer l'
execution d'une entrepriſe, dont il attendoit ſon repos et ſa
gloire.*

*Il envoïa donc ordre le ſecond de Septembre 1730. aux Prin-
ces du Sang, aux Chevaliers de l'ordre de l'Anonciade, aux
Miniſtres et Secretaires d'Etat, à l'Archevêque de Turin, au
grand Chancelier, aux premiers Préſidens, aux Généraux de
ſon Armée, et à tous ceux qui avoient les premiers emplois à
la Cour, de ſe trouver le lendemain à trois heures après-midi
au chateau de Rivole. Alors le Roi aſſembla le Conſeil d'Etat,*

et

et déclara, qu'il faiſoit une générale Abdication de ſon Royaume et de tous ſes Etats en faveur de ſon Fils Charles Emanuel Prince de Piemont. Enſuite aïant ordonné de faire entrer toutes les perſonnes qui étoient venues de Turin ſuivant ſon ordre, le Marquis Del Borgo Secretaire d'état lut à haute voix l'Acte d'Abdication; apresquoi Sa Majeſtè fit un diſcours fort patétique à cette Aſſemblée, dont voici la ſubſtance.

„ Les troubles infinis et les fatigues que nous avons endurées „ ſans-ceſſe pendant un Règne de 50. ans, ſans parler des infirmitez qui accompagnent toujours l'âge auquel nous avons atteint, auroient été plus que ſuffiſantes pour nous rendre le poids du Gouvernement trop peſant et inſuportable. D'ailleurs comme nous approchons de nôtre fin, et que nous commençons à enviſager la mort comme un ſort commun aux Souverains et aux Sujets: nous nous croïons obligez en conſcience de mettre quelque intervalle entre le trône et le tombeau. Ces motifs ont été aſſez puiſſans pour nous porter à la réſolution que nous avons priſe; d'autant plus qu'elle ſemble ſecondée par la Providence, qui nous a donné un Fils digne de nous ſucceder, et de bien gouverner nos Peuples; étant doüé de toutes les qualitez qui conviennent à un bon Roi. C'eſt pourquoi nous avons réſolu ſans héſiter de lui conférer notre autorité ſuprême ſur tous nos Etats, par un Acte ſolemnel ſigné de ce jour de notre propre main, aïant determiné de paſſer le reſte de notre vie éloigné de toute occupation publique. Nous vous exhortons donc à ſervir le Roi nôtre bien aimé Fils avec la même fidelité que j'ai toujours trouvé en vous: vous aſſurant en même tems que nous vous avons ardemment recommandez à ſa protection Royale, etc.

Le Roi Victor ſe réſerva ſeulement une penſion annuelle de 50. mille écus (s), *et ne retint auprès de ſa Perſonne que peu de Domeſtiques. Il déclara auſſi qu'il avoit choiſi le Chateau de Cham-*

(s) *L'Ecu Piémontois vaut environs 2. florins argent d'Hollande.*

Chambery pour le lieu de ſa rétraite, où il ſe rendit peu de jours après, étant même dans ſa 64. année, et veuf depuis le 26. d' Août 1728.

Il avoit laiſſé en Piémont une Maîtreſſe nommée la Comteſſe de Saint Sébaſtien: mais comme cette Dame fait un des principaux ſujets de cette Hiſtoire, il ne ſera pas hors de propos, Monſieur, que je vous donne une juſte idée de ſa perſonne; car, quoique vous la connoiſſiez depuis long tems, et que vous ſoyez même ſon parent, je me flatte de ſavoir des choſes qui la régardent, dont vous n'étes point informé.

Elle s'appelloit comme vous ſavez Mademoiſelle de Cumiane, du nom de ſon pere. Elle entra, n'aïant que 15. ans, chez Madame Roïale mere du Roi Victor, en qualité de fille d'honneur. Ce Prince, qui pour lors n'avoit qu'environ trente ans, ſe plaiſoit plus à compter fleurette aux jeunes Dames de la Cour de ſa mere, qu'à paſſer ſon tems à examiner les Affaires épineuſes d'Etat avec ſes Miniſtres: et cela lui étoit d'autant plus agréable, que cette Princeſſe (t) qui étoit d'un gout délicat, et qui aimoit la galanterie, n'admettoit pour Filles ou pour Dames d'honneur, que celles qui ſurpaſſoient toutes les autres en beauté. Ainſi le Souverain, et les jeunes Seigneurs de ſa ſuite pouvoient paſſer de belle en belle, et renouveller toujours leurs plaiſirs par la varieté de ces charmans objets, ſans jamais s'en dégouter.

Le Roi Victor aïant donc fixé ſes inclinations ſur la Cumiane, la combla de bienfaits extraordinaires, qui la diſtinguerent en peu de tems de ſes Compagnes, en lui gâtant la taille. Pour réparer cette difformité, Madame Roïale, qui étoit auſſi bonne confidente que bonne mere à ſon fils, la maria promptement au Comte de Saint Sebaſtien ſon premier Ecuyer, qui ſe crut fort

(t) *Elle avoit été élevée a la Cour de France, étant Fille du Duc de Nemours, qui fut tué en duel par le Duc de Beaufort: ce qui porta Louis XIV. à défendre les duels ſous peine de mort.*

fort honoré de pouvoir mêler ſon ſang avec celui de ſon Roi. La Comteſſe ſa femme fut faite Dame d'honneur de cette Princeſſe; et quoiqu'elle fût mariée, le Roi ne laiſſoit pas de répandre de tems en tems ſur elle ſes faveurs: mais dans la ſuite elles ne furent plus ſi fréquentes, vû les nouvelles intrigues qui firent l'amuſement de ce Prince pendant pluſieurs années. Néanmoins la Comteſſe avoit ſû faire enſorte que ſi elle avoit perdu l'amour du Roi, elle s'étoit captivée ſon amitié et ſon eſtime, d'une maniére à avoir une grande influence ſur l'eſprit de ce Prince. De ſorte que lorsque cette Dame reſta veuve en 1723. le Roi ſe chargea du ſoin de ſes enfans, comme s'ils lui avoient tous appartenu, et lui donna un appartement dans le Palais Roïal qui avoit communication avec le ſien, où il la pouvoit viſiter auſſi familiérement qu'il ſouhaitoit, ſans faire de bruit. De plus, il la fit en même tems Dame d'Atour de la Princeſſe de Piémont.

Telle a été la condition de la Comteſſe de ſaint Sébaſtien jusqu'à l'Abdication de ce Prince. Mais quand elle l'eut apriſe, étant une femme fort intriguante et fort ambitieuſe, elle alla auſſitôt trouver le Pere Andormiglia, Abbé d'un Monaſtére de Feüillans, Confeſſeur ordinaire du Roi Victor, et le Docteur Boggio, Curé de ſaint Jean, ſon Directeur de conſcience: elle leur répreſente que le Roi lui avoit pluſieurs fois promis de l'épouſer ſecrétement depuis que la Reine étoit morte, pour réparer le tort qu'il lui avoit fait, et à ſa famille; ainſi puisqu'il avoit abdiqué la Couronne, il ne devoit plus en diférer l'accompliſſement, vû que s'étant mis au niveau d'un particulier, il pouvoit très facilement remplir le devoir de chrétien et d'homme d'honneur. Elle promit enſuite à ces deux Eccleſiaſtiques, que ſi elle pouvoit, par leur moyen, devenir l'épouſe de ce Prince, elle s'emploiroit fortement auprès de ſon mari en leur faveur, afin que par ſon crédit ils fuſſent élevez aux plus grandes dignitez de l'Egliſe.

Ces promeſſes, auſſi bien que les manières engageantes et flateuſes de la Comteſſe, forçerent ce Moine et ce Prêtre à faire tous leurs efforts auprès du Roi pour la ſervir, et ils n'eurent pas beaucoup de peine à réuſſir. Car le Roi fut bien aiſe d'avoir un compagnon dans ſa ſolitude tel que cette Dame, en qui il auroit pû confier les ſentimens de ſon cœur ; comme en un autre ſoi même. En éfet il l'envoya querir, et l'épouſa publiquement. Après quoi il demanda cent mille écus au Roi ſon Fils, qu'il obtint ſur le champ, et dont il fit preſent à ſa femme, afin qu'elle en achetât un Marquiſat pour les enfans de ſon premier lit, ce qu'elle fit en achetant celui de Spigo, dont elle prit le nom.

Le Roi Victor parut aſſez content dans ſa rétraite pendant les quatre premiers mois ; et la Marquiſe qui faiſoit de ſon mieux pour ſe conformer à l'humeur de ſon mari, fit ſemblant auſſi de l'ètre. Mais s'apperçevant enſuite que le Roi ſe plaignoit de ſon logement, et qu'il parloit ſouvent d'y faire des réparations ; elle fit tout ce qu'elle put pour l'en détourner, lui diſant ; que ce n'étoit pas la peine de faire reparer un vieux Chateau qui tomboit de tous côtez en ruine : que Sa Majeſté n'auroit jamais pû en faire rien d'agréable ni d'utile, excepté qu'en l'abattant, et en érigeant un nouveau en ſa place : qu'elle n'en voïoit point la néceſſité, le Roi aïant pluſieurs beaux Palais dans le Piémont à choiſir pour ſa réſidence, d'autant plus que le climat de ce païs-là convenoit mieux à ſa ſanté que celui de Savoye.

Par ces raiſons la Marquiſe tâcha de dégouter ſon mari du ſéjour de Chambery, et de l'obliger de ſe rapatrier ; mais elles ne firent que l'émouvoir ſans le déterminer, vû qu'il avoit réſolu de demeurer quelque tems éloigné de la Cour pour mieux cacher ſes deſſeins. La Marquiſe avoit d'autres motifs outre ceux de la ſanté de ce Prince pour le ſolliciter ſi formement d'

aller réſider en Piémont, mais elle ne voulut point les lui découvrir, avant que de ſavoir s'ils lui ſeroient agréables.

Elle tâcha en attendant de s'inſinuer de plus en plus dans les bonnes graces de ſon mari par ſes careſſes et ſes flatteries, et elle y réuſſit ſi bien que ce Prince lui dit un jour de ſe donner un peu de patience, parceque dans peu de tems elle obtiendroit ce qu'elle ſouhaitoit de lui, ſon intention n'aïant jamais été de paſſer le reſte de ſes jours à Chambery, comme il l'avoit fait accroire à ſon fils en lui cédant la Couronne.

Après cette confidence la Marquiſe crut qu'il ne lui ſeroit pas difficile de pénétrer dans les ſecrets de l'Abdication, qui jusqu'alors lui avoient été inconnus. Cette ruſée et artificieuſe femme s'appliqua dès lors à ſonder adroitement les penſées du Roi Victor: elle connoiſſoit par une longue expérience les momens favorables à une femme, pour obtenir tout d'un homme: elle en profita, et apprit de ſon mari, que ſon intention étoit de rèprendre la Couronne en moins de deux ans. Deux ans! s'écria la Marquiſe toute tranſportée de joye; et pourquoi reſterez vous ſi long tems mon cher?

Deinde apud Romanos parentibus licebat filios abdicare, relegare, ſeponere. Exemplum nobis praebet Auguſtus imp. de quo SVETONIVS (p): *Iulias filiam et neptem omnibus probris contaminatas relegauit. De Iulia filia necanda deliberauit: Certe cum ſub idem tempus vna ex conſciis liberta, Phoebe nomine, ſuſpendio vitam finiſſet: maluiſſe ſe, ait Phoebus, patrem fuiſſe. Relegatae vſum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit, neque adiri a quopiam libero ſeruoue, niſi ſe conſulto permiſit: et ita, vt certior fieret, qua is aetate, qua ſtatura, quo colore eſſet, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Poſt quinquennium demum, ex inſula in continentem, lenioribusque paulo conditionibus, transtulit eam: nam vt omnino reuocaret, exorari nullo modo potuit: deprecanti ſaepe populo Rom. et pertinacius inſtante, tales filias talesque coniuges pro concione imprecatus. Ex nepte Iulia poſt dominationem editum infantem agnoſci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo indies amentiorem in inſulam transportauit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum. Cauit etiam ſenatusconſulto, vt eodem loci in perpetuum contineretur, atque ad omnem et eius et Iuliarum mentionem ingemiſcens, non aliter illos appellare tres vomicas aut tria carcinomata ſua.* Licet haec liberorum abdicatio poſtmodum per Diocletianum Imp. fuerit abrogata (*).

(p) *Auguſto c. LXV.*

(*) *l. 6. C. de patr. poteſtate. De hac abdicatione agit etiam* SENECA *Controu.* I. II. III. 9.

Conſtantinus M. Imp. lege A. CCCXVIII. lata parricidium vocat, ſi quis filii fata properauerit (k). Idem quidem per conſtitutionem A. CCCXXIII. decernit (l), *libertati a maioribus tantum impenſum eſſe, decernit, vt patribus, quibus ius vitae in liberos necisque poteſtas permiſſa eſt, eripere libertatem non liceret.* Sed dum de maioribus hic ſermo ſit, haec verba etiam de praeterito intelligenda eſſe videntur. Hinc Tribonianus, qui initium huius conſtitutionis Codice Iuſtinianeo (m) inſeruit, dicit, vt patribus, quibus ius vitae in liberos necisque poteſtas olim erat permiſſa. Exinde facile patet hoc vitae necisque paternae ius non demum a Diocletiano Imp. fuiſſe ſublatum, quoniam is etiam vendendi poteſtatem patribus ademit (n). Hinc PLINIVS (o) poteſtatem patriam vocat vim

contrarium tamen docet DIONYS. GOTHOFREDVS *ad h. l.* IAC. GOTHOFREDVS *ad l. 2. C. Theod. de liberali cauſa.*

(k) *l. vn. C. Theod. de parricidiis.*

(l) *l. 2. C. Theod. de liberali cauſa.*

(m) *l. vlt. C. de patria poteſtate.*

(n) *l. 1. C. de patr. qui fil. ſuum diſtraxerit prout contendit* NIC. RITTERSHVSIVS *comment. ad lib. XII. Tabb. p. 67.* Hanc materiam plurimum illuſtrauerunt Duumuiri GERHARDVS NOODT, atque CORNELIVS VAN BYNCKERSHOECK. *Hic quidem ediderat* IVLIVM PAVLVM *ſiue librum ſingularem de partus expoſitione et nece apud veteres* iteratis vicibus editum, quo potiſſimum l. 4. ff. *de agnoſcendis et alendis liberis* explicat. Huic CORN. VAN BYNCKERSH. opuſculum oppoſuit *de iure occidendi, vendendi, et exponendi liberos apud Romanos.* GERHARDVS NOODT repoſuit *amicam reſponſionem.* Quam ſecutae ſunt BYNCKERSHOECKII *curae ſecundae, de iure occidendi et exponendi liberos apud veteres Romanos.* Qua ratione etiam hoc ius vitae necisque fuerit ſublatum, docet PHIL. PASCHALIS *de vir. patr. pot.* P. III. c. IV.

(o) PLINIVS *Panegyrico* c. XXXVIII.

vim legemque naturae, quae ſemper in ditione parentum eſſe liberos iusſit, nec vti inter pecudes, ſic inter homines poteſtatem et imperium valentioribus dedit. Quare etiam alii hanc poteſtatem Maieſtatem appellant.

§. II.

Deinde apud Romanos parentibus licebat filios abdicare, relegare, ſeponere. Exemplum nobis praebet Auguſtus imp. de quo SVETONIVS (p): *Iulias filiam et neptem omnibus probris contaminatas relegauit. De Iulia filia necanda deliberauit: Certe cum ſub idem tempus vna ex conſciis liberta, Phoebe nomine, ſuſpendio vitam finiſſet: maluiſſe ſe, ait Phoebus, patrem fuiſſe. Relegatae vſum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit, neque adiri a quopiam libero ſeruoue, niſi ſe conſulto permiſit: et ita, vt certior fieret, qua is aetate, qua ſtatura, quo colore eſſet, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Poſt quinquennium demum, ex inſula in continentem, lenioribusque paulo conditionibus, transtulit eam: nam vt omnino reuocaret, exorari nullo modo potuit: deprecanti ſaepe populo Rom. et pertinacius inſtante, tales filias talesque coniuges pro concione imprecatus. Ex nepte Iulia poſt dominationem editum infantem agnoſci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo indies amentiorem in inſulam transportauit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum. Cauit etiam ſenatusconſulto, vt eodem loci in perpetuum contineretur, atque ad omnem et eius et Iuliarum mentionem ingemiſcens, non aliter illos appellare tres vomicas aut tria carcinomata ſua.* Licet haec liberorum abdicatio poſtmodum per Diocletianum Imp. fuerit abrogata (*).

(p) *Auguſto c. LXV.*

(*) *l. 6. C. de patr. poteſtate. De hac abdicatione agit etiam* SENECA *Controu.* I. II. III. 9.

§. III.

Simili modo licebat vendere vel oppignorare liberos apud Romanos in ſtatu Monarchico, prout leges docent (q). Diocletianus tamen et Maximianus, Impp. liberos a parentibus neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris iure, aut alio quolibet modo, nec ſub praetextu ignorantiae accipientis in alium transferri poſſe, manifeſtisſimi Iuris eſſe decernunt (r). Licet ante has iamdum Antoninus Imp. hoc rem illicitam vocet, et inhoneſtam (s). Conſtantinus M. Imp. hoc ius non plane prohibuit, vt Proconſules Praeſidesque, et Rationales per vniuerſam Africam habeant poteſtatem ſtipem neceſſariam illis elargiendi, qui nulla rei familiaris ſubſtantia ſuffulti, quique liberos ſuos aegre ac difficulter ſuſtentant, vt per fiſcum, antequam fiant calamitati obnoxii, ſubleuentur (t). Aliud tamen eſt apud Italos. Sic enim Conſtantinus M. Italis ſuis (u) A. CCCXXVII. praeſcribit (x) ſecundum ſtatuta priorum Principum (y), ſi quis a

(q) l. 39. §. 3. ff. de *Euictionibus.*

(r) l. I. C. *de patr. qui filios ſuos diſtr.* l. 37. *de liberali cauſa,* l. VI. C. *quae res pignori*, vbi ratio additur *quod obligatio pignoris non conſiſtat, niſi in his quae quis de bonis ſuis facit obnoxia.* Adde l. 6. 7. 8. ff. *de pignor.* Adde l. 10. *et Auth. vn. C. de obligationibus.*

(s) l. I. C. eod.

(t) *l. I. C. Theod. de alimentis quae inopes parent.*

(u) *Sic Rubrica legis in Cod. Theodoſiano Imp. Conſtant. A. Italis ſuis Rubrica vero Cod. Iuſtinianei l. 2. de patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt. Imp. Conſtant. A. Prouincialibus ſalutem.*

(x) *l. vn. C. Theod. de his qui ſanguinolent.*

(y) Licet IAC. GOTHOFREDVS *adnotauerit, quod alibi nec vola nec veſtigium de eo extet.*

a ſanguine (z) quoquo modo legitime comparauerit, vel nutriendum putauerit, obtinendi eius ſeruitii habeat poteſtatem (ita, vt ſi quis poſt seriem annorum ad libertatem eum repetat vel ſeruum defendat, eiusdem modi alium praeſtet, aut pretium, quod poteſt valere, exſoluat). Qui enim pretium competens inſtrumento confecto dederit, ita debet firmiter posſidere, vt et diſtrahendi pro ſuo debito cauſam liberam habeat. Theodoſius M. poſtea reſtitui filium citra pretii reſtitutionem voluit (a). Valentinianus III. vero emptores pretium ſub quinta adiectione recipere voluit (b).

§. IV.

ANDREAS de BARVLO equidem Accurſium ſecutus adſerere non dubitauit, Iure Longobardorum et Francorum, filios non eſſe in patria poteſtate, prouocans ad L. VII. de Praeſcriptionibus (c) vbi dicitur, quod fi-

lius

(z) *l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* vocantur *ſanguinolenti. Occurrit etiam apud Prudent. adv. Symmachum lib. I. num. 462.* IVVENALIS *Satyr. VII. v. 196. vocat a matre rubentem,* DONATVS *in Andriani* Act. IV. Sc. II. *a matre ſanguinolent. Recens nati dicuntur* L. I. C. *Theod. de expoſitis apud* LACTANTIVM L. VI. c. XX. AELIANVS lib. II. c. VII. ex *ὠδίνων τῶν μητρώων. Sic etiam de Clodio Albino* IVL. CAPITOLINVS *c. IV. quum exceptus vtero, quod contra conſuetudinem puerorum qui naſcuntur et ſolent rubere, eſſet candidisſimus, Albinus eſt dictus.* Adde IAC. GOTHOFR. *de his qui Sanguinolenti.*

(a) *l. un. C. Theod. de patr. qui fil. diſtr.*

(b) *Nou. de patr. qui fil. XI.*

(c) *Legibus Longobardorum lib. II. Tit. XXXV.* Sic enim dicta *l. 7.* habet: *ſi inter fratres per XL. annos poſſesſio fuerit de rebus ſeu de caſis vel de terris, quae indiuiſae ſunt vel inter parentes, qui per XL. annos poſſedit, qualiter praeſumit dicere per ſacramentum ad*

ſancta

lius a patre vel auo per donationem vel per alium titulum quidpiam poſſit adquirere. Verum bene reſpondit SCHILTERVS (d), primo de emancipato, ſiue a domo patris ſeparatione familiae ſemoto haec poſſe intelligi. Deinde nec conſecutionem eſſe validam a iure donandi conceſſo ad patriae poteſtatis abrogationem, cum haec per iſtud duntaxat reſtringatur, non abrogetur.

§. V.

Ex Perſarum Hiſtoria Artaxerxis filius Occhus Darius contra patrem rebellantem, dum, facta cum fratribus coniuratione, patri inſidias parat, deprehenſus cum ſociis poenas parricidii Diis paternae Maieſtatis vltoribus dedit. Coniuges quoque omnium cum liberis ex lege Perſarum (e), ne quod veſtigium tanti ſceleris extaret, fuerunt interfectae (f). Hinc PLVTARCHVS auctor ait (g): ipſum Artaxerxem infenſum ſurrexiſſe, ſtrictoque acinace eum percusſiſſe quousque expirauit.

§. VI.

ſancta Dei Euangelia affirmet; quod de auo, aut de patre, aut de fratre, aut de aliquo parente ipſas res ſuas habeat factas, aut per donationem aut commutationem, aut per comparationem, aut quomodo praeſumpſerit dicere, aut affirmare: et liceat ei ipſas res poſtea illibatas habere et poſſidere.

(d) Inſtit. iur. publ. lib. I. tit. 8. §. III.

(e) Sic AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXIII. c. VI. p. 260. *Leges apud Perſas impendio formidatae; inter quas duritate exuperant latae contra ingratos et deſertores, et abominandae aliae, per quas ob noxam vnius omnis propinquitas perit.* Nec mitior lex apud Macedones, *qua cautum erat, vt propinqui eorum, qui regi inſidiati eſſent, cum ipſis necarentur*, ſecundum CVRTIVM lib. VI. c. XI. n. 28.

(f) IVSTINVS lib. X. c. II. PLVTARCHVS *Artaxerx. in fin.*

(g) *Artaxerxe fin.*

§. VI.

Lyſimachus Thraciae et Ponti Rex Agathoclem filium ſuum, quem in ſucceſſorem Regni ordinauerat, per quem multa bella proſpere geſſerat, non ſolum patrium; verum etiam humanum vltra morem, peroſus, miniſtra Arſinoe nouerca, veneno interfecit. Haec illi prima mali labes, hoc initium impendentis ruinae fuit. Nam patricidium principum ſecutae caedes ſunt, luentium ſupplicia, quod occiſum iuuenem dolebant; Itaque et hi, qui caedibus ſuperfuerant, et hi, qui exercitibus praeerant, certatim ad Seleucum deficiunt; Eumque pronum iam ex aemulatione gloriae bellum Lyſimacho inferre compellunt (h). Aſt hoc parricidium potius fuit, quam coercitio.

§. VII.

Apud Graecos Zaleucas, vrbe Locrenſium a ſe ſaluberrimis atque vtilisſimis legibus munita, cum filius eius adulterii crimine damnatus, ſecundum ius ab ipſo conſtitutum, vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris poenae necesſitatem adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnauit: Ad vltimum precibus populi euictus, ſuo prius, deinde filii oculo eruto, vſum videndi vtrique reliquit. Ita debitum ſupplicii modum legi reddidit, aequitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem et iuſtum legislatorem partitus (i).

§. VIII.

Herodis Iudaeorum Regis filii apud patrem inculpabantur, quaſi contra ipſum conſpiraſſent. Hos igitur con-

(h) IVSTINVS *lib. XVII. c. I.*

(i) Verba ſunt VALERII MAXIMI lib. VI. c. V. extrm. n. 3.

conceſſa ipſi ab Auguſto Caeſare poteſtate apud Berytum in concilio condemnari fecit, atque ſtrangulari, de quo IOSEPHVS (k): *Poſt haec Herodi iam reconciliatus* (Auguſtus) *ſcribit, dolere ſe vicem eius, qui tales haberet filios, debereque eum, ſi quid contra pietatem auſi ſint, vt in parricidas animaduertere, ſe enim liberam ei poteſtatem permittere, quod ſi tantum fugam meditati ſint, ipſum quoque ſalua pietate oportere leui caſtigatione contentum eſſe. Quare ſuum conſilium eſſe, vt indicto conſiſtorio apud Berytum Romanorum domicilium, et adbibitis praeſidibus cum Rege Cappadocum Archelao, amicisque caeteris et viris illuſtribus de communi ſententia, quid ſtatuendum ſit, diſpiciat; atque boc fuit argumentum epiſtolae Caeſaris.* Pergit ille (l): *Herodes autem eiecta ex pectore omni, ſi qua prius inerat, dubitatione de filiorum ſupplicio, nec vllum relinquens locum reſipiſcentiae, properauit exequi ſuum propoſitum: et productis in concionem trecentis ductoribus militum vna cum Tirone ac filio tonſoreque indice omnes accuſauit apud populum, in quos multitudo, quicquid ad manum veniret, coniiciens, ad vnum eos interfecit, Alexander autem et Ariſtobulus ducti Sebaſten ibi iuſſu patris ſunt ſtrangulati, et corpora eorum in Alexandriam recondita ſunt, vbi maternus eorum auus et plerique ex progenitorum ſerie ſiti ſunt. Et fortaſſe alicui mirum non videbitur coalitum tanto tempore odium adeo excreuiſſe, vt modum excedens ipſam naturam vicerit. Illud merito dubitari posſit in adoleſcentesne ea culpa conferenda, qua patrem longo tempore exaſperatum tandem in odium coniecerint immedicabile, an in ipſius duritiem et cupiditatem tam gloriae quam dominationis immodicam, qui nullum ferret ſocium malens omnia ſuo arbitratu facere: an potius in fortunam, cuius potentiae nullis bumanis rationibus reſiſtere licet, ne ſapientisſimis quidem. Vnde perſuaſum babeamus eam omnes bumanas actio-*

(k) lib. XVI. c. XVI.
(l) lib. XVI. c. XVII.

actiones praeſumxiſſe, vt neceſſario conſequantur: eamque vim fatum vocamus, quod nihil ſit, quod illa non efficiat, ſed hunc ſermonem vt arduum leuiter attigiſſe ſufficiet, qui et noſtris ſtudiis non nihil tribuit, et varietatis actionum cauſas examinat, quae quidem contemplatio, iam olim incluſa eſt legis noſtrae voluminibus. Caeterum ex duabus reliquis cauſis, quod ad filios attinet accuſare, quis poſſet eorum iuuenilem arrogantiam et faſtum regium, quod nimium tribuerint patris calumniatoribus et in acta eius ac vitam parum aequi inquiſitores fuerint malitioſe ſuſpicaces et linguae temperare neſcii ac per hoc geminas anſas praebentes, ſuis obſeruatoribus et ad ineundam Regis gratiam delatoribus. Patris autem plane pudendus error eſt, et inexcuſabilis, quod neque inſidiarum ſtructarum conuictos, neque vllis huius conatus argumentis deprehenſis, permiſit ſibi ex ſe genitos interficere, egregio corpore iuuenes, nec apud ſuos ſolum gratioſos, non in venationibus ſegnes, non in militaribus exercitiis contemnendos, aut ciuilibus facundiae ſtudiis. Horum enim omnium non erant rudes praeſertim Alexander natu grandior. Satis erat, etiamſi damnare libuiſſet, aut vinculis eos cobibere aut procul a regno ablegare, cum ſecurum faceret Romana potentia, ſub cuius tutela poſitus ne apertam quidem vim, adeo non inſidias extimeſcere debuerat, nunc tam cito eos occidere impotentis affectus gratia, quid aliud eſt, quam argumentum impiae licentiae, maxime cum eſſet ea aetate, in quam excuſatio ignorantiae vel imperitiae non competit, neque enim mora et dilatio facit eum excuſatiorem. Minus enim peccatum erat attonitum nouo aliquo caſu irritatum eſſe ad atrocius facinus, poſt longas vero cunctationes et deliberationes poſtremo tale quidpiam aggredi et perpetrare, ſanguinarii animi eſt; et obſtinati in deterius: qualem ſibi eſſe etiam poſtea declarauit, nec reliquis parcens, qui ante videbantur cariſſimi, qui tametſi minus miſerabiles erant, quod merito perirent, tamen ſaeuitiam arguebant ſimilem, nec ab il-

conceſſa ipſi ab Auguſto Caeſare poteſtate apud Berytum in concilio condemnari fecit, atque ſtrangulari, de quo IOSEPHVS (k): *Poſt haec Herodi iam reconciliatus* (Auguſtus) *ſcribit, dolere ſe vicem eius, qui tales haberet filios, debereque eum, ſi quid contra pietatem auſi ſint, vt in parricidas animaduertere, ſe enim liberam ei poteſtatem permittere, quod ſi tantum fugam meditati ſint, ipſum quoque ſalua pietate oportere leui caſtigatione contentum eſſe. Quare ſuum conſilium eſſe, vt indicto conſiſtorio apud Berytum Romanorum domicilium, et adhibitis praeſidibus cum Rege Cappadocum Archelao, amicisque caeteris et viris illuſtribus de communi ſententia, quid ſtatuendum ſit, diſpiciat; atque hoc fuit argumentum epiſtolae Caeſaris.* Pergit ille (l): *Herodes autem eiecta ex pectore omni, ſi qua prius inerat, dubitatione de filiorum ſupplicio, nec vllum relinquens locum reſipiſcentiae, properauit exequi ſuum propoſitum: et productis in concionem trecentis ductoribus militum vna cum Tirone ac filio tonſoreque indice omnes accuſauit apud populum, in quos multitudo, quicquid ad manum veniret, coniiciens, ad vnum eos interfecit, Alexander autem et Ariſtobulus ducti Sebaſten ibi iuſſu patris ſunt ſtrangulati, et corpora eorum in Alexandriam recondita ſunt, vbi maternus eorum auus et plerique ex progenitorum ſerie ſiti ſunt. Et fortaſſe alicui mirum non videbitur coalitum tanto tempore odium adeo excreuiſſe, vt modum excedens ipſam naturam vicerit. Illud merito dubitari posſit in adoleſcentesne ea culpa conferenda, qua patrem longo tempore exaſperatum tandem in odium coniecerint immedicabile, an in ipſius duritiem et cupiditatem tam gloriae quam dominationis immodicam, qui nullum ferret ſocium malens omnia ſuo arbitratu facere: an potius in fortunam, cuius potentiae nullis humanis rationibus reſiſtere licet, ne ſapientisſimis quidem. Vnde perſuaſum habeamus eam omnes humanas actio-*

(k) lib. XVI. c. XVI.
(l) lib. XVI. c. XVII.

actiones praeſanxiſſe, vt neceſſario conſequantur: eamque vim fatum vocamus, quod nihil ſit, quod illa non efficiat, ſed hunc ſermonem vt arduum leuiter attigiſſe ſufficiet, qui et noſtris ſtudiis non nihil tribuit, et varietatis actionum cauſas examinat, quae quidem contemplatio, iam olim incluſa eſt legis noſtrae voluminibus. Caeterum ex duabus reliquis cauſis, quod ad filios attinet accuſare, quis poſſet eorum iuuenilem arrogantiam et faſtum regium, quod nimium tribuerint patris calumniatoribus et in acta eius ac vitam parum aequi inquiſitores fuerint malitioſe ſuſpicaces et linguae temperare neſcii ac per hoc geminas anſas praebentes, ſuis obſeruatoribus et ad ineundam Regis gratiam delatoribus. Patris autem plane pudendus error eſt, et inexcuſabilis, quod neque inſidiarum ſtructarum conuictos, neque vllis huius conatus argumentis deprehenſis, permiſit ſibi ex ſe genitos interficere, egregio corpore iuuenes, nec apud ſuos ſolum gratioſos, non in venationibus ſegnes, non in militaribus exercitiis contemnendos, aut ciuilibus facundiae ſtudiis. Horum enim omnium non erant rudes praeſertim Alexander natu grandior. Satis erat, etiamſi damnare libuiſſet, aut vinculis eos cohibere aut procul a regno ablegare, cum ſecurum faceret Romana potentia, ſub cuius tutela poſitus ne apertam quidem vim, adeo non inſidias extimeſcere debuerat, nunc tam cito eos occidere impotentis affectus gratia, quid aliud eſt, quam argumentum impiae licentiae, maxime cum eſſet ea aetate, in quam excuſatio ignorantiae vel imperitiae non competit, neque enim mora et dilatio facit eum excuſatiorem. Minus enim peccatum erat attonitum nouo aliquo caſu irritatum eſſe ad atrocius facinus, poſt longas vero cunctationes et deliberationes poſtremo tale quidpiam aggredi et perpetrare, ſanguinarii animi eſt; et obſtinati in deterius: qualem ſibi eſſe etiam poſtea declarauit, nec reliquis parcens, qui ante videbantur cariſſimi, qui tametſi minus miſerabiles erant, quod merito perirent, tamen ſaeuitiam arguebant ſimilem, nec ab il-

lorum temperantem ſibi caedibus, qua de re dicturi ſumus in ſequentibus.

§. IX.

Conſtantinus M. Imp. Criſpum filium morti ſubiecit. Hunc enim Fauſta nouerca ad amores illicitos fruſtra ſollicitauerat, et tandem patri detulerat, quaſi ipſe adpetiiſſet in nouerca, quod ſingulari ſanctitate recuſauerat. Conſtantinus vero praecipiti indicis delationi Fauſtae credens, filium damnabat, eundemque frigore veneni ſubtollebat, mox fraude mulieris inuenta, balneum accendi ſupra modum iuſſit, eique Fauſtam incluſit, mortuam extraxit (m).

§. X.

Verum ne diutius rebus antiquis immorer, ad alia pergam, potisſimum Germanorum hiſtoriam. Primo loco exemplum occurrit Lotharii, qui Ludouici Pii erat Primogenitus. Hic enim patri A. DCCCXXXIV. rebellis factus, Francos a patre abducere tentabat, qui tamen ad defectionem impelli non poterant. Dum vero Ludouicus pater Lothario filio obuiam procederet, ad fluuium Ligerim prope caſtrum Bleſenſe, caſtra caſtris opponebantur. Lotharius, cum parem ſe haud videret, ſupplex ad patrem venit, quem ille coercitum verbis et obligatum tam ipſum, quam Proceres eius, quibus voluit ſacramentis in Italiam remiſit, oppilatis anguſtiis itinerum, quae in Italiam tendunt, ne quis transire poſſet, niſi licentia cuſtodientium, potisſimum mandans, ne ſine patris iuſſione fines Franciae ingredi praeſumeret, et extra patris volun-

(m) OROSIVS lib. VII. c. XXVIII. SIDONIVS APOLLINAR. lib. V. ep. VII. EVTROPIVS lib. X. c. IV. n. 6. ZOSIMVS lib. II. cap. XXIV.

luntatem in eius imperio deinceps nihil potiri tentaret (n).

§. XI.

Succedat Carolomannus, Caroli Calui filius alter. Hic enim cum eſſet puerulus, iuſſu patris attonſus, clericus effectus eſt. Dehinc procedenti tempore ad Diaconatus officium, quamuis inuitus atque coactus in praeſentia genitoris ordinatus eſt, legitque publice Euangelium, et Pontifici Miſſam celebranti iuxta morem miniſtrauit, inde plurium Monaſteriorum pater atque Abbas fuit factus. Poſthaec rediens ab Eccleſiaſtica religione, inſidias contra patrem fuit molitus. Inde Abbatiis priuatus, in Siluanectenſi ciuitate eſt cuſtodiae mancipatus (o). Licet ipſum poſtea a cuſtodia ex Siluanectis ciuitate abſolueret, et ſecum manere praeciperet (p). Hic vero noctu a patre aufugiens, alter Iulianus efficitur. Collecta namque praedonum non modica turba, Eccleſias Dei coepit deuaſtare et cuncta diripere, et inaudita mala perpetrare (q). Licet autem Carolomannus miſſos ſuos ad patrem dirigeret, Deo vt et patri ſe ſatisfacere velle, promittens, tantum vt de his miſericorditer ageret, qui cum ipſo fuerant, doloſe tamen agebat, monet. Inde Carolus bona illorum, qui cum Carolomanno facerent, non ſolum confiſcari praecepit, ſed etiam Iudicium Epiſco-

(n) AVCTOR *vitae Ludouici* p. 4. et THEGANVS c. LV. NITHARDVS L. I. p. 440. *Annales Fuldenſes ad a. 834.*

(o) *Annales Bertiniani ad a. 870.*

(p) *Annales Bertiniani ad a. 870.*

(q) *Annales Bertiniani c. l. noctu a patre auffugiens in Belgicam Prouinciam venit et congregatis ſecum pluribus ſatellitibus, ac filiis Belial, tantam crudelitatem et deuaſtationem, ſecundum operationem Satanae exercuit, vt credi non poſſit ab ipſis, qui eandem depopulationem viderunt, atque ſuſtinuerunt.*

ſcopale de illis expetiit, qui eosdem communione priuarunt. De Carolomanno vero, quia Senenſis Diecoeſeos erat Diaconus, et poſt praeſtita per duas viles ſacramenta et tanta flagitia in Regno ſuo commiſerat, Iudicium Epiſcoporum ipſius Prouinciae expetendum decreuit (r). Pergente etiam in Rebellione ſua Carolomanno, Synodum in Menſe Auguſto apud Duciacam condixit. Carolomannus vero audiens patrem ſuum poſt ſe ire, ſuadentibus ſuis, ad illum confiсta humilitate peruenit, quem pater quidem recepit, et ſecum manere praecepit, vsque dum ad ſuos fideles in Belgicam veniret, et eorum conſilio de ipſo iudicaret. Inde Placitum cum ſuis conſiliariis habuit, et eorum conſilio Carolomannum iterum Siluanectis cuſtodiae mancipauit, et eius complices ſacramento ſuae fidelitatis per ſingulos comitatus conſtringi praecepit (s). Coacta vero Siluanectis Synodo, depoſitus fuit, ab omni gradu Eccleſiaſtico laicali ipſi communione ſeruata. Dum autem ipſius complices cogitarent, qua ratione ipſum e cuſtodia educerent, et ſibi Regem conſtituerent, ea propter mortis iudicio fuit addictus, mitigata tamen ſententia, vt locum et ſpatium poenitendi haberet, et grauiora admittendi facultatem, ſicut meditabatur non haberet, luminibus ex iudicio cunctorum, qui aderant, fuit orbatus. Hic vero coecus per homines quondam ſuos conſentientibus duobus Monachis Corbeienſibus ſublatus ad Ludouicum Germaniae Regem fugit, qui illum Lintberto Moguntino Archiepiſcopo paſcendum in Monaſterio Sancti Albini apud Moguntiam commendauit (t). Quod vero oculis fuerit priua-

(r) *Annales Bertiniani ad a. 871.*

(s) *Annales Bertiniani ad a. 872.*

(t) *Annales Bertiniani ad a. 873.*

uatus, illis temporibus haut infrequens erat, maxime, ſi qui ſtatui publico videbantur eſſe pernicioſi, ne amplius turbas mouerent, prout idem fatum a Ludouico Pio, expertus fuit Bernhardus Italiae Rex (u), atque a Ludouico Germanico Reſticius Wimidorum Regulus (x).

§. XII.

Idem Carolus Caluus patriam poteſtatem in Ludouicum filium tertio genitum, matrimonium ſine ipſius conſenſu contrahentem, exercuit. Hic enim cum iuuenilis aetatis flore polleret, quandam puellam nobilem nomine Ansgard ſibi coniugii foedere copulata, ex qua duos liberos ſuscepit elegantis formae, ac ingentis animi virtute praeſtantes: horum vnus Ludouicus, alter Carolomannus vocabatur. Sed quia hanc ſine genitoris conſenſu ſuis amplexibus ſociauerat, ab ipſo patre ei poſtmodum interdicta et interpoſito iurisiurandi ſacramento, ab eius conſortio in perpetuum fuit ſeparata ipſique a patre Adelheidis in matrimonium fuit collocata (y). Id quidem ſecundum canones, eo quod matrimonium ſine patris conſenſu contractum ſit nullum.

§. XIII.

Contra Ludouicum Germaniae Regem Carolomannus filiorum natu maximus, qui Carentanis praeerat anni DCCCLXI. res nouas molitus eſt. Expulit enim Duces,

(u) AVCTOR *vitae Ludouici p. 371.* OTTO FRISINGENS. *lib. I. cap. XXXIII.* Sententia extat apud GOLDASTVM *Tom. I. pag. 151. Corpus Hiſtor. Germ. Per. IV. S. II. §. 6.*

(x) *Annales Bertiniani ad a. 870. Reſtitium Wimidorum Regulum a Carolomanno per dolum Nepotis ipſius Reſtitii captum, et aliquandiu in cuſtodia detentum, poſt iudicium mortis excoecari, et in Monaſterium mitti praecepit.*

(y) *Regini Annaliſta Saxo, ad ann. 878.*

ces, quibus cuſtodia commiſſa erat Pannonici limitis et Carantani, atque per ſuos marcam ordinauit: quod Regis animum rebellionem ſuſpicantis non parum commouit. Inſequenti vero anno per ſacramenta pacis et ſecuritatis ſuae Ratisbonam venit, et reddita ratione conuincit aduerſarios, patrique ſuo reconciliatur, iuramento confirmans, ne poſtea malitioſe quidpiam machinaretur. Sed A. DCCCLXIII. iterum apud patrem abſens fuit accuſatus, vt etiam Ludouicus publice coram populo proteſtaretur, Carolomannum filium ſuum ab eo tempore, et deinceps, donec viueret et regnaret, ſua voluntate publicis honoribus nunquam eſſe potiturum. Hic etiam fraude Gundachari Comitis ſui deceptus Ducatu Carentanorum fuit priuatus. Carolomannus vero per iuramenta principum venit ad patrem, de obiectis ſibi criminibus ſecurus (z).

§. XIV.

Ottonis M. filius Ludolphus ab A. CMLII. arma contra patrem adripiebat. Otto vero Moguntiam pergens, ibidem Ludolphum coegit, vt ſe parenti ſubmitteret, ea conditione, vt ſceleris auctores indicaret et traderet. Ludolphus autem hoſtilem animum minime deponens Moguntiam cum exercitu intrauit, ſed victus ad Horſedal, patri cum A. CMLIV. Salueldo venationem exerceret, nudatis plantis proſtratus, intima tractus poenitentia, oratione flebili, patris primum, deinde omnium praeſentium lacrymas extorſit. Suſceptus igitur in gratiam, ſpondet ſe obtemperaturum, conſenſurumque omni paternae poteſtati. Aſt rurſus Ludolphus malorum deprauatus conſilio reſtitit, patriaque cedens in Italiam perrexit,

(z) *Annales Fuldenſes ad a. 861. 862. 863. Annales Bertiniani a. 861.*

rexit, ibique cum per vnum fere annum eſſet, VIII. Idus Septembris A. CMLVII. pro dolore obiit (a).

§. XV.

Infelix iſte Imper. Henricus IV. filium ſuum natu maiorem Conradum, quem iamdum ſucceſſorem deſtinauerat, nactus fuit rebellem: Hunc cuſtodiae mandauit Henricus, ſed ſtatim liberatus, adnuentibus Welphone et Papae adſeclis ab Anſelmo Mediolanenſi Archiepiſcopo in Regem fuit coronatus (b), atque in Italia contra patrem turbas mouit. Imp. vero A. MXCIX. in Epiphania Aquis filium ſuum iuniorem Henricum V. Regem fecit, reprobato Conrado (c), qui A. MCI. in Italia non ſine veneni ſuſpicione obiit.

§. XVI.

Alter vero filius Henricus, licet pater ipſum, Ann. MCIII. in Comitiis Moguntinis Regem feciſſet ſalutari, cum prius iuraſſet, ſe nunquam ab eo eſſe defecturum (d), ni-

(a) WITTICHINDVS lib. III. p. 632. *Corpus hiſt. Germ.* Per. V. S. II. §. 14.

(b) *Iniurius eſt in Henric. IV.* BERTOLDVS CONSTANTIENSIS *ad a. 1173. In Longobard. Conrad. filius Henrici Regis a patre dolo circumuenitur et captiuatur, ſed Dei miſericordia inde ereptus a Mediolanenſi Archiepiſcopo et reliquis fidelibus S. Petri in Regem coronatur.*

(c) *Annaliſta* SAXO, ALBERTVS STADENSIS, *Annales Hildesheimenſes ad a. 1099. Corpus hiſt. German.* Per. VI. S. III. §. 47.

(d) OTTO FRISINGENS. lib. VII. c. XVIII. ALBERICVS *ad a. 1103.* AVCTOR *vitae Henrici* p. 386. *ne et ipſe abiret in viam fratris ſui (Conradi), iuſiurandum accepit, videlicet, ne vnquam ſe vel de regno, vel de praediis patris eo viuente, niſi forte ex conſenſu ipſius, intromitteret.*

nihilominus a Papae adſcelis inſtigatus, ſub ſpecie Rei- publ. conſtituendae, reſtaurandaeque Eccleſiae contra patrem rebellat; et poſtquam a iuramento patri praeſtito a Papa abſolutionem impetraſſet, ſe Regem fecit conſecrari (e). Hic, monitus licet a patre, vt deſiſtat, omnes Germaniae Proceres et patris Miniſteriales ab ipſo auertere conabatur. Verum imbellis pater, dum Germaniae Principes ipſi eſſent contrarii, filium coercere non valens, ipſi inſignia cum ipſo regno cedere fuit coactus (f).

§. XVII.

Contra Fridericum II. imp. Gregorius IX. Papa Henricum, ipſius filium, quem iamdum Regem deſignauerat, concitauit, ita, vt non Mediolanenſes ſolum, ſed etiam diuerſi Germaniae Principes in conuentu Bopardiae Ann. MCCXXXIV. habito contra imp. ſocietatem inirent (g); venit itaque imp. A. MCCXXXV. in Alemanniam, et conſilio habito VI. Non. Iulii apud Wormatiam filium ſuum in gratiam recipit. Sed non perſoluens, quae promiſerat, nec reſignans caſtrum Arifels, quod habuit in ſua poteſtate, iuſſu patris Imperatoris cuſtodiae eſt mancipatus. Hinc miſit eum in Apuliam ibique fecit ipſum vsque ad diem mortis ſicut proditorem in carcere cuſtodiri, ideo quod confoederatus fuerat cum Lombardis, in eodemque A. MCCXXXVI. fuit defunctus (h).

§. XVIII.

(e) OTTO FRISINGENSIS lib. VII. c. VIII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, DODECHINVS, *Annaliſta Saxo*, ALBERICVS *ad a.* 1105.

(f) *Corpus Hiſt. Germ.* Per. VI. S. III. §. 48.

(g) CONRADVS DE FABARIA *de Caſibus S. Galli* cap. XVI. MONACH. PADVANVS *ad a.* 1231. GODEFRIDVS MONACHVS *ad a.* 1234.

(h) GODEFR. MONACHVS *ad a.* 1235. TRITHEMIVS *ad ann.* 1233.

§. XVIII.

Neque inter Germaniae Principes deſunt exempla. Henricus III. Impius Dux Mellicenſis, Leopoldi glorioſi Auſtriae filius A.MCCXXVI. ex conſilio et auxilio quorundam iniquorum oppoſuit ſe patri ſuo (i) ſuper haereditate, atque caſtrum Haimburg occupauit, matremque ſuam inde ſatis contumelioſe eiiciens, quod tamen caſtrum pater in breui recepit (k). Tandem A. MCCXXVII. ex terris in Morauia abiit.

§. XIX.

Impius in patrem Ludouicus Gibboſus, Ludouici Barbati Bauariae Ducis filius Margaretham filiam Friderici Brandenburgenſis, (cui parens capitalis inimicus erat, vt quem nouum hominem appellare conſueuerat) connubio ſibi iungit, oppidisque ob hoc atque caſtellis a patre irato excluſus, auxilio Alberti fratris vxoris, menſe Octobr. Ingolſtadti a ciuibus velut haeres, et princeps iuſtus recipitur, aetate parentem delirare dictabat, moxque in vrbem admiſſus, cum ciues claues exhibere nollent, vi effracto ſanctiore templi aerario, gaza, ſuppellectile, pecu-

 nia

1233. MONACHVS PADVANVS *ad a. 1232. Frag. hiſt. ad ann.* 1235. Potiſſimum vero CAR. AVG. FABAR. in diſſ. ſua *inaug. ſub praeſid. viri Cel.* CASP. ACHAT. BECKII *Ienae 1729. habita, de poteſtate et iurisdictione principum ſpeciatim S. R. I. in liberos* ad argumenta contraria abunde reſpondit.

(i) *Chron. Salisburg. ad a. 1226. inter Leopold. Duc. Auſtriae et filium ſuum maiorem guerra orta eſt, ſuper haereditate; quae tandem mediantibus maioribus terrae ad concordiam eſt reuocata.*

(k) *Chron. Clauſtr. Neoburg. ad a. 1226. Tabulae Clauſtro Neoburgenſes* p. 1023. *vitia Areapechis, Chron. Auſtr. ad a. 1226.* Adde PETR. *de Vineis* lib. III. c. I. *vbi Bohemiae Regi diuerſos Duc. Auſtriae exceſſus narrat.*

nihilominus a Papae adſcelis inſtigatus, ſub ſpecie Reipubl. conſtituendae, reſtaurandaeque Eccleſiae contra patrem rebellat; et poſtquam a iuramento patri praeſtito a Papa abſolutionem impetraſſet, ſe Regem fecit conſecrari (e). Hic, monitus licet a patre, vt deſiſtat, omnes Germaniae Proceres et patris Miniſteriales ab ipſo auertere conabatur. Verum imbellis pater, dum Germaniae Principes ipſi eſſent contrarii, filium coercere non valens, ipſi inſignia cum ipſo regno cedere fuit coactus (f).

§. XVII.

Contra Fridericum II. imp. Gregorius IX. Papa Henricum, ipſius filium, quem iamdum Regem deſignauerat, concitauit, ita, vt non Mediolanenſes ſolum, ſed etiam diuerſi Germaniae Principes in conuentu Bopardiae Ann. MCCXXXIV. habito contra imp. ſocietatem inirent (g); venit itaque imp. A. MCCXXXV. in Alemanniam, et conſilio habito VI. Non. Iulii apud Wormatiam filium ſuum in gratiam recipit. Sed non perſoluens, quae promiſerat, nec reſignans caſtrum Arifels, quod habuit in ſua poteſtate, iuſſu patris Imperatoris cuſtodiae eſt mancipatus. Hinc miſit eum in Apuliam ibique fecit ipſum vsque ad diem mortis ſicut proditorem in carcere cuſtodiri, ideo quod confoederatus fuerat cum Lombardis, in eodemque A. MCCXXXVI. fuit defunctus (h).

§. XVIII.

(e) OTTO FRISINGENSIS lib. VII. c. VIII. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, DODECHINVS, *Annaliſta Saxo*, ALBERICVS *ad a. 1105.*

(f) *Corpus Hiſt. Germ.* Per. VI. S. III. §. 48.

(g) CONRADVS DE FABARIA *de Caſibus S. Galli* cap. XVI. MONACH. PADVANVS *ad a. 1231.* GODEFRIDVS MONACHVS *ad a. 1234.*

(h) GODEFR. MONACHVS *ad a. 1235.* TRITHEMIVS *ad ann. 1233.*

§. XVIII.

Neque inter Germaniae Principes deſunt exempla. Henricus III. Impius Dux Mellicenſis, Leopoldi glorioſi Auſtriae filius A. MCCXXVI. ex conſilio et auxilio quorundam iniquorum oppoſuit ſe patri ſuo (i) ſuper haereditate, atque caſtrum Haimburg occupauit, matremque ſuam inde ſatis contumelioſe eiiciens, quod tamen caſtrum pater in breui recepit (k). Tandem A. MCCXXVII. ex terris in Morauia abiit.

§. XIX.

Impius in patrem Ludouicus Gibboſus, Ludouici Barbati Bauariae Ducis filius Margaretham filiam Friderici Brandenburgenſis, (cui parens capitalis inimicus erat, vt quem nouum hominem appellare conſueuerat) connubio ſibi iungit, oppidisque ob hoc atque caſtellis a patre irato excluſus, auxilio Alberti fratris vxoris, menſe Octobr. Ingolſtadti a ciuibus velut haeres, et princeps iuſtus recipitur, aetate parentem delirare dictabat, moxque in vrbem admiſſus, cum ciues claues exhibere nollent, vi effracto ſanctiore templi aerario, gaza, ſuppellectile, pecunia

1233. MONACHVS PADVANVS *ad a. 1232. Frag. hiſt. ad ann. 1235.* Potiſſimum vero CAR. AVG. FABAR. in diſſ. ſua *inaug. ſub praeſid. viri Cel.* CASP. ACHAT. BECKII *Ienae 1729. habita, de poteſtate et iurisdictione principum ſpeciatim S. R. I. in liberos* ad argumenta contraria abunde reſpondit.

(i) *Chron. Salisburg. ad a. 1226. inter Leopold. Duc. Auſtriae et filium ſuum maiorem guerra orta eſt, ſuper haereditate; quae tandem mediantibus maioribus terrae ad concordiam eſt reuocata.*

(k) *Chron. Clauſtr. Neoburg. ad a. 1226. Tabulae Clauſtro Neoburgenſes* p. 1023. *vitia Areupechis, Chron. Auſtr. ad a. 1226.* Adde PETR. *de Vineis* lib. III. c. I. *vbi Bohemiae Regi diuerſos Duc. Auſtriae exceſſus narrat.*

nia patris, qui tum Neoburgi habitabat, potitur. Inde alias vrbes Danubio conterminas praeter Neoburgium et Laugingiacum occupat. Caeterum Noricorum vrbes authoratas ſe parenti cauſantes eidem portas clauſere. Nariſcorum vero, quas ſupra a ſocero et Ioanne Ambergenſi in ditionem coactas ſcripſimus, deditionem fecerunt, dotisque titulo illi redditae ſunt. Pater vero ius patriae poteſtatis exercuit. Hic enim exhaeredato filio, vniuerſa templo atque Ptochotropheio legat, filium impietatis poſtulat. Egenos haeredes teſtamento inſtituit, quotidie mille pauperes paſcendos curat. Conradum Magiſtrum Epiſtolarum imp. Friderici tertii, Stephani Viennenſis antiſtitem, aſſertorem, eius ſucceſſores vindices nuncupat (l). Ludouicus Gibber vero redactis ad obſequium plerisque vrbibus, et paterno principatu patrem Neoburgi ſupra Ingolſtadium vltimo Aprili XI. Septimanas obſidet, tertio deinceps Menſe vrbem vi expugnat, patrem capit, ſapientisſimos quosque ſacros, profanos Ingolſtadium conuocat, quid de patre capto agat, conſulit. Filius autem, ne feneſtram ſeditionis aperiret, genitorem reuerenda ſenectute venerabilem Alberto Brandenburg. fratris vxoris ſuae, diligentiore cuſtodia obſeruandum tradit, atque Onolzbachiam ex Boiaria in Franciam abduci permittit. Ipſe poſt biennium, impietatis ne dicam parricidii poenas ſuprema maieſtate expetente, fato concedit, ſeptimo Idus Aprilis anno ab orbe ſeruato MCCCCXLV. (m).

§. XX.

Henricus puer primus ex Brabantinis Hasſiae Landgra-

(l) AVENTINVS lib. VII. c. XXV. n. 22. ADELZREITER P. II. lib. VIII. n. IX.

(m) AVENT. lib. VII. c. XXVI. n. 8. ADELZR. c. l.

grauius Primogeniturae ius introducere tentabat, cui tamen filius ſecundo genitus Henricus ſe opponebat, Adolphus vero imperat. patri adſiſtebat, et filius ante patrem moriebatur.

§. XXI.

Illuſtre potisſimum occurrit exemplum in Domo Palatina. Leopoldi Ludouici, Comitis Palatini in Veldentz ex Agatha Chriſtina Hannouiae comite filius primogenitus erat Guſtauus Philippus d. XVII. Iul. MDCLI. in lucem prognatus. Hic, poſt peragratas Gallias, Daniam, Sueciam, Germaniam, Lotharingo primum militauit: deinde caeſaris ac Germanorum ſecutus auſpicia, in proelio Sinshemium ſtrenue rem geſſit. Tandem vero ſui disſimilior factus (n), patre Argentorati in palatio Veldentino ſedente Coloniae religionem mutauit, atque vxorem duxit, Nageliam ibidemque manu ſtudioſorum aliorumque improborum collecta, parentis ditiones inuaſit Lauterbeccii in Monte S. Remigii et Veldentiae reditus praeripuit, illos, qui ſe iuſſu patris ipſi opponerent, interfecit, prout potisſimum cum praefecto Veldentino Schmalkalden fecit, quem eo, quod iuſſu parentis quasdam litteras interceperat, vt ſe accerſitum globo traiecit, et per ſcalas praecipitauit. Poſtea cum adſcelis, in arce montis Remigii reſedit, inde in arcem Lauterbeccenſem ſe recepit, variaque nefaria peregit. Dum vero ſerenisſimus pater arcem iſtam obſideret, poſt aliquot ſubditorum necem de libero diſceſſu pactus fuit. Poſtquam vero ad portam exteriorem perueniſſet, ipſius adſeclae fuerunt di-

(n) IOANNES app. *poſter. ad Par. Hiſtor. palatinam p. 517.* PFEFFINGER *ad Vitriarium* P. I. lib. III. Tit. XVII. §. III. ZECHIVS *Eur. Europ.* P. I. p. 446.

dimisſi, Princeps vero cuſtodiae fuit mandatus, primum quidem liberius habitus, aſt dum per feneſtram in fontem ſe praecipitare conaretur, arctius in turrem fuit inclusſus, ipſique cuſtodes ſunt additi. Dum vero bona conſilia admittere nollet, praefectum vigilum Ieremiam Bertrántum, qui ipſum obſeruaret, male haberet, Sereniſſimus pater mandabat, ni delicta ſua vellet adgnoſcere, veniam a patre petere, et impoſterum pergeret, dictum praefectum male habere, vt ipſi liceret ipſi ſe opponere. Dum igitur Princeps praefecti caput matella ferire vellet, iſte principem globo traiecit, quod etiam a Sereniſſimo parente fuit adprobatum (o).

§. XXII.

Primum in Hiſpaniae Regno exemplum praebet Ioannes II. Arragoniae Regis filius primogenitus Carolus. Hic Catalauni Principatus haeres gentis conſenſu inuito patre eſt renunciatus, extortum praeterea, vti, quod Regum filiis maioribus dare erat ſolitum, rerum moderator eſſet vniuerſo imperio pro patre vicarius, Catalauni principatus arbiter cum ſumma decernendi, quod patri grauiſſimum erat, nomine modo Principis retento nobiliſſimam imperii partem detrahi, imminui maieſtatem. Gens ferox et ingenii durioris, niſi his poſtulatis conceſſit, quietura non erat. Inde bellum inter patrem et filium a Ioanne II. Caſtellae Rege adiutum, eo quod de matrimonio ipſius cum huius filia Iſabella multa contentione ageretur. Verum, cum varia Vaſconiae et Catalauniae op-

(o) *Haec ex ſingulari relatione ab amico quodam, qui ſingularem hoc de facto habuit notitiam, communicata habeo.* Licet IOANNIS p. 518. *ex aliis tamen per duos venatores ipſi immiſſos illud fuiſſe trucidatum velit.*

oppida ab Arragoniis occuparentur, in patris poteſtatem venit Carolus filius atque Barcinone lento veneno IX. Kal. Octobris MCDLXI. fuit extinctus, veniam a patre poſt mortem precatus, corpus ad Populeti ſepultum, vixit annos quadraginta, Menſes tres, dies viginti ſex perpetuis aerumnis, quamue alia nobilior virtuti et eruditioni fortuna non reſpondet (p).

§. XXIII.

Hiſpaniae Regnum in Philippo II. ſingulare praebet exemplum. Huius filius primogenitus, ex Maria Luſitanica priori coniuge, natus, d. VIII. Iul. MDXLV. in aula Hiſpanica educabatur. Huic A. MDLVI. dum Carolus V. imperium deponere vellet, atque cum Henrico II. Gallorum Rege inducias ad quinque annos faceret, in matrimonium deſtinata fuerat Eliſabetha, Henrici II. filia primogenita, Princeps aetatis licet tenuioris ſed formoſiſſima (q), quam ſponſus viſa ipſius imagine impenſe ſtatim

(p) Sic. IO. MARIANA *de rebus Hiſpaniae* lib. XXIII. p. 333. *cum Carolum Vianae Principem morbus lethalis Barcinone inuaſit, quem animi aegritudo ac perpetuae curae conciliarunt; ſic nonnulli crediderunt. Inter Beamontios conſtanti opinione vulgatum, lento veneno, quo fortuitus morbus putaretur, corrupta in cuſtodia vitalia fuiſſe.* Hoc vero confirmatur ex eo, quod in proceſſu Philippi II. *contra filium Carolum ad hunc proceſſum fuerit prouocatum de quo L'Abbé de St. Real. Dom. Carlos* p. 202. *Ils envoyerent chercher dans les Archives de Barcellonne le Proces criminel, que Dom. Iuan. II. du Nom Roi d'Arragon avoit fait faire autrefois au Prince de Viane Dom. Carlos ſon fils aine. On fit traduire ce Proces de Catulan en Caſtillan pour ſeruir tout capable de modelles et d'autorité.*

(q) *L'Abbé de St. Real Dom. Carlos* p. 103. *Entre les ouvertures de Paix, qui furent faite pendant la Tréve on proposa de marier*

tim coepit adamare. Mutata tamen rerum facie, dum ruptis induciis Gallos inter atque Hiſpanos bellum reſtauraretur, Galli conflictibus inferiores ad pacem properabant. Durantibus de pace Tractatibus moriebatur Maria Angliae Regina Philippi II. coniux, dum igitur iſte de iteratis nuptiis cogitaret, dictam Eliſabetham filio ipſius deſtinatam petebat. Licet autem illa lubentius filio in matrimonium fuerit tradita, eo quod aequalis cum iſta fuerit aetatis, dum Philippus aetate iamdum prouectus et iſta cum Philippo ſaltim ſequiores genitu eſſet editura, honeſte tamen recuſari non poterat ad conciliandam pacem (r). Philippo igitur in matrimonium fuit collocata, de quo maxime Carolus doluit, licet hunc dolorem minime exprimeret, potius in melancholiam incideret, et vitam duceret plane ſolitariam, id quod ipſum patri plane reddebat ſupectum, quaſi cupidine regnandi teneretur (s). Carolus interea nouercae Eliſabethae amore incitatus, eundem ipſi ſubinde declarabat, nec nouerca erat ab eodem aliena. Hoc percipientes Dux Albanus, et Gometrius, qui Philippo II. erant familiares, his vero Carolus erat infenſisſimus, ipſius odium, ſi ad regimen peruenerit metuentes, patri hoc patefaciebant (t). Accedebat

rier le Prince d'Eſpagne Dom. Carlos Fils unique de Philippe II. et de Marie de Portugal ſa premierè femme, avec Madame Eliſabeth fille ainée de France. Cette Princeſſe etoit fort ieune mais elle etoit extremement formée pour ſon âge. Comme ce Mariage fut reſolu avec joye de deux cotez auſſitot qu'il fut propoſé, elle conçut beaucoup d'eſtime pour l'Epoux, qu'on lui deſtinoit.

(r) THVANVS lib. CXX. p. 792. *Eliſabethae tertiae coniugis mors ſtatim ſecuta eſt, quae Irena vulgo in Italia vocabatur, quod pacis inter Gallos Hiſpanosque vinculum eſſet.*

(s) L'ABBE' de St. Real p. 107.

(t) L'ABBE' de St. Real p. 150.

bat, quod Carolus Hugonottis fauere videretur, et conſilia Regis de abducendo Rege Nauarreno adhuc minorenni atque introducenda religione catholica in dicto Regno detexerat (u), praefecturam etiam militarem in Belgio adfectabat (x). Et dum Philippus Rex, vt Carolum inde auerteret, ipſe militiae Belgicae praeeſſe vellet, ideoque iter in Belgiam ſuſcipere, factis etiam praeparatoriis, fingeret, per ſcomma, paruum librum Carolus compingi fecit, cuius primae paginae titulus erat inſcriptus: *Les grands et admirables voyages du Roy Dom. Philippe.* Cuilibet paginae dicti libri itinera Regis ex Madrito ad Palatia aeſtiua inſcripſit, eundemque Reginae tradidit (y), quem Rodericus Guzmannus clanculum Reginae ſubduxit, atque Regi praeſentauit (z), quo nimium Rex irritatur filiumque de amoribus cum nouerca magis ſuſpectum habebat, quod etiam ex Reginae litteris, ipſo captiuo facto, repertis aliquantiſper patebat (a), eo quod cum ipſa taliter Regi il-

(u) L'ABBE' de St. Real p. 143.

(x) c. l. p. 110.

(y) c. l. p. 167. *Dom. Carlos ſe mit en revenant a faire un petit livre avec du papier blanc qu'il trouva dans une Gaſſette, dans lequel il ecrivit de ſa main, ces paroles en groſſe lettre ſur la première feuille:* les grands et admirables voyages de Roy Dom. Philippe. *Il mit dans chacune des autres pages du livre, l'un des titres qui ſuivent. Le voyage de Madrid a l'Ecurial, le voyage de l'Ecurial a Tolede, de Tolede a Madrid, de Madrid a Aranjuez, de Aranjuez au Pardo, de Pardo a l'Ecurial, et de cette ſorte il remplit tout le livre des voyages du Roy dans ſes Maiſons de plaiſance et dans les mellieures villes d'Eſpagne.*

(z) c. l. p. 180.

(a) L'ABBE' DE ST. REAL p. 197. *il fut encor plus touché lors qu' entre pluſieurs lettres de l'ecriture de la Reine il en trouva une qui lui parut la plus emportée et la plus amoureuſe du monde.*

illudere fuerit auſus. Dum autem Rex praefecturam militiae Belgicae Carolo plane denegaret, potius Albanum Ducem cum magno exercitu in Belgiam mitteret, hic patri parum fidens comiti Egmondano et Belgarum deputatis Marchioni de Berch et Montigni, qui cum ipſo diuerſos habuerunt congreſſus, promiſit, ſe ipſorum caput fore, hique ſe ipſi certis conditionibus obedientes fore promiſerunt (b), credens Regem, ipſi facile reliquam Belgii partem eſſe ceſſuram, vel ipſi facile fore eandem armis occupare (c). Spinoſa etiam Cardinalis inquiſitor generalis ipſi imputabat, quod ex Gallia plures faſciculi Catechismorum Caluini ipſius auctoritate fuerint miſſi. Carolus igitur ſecuritati ſuae proſpiciens armis ſe defendere cogitauit. Hinc in carceres coniectus Carolus eique formatus eſt proceſſus, quem integrum THVANI verbis trademus (d): *Sub id tempus de Carolo Hiſpanorum Principe in carcerem a patre coniecto, aſſertur; de eo varii ſermones ſparſi, in id conſentientes, quod iuuenis acer, vehemens, ac ſupra modum ambitioſus, et imperii cupidus ſuſpicionem nouarum rerum de ſe apud patrem ſuſpicacem excitaſſet, voces certe ejus quaſi*

(b) L'ABBE' DE ST. REAL p. 182. *Il ſe rendit aux inſtances, que les Rebelles de Hollande lui faiſoient depuis long tems par le Comte d'Egmond et les Deputez, de s'aller mettre a leur tête. Ils lui promettoient, que s'il vouloit leur accorder peu de choſes fort raiſonnables, ils lui obeiroient avec plus de fidelité que le Catholiques ni obeiſſoient au Roy. Dom. Carlos, ne doutoit pas que s'il etoit, une fois maitre des Revoltez le Roi ne lui abandonnat le reſte de la Flandre, quand ce ne ſeroit, que pour l'empecher de s'en emparer de force comme il lui ſeroit aiſé.*

(c) L'ABBE' DE ST. REAL p. 199. *Le Cardinal les accuſoit eux même d'avoir fait venir de France pluſieurs balots de Catechismes de Calvin en la faveur d'un paſſeport de Dom. Carlos.*

(d) *Hiſt.* lib. XLII. p. 506.

quaſi Belgarum vicem miſerantis, et ſeditionem excuſantes (e), ab emiſſariis exceptae, et ad patrem perlatae fuerunt, quas ſic pater accipiebat, quaſi filius fugam et profectionem ſecretam in Belgiam meditaretur. Odia praeterea manifeſta notauerat, contra Albanum, Rodericum Gomeſium Syluam, et Ioannem Auſtrium nothum, qui principem gratiae locum in aula tenebant. Induxerat et in animum inſidias ſibi a filio paratas, idque pluribus iudiciis ſibi perſuaſerat, nam et Sclopetulos binos ſumma arte fabricatos caligis, quae ampliſſimae de more gentis in vſu ſunt, eum geſtare ſolitum reſciuerat ex Ludouico Foxio Pariſienſi, Scurialis Palatii ac Monaſterii a ſe regia magnificentia extracti architecto, machinae item, qua aqua ex Tago in ſuperiorem Toleti partem attollitur, inuentione nobili, qui et a Carolo rogatus fuerat, vt ſibi librum eo pondere fabricaret, cuius ictu hominem exanimare poſſet, et ille quidem ita librum XII. tabellis a lapide Cyaneo conſtantem VI. pollicum longitudine, IV. latitudine, chalibeis laminis et deſuper aureis contectum compegerat, qui XIV. libras et amplius pendebat, quod et ſtatim patri renunciauit. Id vero, vt mihi retulit ipſe Foxius, qui poſtea apud nos in Baionae portu excauando et Phari in Garumnae aeſtuario exſtructione quam Corduennam Turrem vulgo vocant, induſtriam ſuam approbauit, ideo Carolus voluerat, quod in Hiſpaniae Annalibus alicubi legiſſet, quendam Epiſcopum; qui carcere attinebatur, laterem magnitudine Breuiarii precum corio con-

(e) L'ABBÉ DE ST. REAL p. 187. *cependant ce Prince recevoit de tous cotez les mellieures nouvelles qu'il pouvoit ſouhaiter; Le Prince d'orange et l'Amiral de châtellon avec qui il dévoit conſulter tout et qu'il avoit a faire l'encourageoient et le preſſoient par leurs lettres: Soit pour le ſervir, ſoit pour le perdre. Les Revoltez des Pais Bas ſe confians en ſa Generoſité ne lui demandoient aucunes conditions. Mais ce qui acheva de le reſoudre, ce fut l' aſſurance d'une flotte conſiderabel que le grand Seigneur devoit envaſer ſur la Coté de Flandre pour ſavoriſer tous ces deſſeins.*

contegendum curaſſe, cuius ictu cuſtodem appoſitum ſibi interfeciſſet et vinculis ſe exemiſſet. Cum vero ſolus ſine vllo famulitio ſomnum capere ſolitus eſſet, machinam et ſibi per Foxium fabricari curauerat, qua per trochleas in lecto iacens ianuam cubiculi aperire et reſerare poſſet. Sic vero ſomnum inquieti animi princeps capiebat, vt ſub puluillo duos gladios ſtrictos et totidem ſclopetos ad diſplodendum paratos haberet, item in arca duos maiores ſclopetos puluere et glandibus oneratos, quae arma, eum merito patri ſuſpectum reddebant. Sed hactenus dolorem diſſimulatione texerat. Tandem pridie Natalis Chriſti Carolus cum fidele colloquium cum ſacerdote haberet, confeſſus eſt, habere ſe in animo quendam hominem occidere; quo audito, cum ſacerdos delictorum gratiam impertiri recuſaret, et ille contra inſtaret, ſi fidelium menſae non participaret, vt ſibi ſaltem ad publicam offenſionem vitandam, panis non conſecratus coram populo traderetur; Sacerdos pertinaciter et hoc recuſauit, remque protinus ad patrem, vti iuſſus erat, detulit, qui ſtatim reſpondit, eum ſe hominem eſſe, quem filius peteret; Ceterum ſibi conſulturum. Auditae et ex iuuene crebrae voces, cum ex conclaui Eliſabethae Reginae, cum qua familiares ſermones habebat, egrederetur, quaſi ſibi a patre ereptam vxorem indignante. Quod propterea dicebat, quod vltima inter Reges pacificatione cum initio inter delegatos res agitaretur, antequam Maria Anglorum Regina Philippi coniux deceſſiſſet, de Eliſabetha Carolo Hiſpaniarum Principi Philippi F. elocanda actum fuerat; ſed mortua ſub id tempus Maria conditiones mutauere, et Philippus Eliſabetham, quam filio vxorem deſtinabat, ſibi ſumpſit his indiciis, nuntiis, teſtimoniis in dies magis confirmatus, imperioſus ac ſuſpicax pater, re prius cum S. Inquiſitionis, vti vocant, officio, communicata, qua inconſulta ille ſiue ſuperſtitione, ſiue Religionis ſimulatione, nihil magni momenti tota fere vita geſſit, filii conatus anteuertere, et eum in poteſtatem redigere ſtatuit, quod cum in-

interdiu et vi aperta fieri periculoſum et iniurioſum ſimul viſum eſſet, quippe cum ferox iuuenis homines ſui ſimiles circa ſe haberet, et ſclopetos paratos occultare crederetur, id noctu tentari placuit, re ita compoſita. Foxius is, quem dixi, machinarum fabricator trochleas, quibus oſtium cubiculi principis obſerabatur, ſufflaminare iuſſus, id tanta arte perfecit, vt cum ille a lecto peſſulum de more obdidiſſet, ita clauſum oſtium putaret, vt ſine vi ac fragore aperiri non poſſet, ſed adhuc hic metus ſuberat, ne ingreſſu patris excitatus princeps ſclopetis et gladiis ſtrictis, quos ſub puluillo habebat, et quibus ſcite admodum ſupra conditionem ſuam vti didicerat, rem gereret. Itaque comes Lermae profunda iam nocte primus ſummo ſilentio conclaue ingredi iubetur, et ſclopetos ac gladios ſub puluillo latentes clam ſubducere; quo facto, arcam, in qua quatuor maiores ſclopetos ſemper paratos aſſeruabat, inſidere, tum pater ſequitur, quem Rodericus Gomeſius Silua, Feriae Dux, commendator maior et Didacus Cordubenſis praecedebant. Nusquam altiore ſomno miſer princeps obdormiuit, ita vt ad irrumpentium ſtrepitum minime excitatus, pulſante eum cubito Silua vix expergefieri potuerit, tandem depulſo ſomno, vbi ſe captum, et patrem adeſſe cognouit, ſe mortuum inclamans, etiam adſtantes, vt ſe interficerent lamentabili eiulatione rogauit, cui Philippus, atqui non vt te occidam, inquit, huc veni, ſed vt paterna caſtigatione ad meliorem frugem reducam, ſtatimque eum graui oratione increpitum ſurgere iubet, amotoque omni aſſueto famulitio cuſtodes ei apponit, qui veſtem lugubrem miſero circumponunt, addito nigro pileo et aulaeis ac lecto principali magnificentia ſtrato mox detractis ex omni regia ſupellectile curule grabatum cum culcitra reliquum fecerunt. Ille omni ope deſtitutus ex deſperatione in furorem vertitur; et cum a paucis cuſtodiretur, accenſo tunc luculento igne ob aſperam hiemem in prunas ſe cernuum miſit, vnde vix ambuſta veſte, et tunica linea interiore, nec illaeſo omnino corpore a cu-

cuſtodibus retrahi potuit, cum haec non ſucceſſiſſent, aliâ ſibi mortem via conſciſcere aggreditur, biduo ſine potu exacto, tertio die tanta ſe frigida ingurgitauit, vt parum abfuerit, quin medius rumperetur, rurſus fame per aliquot dierum media collecta paſtillis carne coctu difficili fartis tam copioſe ventrem ſaburrauit, vt pene ſit ſuffocatus, haec vt ex ore ipſius Foxii accepi. Addit Petrus Iuſtinianus patricius Venetus Adamante in os iniecto Carolum ſtrangulare ſeſe conatum, ſed a cuſtodibus mature ſuccurrentibus impeditum fuiſſe, igitur pater vbi vidit ſic ingenium filii eſſe, vt nec ratione, aut caſtigatione vlla ſanari poſſet, re rurſus cum S. Inquiſitionis officio communicata (f), *aequum iudicauit, priusquam ille ſibi ipſi deteſtando parricidio manus afferret, ei tanquam reo damnato, vim a legitimo magiſtratu afferri, quod vt regii nominis maieſtati conſuleretur, clam factum propinato in iuſculo veneno* (g); *quo ſumpto paucis poſt horis*

(f) L'ABBE' DE ST. REAL p. 199. *Il ne douta pas qu'avec ces favorables diſpoſitions et les preuves qu'il avoit des intelligences de ſon fils, il ne put, s'il vouloit le ſacrifier impunement à ſa vengeance. Dans cette confiance il mit entre les mains du Cardinal Spinoſa, tous les originaux, qu'il avoit trouvé chez Dom Carlos excepté les lettres de la Reine. Il etablit les inquiſiteurs Juges ſouverains entre ſon fils et lui. et il proteſta d'en paſſer par leur avis. Il ſçauoit que la colere de ces ſortes de gens ne meurt pas, et qu' il trouveroit leur reſentiment contre le Prince auſſi violent, apres pluſieurs années d'intervalle depuis leur demelé, que s'il n'y eut eu que huit iours.*

(g) THVANVS lib. CXX. p. 792. *inter clades et recenſeri debet mors Caroli filii, quem ex Maria Luſitana ſuſtulerat, ob ſuſpiciones de turbidis cum Belgii Proceribus atque adeo cum noſtrate Colinio conſiliis conceptus, per venenum vt creditur accelerata.* Aliud tamen mortis genus refert L'ABBE' DE S. REAL p. 205. *Durant quelque tems, il mêla dans tout ce qu'il prenoit une poiſon lent qui devoit bientot lui cauſer une langueur mortelle. On en repondit ſur ſes*

ris viribus linquentibus defecit, cum XXIII. annum attigiſſet. Ante mortem filii Philippus ad Pontificem literas dederat, propria manu ſcriptas XII. Kal. Febr. quibus de ſuo erga ipſum obſequio multa praefatus, eum de filio in carcerem ob iuſtas cauſas coniecto, certiorem faciebat, et nihil quod in aequo ac prudente patre ac principe merito deſiderari poſſet, omiſſurum ſe in hoc negotio confirmabat. Vtili menſe mortuum eum, alii VIIbri ſcripſerunt; maturius credo, et ita ex Ludouico Foxio accepi, ſed aliquot menſes famam rei ſuppreſſam, quae poſt partam ad Gemingam ab Albano victoriam, de qua poſtea dicemus, tandem euulgata ſit; Dein menſibus aliquot elapſis Eliſabetha vxor cum praegnans eſſet, et XXIII. annum ageret priuignum ſecuta eſt, non ſine ſuſpicione veneni (h), *rumore euulgato, virum familiarem nimium ipſius cum filio conſuetudinem ſecus quam oportuit interpretatum eſſe, ingens tamen, nec ſimulatus in aula, totaque adeo Hiſpania luctus facile contrarium euicit, cum et rex dilectiſſimam ſibi coniugem ereptam, et populi firmiſſimum pacis*

ſes habits, ſur ſon linge et generalement ſur tout ce qu'il pouvoit toucher. Mais ſoit que la jeuneſſe, et ſa bonne conſtitution fuſſent plus fortes que le venin, ou que les perſonnes qui prenoient interet en ſa vie, l'obligeaſſent d'uſer de preſervatifs, cette voye ne reuſſit pas. Il fallut s'expliquer plus clairement, et le malheureux Prince apprit, qu'il pouvoit choiſir le genre de ſa mort. Poſtquam venarum inciſionem pro mortis genere ſe legiſſet, addit L'ABBE' DE S. REAL p. 207. *Dom Carlos ſe mit au bain, et s'etant fait ouvrir les veines des bras et des jambes, il commanda, que tout le monde ſortir. Puis prenant dans ſa main un Portrait, de la Reine en mignature, qui portoit toujours pendu au col, et qui avoit été la premiere occaſion de ſon amour, il demeura les yeux attachez ſur cette fatale peinture, jusqu'à ce, que les friſſons glacez du trêpas le ſurprirent dans cette contemplation, et que ſon ame genereuſe et elevée etant deia ſortie avec ſon ſang et ſes eſprits il perdit inſenſiblement la vüe et puis la vie.*

(h) Prout L'ABBE' DE S. REAL p. 211. ad longum refert.

pacis vinculum morte reginae, quam propterea Irenam vocabant, ſolutum dolerent. Hoc inſolitae ſeueritatis, et vt multi addebant, immanitatis paternae exemplo, cum late de ſe terrorem cunctis ſuae ditionis populis iniecit, Philippus, tum maxime Belgis, quippe apertae ſeditionis ſibi conſciis, nullamque veniae ſpem in eo collocantibus, qui proprio filio non pepercisſet, quo nomine magnopere laudatus eſt a Pio V. itaque ad extrema Conſilia proceres obnoxii populi ex neceſſitate deſcendere, et eo magis quod ab eodem S. Inquiſitionis officio de cauſa ſua pari, qua in principem ſeueritate pronuntiatum, inaudiuerant. Hoc fatum erat Caroli principis, licet etiam Ioannes Auſtriacus, ipſi maxime infenſus illud plurimum promouiſſe, eundemque apud patrem maxime detuliſſe videatur (i). Guilielmus vero

(i) Teſtatur de eo ROBERTVS IONSTHONVS *Rer. Britann.* lib. VIII. p. 252. vbi de Philippo II. *Adeo diſtrictae et inexorabilis vindictae fuit, vt vltio aduerſus Carolum filium ſuum et haeredem gloriae eruperit. Cuius haec verior narratio fuit, Philippus aduerſam de filio famam accepit, tanquam terminos obſequii et officium filii egrederetur. Erat certe iuuenis elatione animi inſignis; cuncta ex libidine ſua agebat, et cenſuram patris ferre non poterat. Philippus ipſe offendebatur, interdum concurſu Procerum ad eum et praegrauem ſucceſſorem rebatur. Incautus iuuenis Ioannem Auſtriacum Caroli Caeſaris ex pellice filium, perplexis ſermonibus tentauit; an ſibi, in diſcrimine aduerſus quemcunque oppitulaturus foret. Aduerſus omnes mortales, excepto patre, reſpondit. Neminem inquit Carolus excipies in propenſione voluntatis tuae erga me. Quo ſermone bellum aduerſus patrem cogitauiſſe, detulit Auſtriacus. Occulta ſuſpicione incenſus pater, cui obſtinata ſeueritas, et inuitus aduerſus gratiam animus, filium aſſeruari iubet, et apud proceres, cum caetera inſectatione vitae, inuidioſiſſime incuſat occidendi ſui conſilium iniiſſe. Hoſtes Regni, Angliae et Daniae Reges Auraſionenſem et Collinium ab eo occultis nuntiis cultos, atque eorum fiducia aduerſus patrem in nefariam ſpem Regni veniſſe. Mox inuidia criminis et externae gratiae oneratum, interr-*

vero Arauſionenſis Princeps in Apologia ſua putat, hanc cauſam potius per Hiſpaniae ordines, quam per duos treſue Inquiſitores debuiſſe iudicari (k).

§. XXIV.

terficere conſtituit, vt proditorem patris et Regni; poſcitque ſupplicium; reſiſtere proceres, vt humaniore cogitatione imbueretur. Proinde anxius conſilium acerbiſſimae Inquiſitionis, in tali caſu conſcientiae vnicum remedium accerſiri iubet: Parricidium Caroli, et ſcelus concupidae dominationis iterum accuſat. Iudices inquiſitionis reſpondent, populi ſalutem cunctis affectibus flagrantiorem, quia ſtatum Regni conatus eſt conuellere, reum rerum capitalium et extrema meritum. Laetus tali occaſione Philippus Inquiſitionis iudicibus a ſe digredientibus Mandata dedit, de filio occidendo, qui non grauate executi ſunt. Intromiſſi quatuor talium facinorum Miniſtri, fauces et ſpiritum Caroli principis intercluſerunt, conquerentis crudelitatem patris, et iniquitatem acerbiſſimae inquiſitionis. Philippus ſtupida vanitate ſibi innocentior videbatur, quia ſubtraxit oculos, et iuſſit, nefarium ſcelus non ſpectauit. Atrocitas horridae ac triſtis huius ſeueritatis totam Europam peruaſit, et quamuis Deus diuturniorem impunitatem conceſſit, tamen in exitu vitae, nouam et inſolitam poenam inflixit; ne ſaeuirent poſtea principes in ſuum ſanguinem. FAMIANVS STRADA P. I. lib. VII. p. 313. quoque integrum negotium deſcribit. Breuiter hanc mortem narrat FRANC. HAR. *Annal. Tumult. Belg.* Tom. III. p. 102. PETR. MATTH. *Hiſtoire de Henry* IV. lib. I. Narrat. 4. n. 13. p. 227. de hac morte ſic iudicat: *Ainſi l'Aſtre que les plus grands d'Eſpagne commençoient deſia d'admirer, s'eclipſa en l'orient de ſon age et de ſes eſperences au grand aſtronuement de toute l'Europe. le Roy d'Eſpagne aime mieux perdre ce qu'il avoit de plus cher au monde que de voir ſes Eſtats troublez. C'eſt choſe non ouye qu'un Prince prefere la Republique a la vie d'un Fils, et Fils de cet age et vnique.*

(k) Sic enim PETR. MATTHIEV c. l. *Le prince d'Orange en ſon Apologie dit, qu'eſtant ce Prince leur ſeigneur et maiſtre preſomptif, c'eſtoit a eux a le juger pluſtot qu'a trois ou quatre inquiſiteur,*

§. XXIV.

In Sicambrorum Regno antiquo Buſanus ex dilectisſima coniuge ſua filium habebat Sedanum. Hic cum in adulterio cum vilioris hominis coniuge fuiſſet deprehenſus, ad mortem condemnabatur. Licet autem ipſius Miniſtri multis lacrymis pro Sedano intercederent, ipſis tamen grauibus hiſce verbis reſpondit: *Nolite, o viri nobiles, ac charisſimi amici, contra iuſtitiam militare, et Leges quas mature vobis conſentientibus decreui: Nemo poteſt hanc manum iuſtitiae vindicem abſtinere, quin exequatur, quod iuſtum: Facilius enim eſt ventum in aere flantem manu conſtringere, quam Buſani Regis mentem ab aequitatis executione et lege, quam tulit, deflectere.* Accedas igitur Fili mi, Sedane, optime noui, quod natura abhorreat ſaeuitiam et cor mihi palpitet te videre ſub meo ſceptro. Exhorreſco in proprio ſanguine manus maculare meas. Non ſum ego, fili mi, ſed iuſtisſima lex patriae, quae dum ſciens illam es praeuaricatus, te interficit (l).

§. XXV.

In Galliae Regno Pipinus occurrit, dictus gibboſus, filius Caroli M. naturalis ex Himiltrude concubina progenitus, propter Faſtradam Reginam, cuius crudelitatem ſe ferre non poſſe Franci dicebant, cum aliis A. DCCXCII. nouam formauit conſpirationem, vt ipſum cum filiis interficeret, et regnum ſuſciperet (m), detecta tamen per Ar-

teur, ſi le Roy ſon pere pouvoit avoir contre lui cauſe digne de mort. PETR. MATTH. vero *Hiſt. Henric.* IV. lib. I. Narrat. II. n. 13. f. 125. de hoc iudicio ſic iudicat. *Quelle gehenne il fit a ſon ame pour rompre ſes invincibles liens de l'affection paternelle quoy qu'il face il eſt toujours pere, il ſe ſent condemné a la ſentence de ſon fils.*

(l) Verba ſunt TRITHEMII *de orig. Gent. Francorum* p. 65.

(m) *Chron. Moiſſiacenſe* ad annum 792. *in ipſo anno inuentum eſt con-*

Ardulphum Longobardum fuit coniuratio, qui ob meritum fidei ſeruatae Monaſterio S. Dionyſii fuit donatus (n). Pipinus ſecundum placitum Ratisbonenſe in Monaſterium Prumienſe fuit detruſus (o), reliqui coniurationis auctores, partim gladio caeſi, partim ſuſpenſi fuerunt (p).

§. XXVI.

In eodem Francorum Regno patriae ſeueritatis exemplum praebuit Clotharius I. Hic ex Chunſena genuit Chramnum filium (q), quem A. DLV, in Aruernos miſerat (r), vt eosdem regeret, apud quos tamen multa ſine ratione gesſit, nullum enim hominem diligebat, a quo conſilium bonum vtileque posſit accipere, niſi collectis vilibus perſonis aetate iuuenili fluctuantibus, eosdem tantummodo diligebat, ita, vt filias ſenatorum iisdem videntibus tradi iuberet. Cautinum Epiſcopum aliosque dignitate inſignes iniuriis adficiebat, multaque mala peragebat. Licet enim iſte ſecum haberet virum magnificum et in omni bonitate perſpicuum ciuem Aruernum Aſciuindum nomine, qui eum vi ab hac malitia quaerebat auertere, ſed non poterat. Habebat enim et Leonem Pi-

conſilium peſſimum, quod Pipinus, filius regis ex concubina Himiltrude matre genitus contra Regis vitam ſeu filiorum eius, qui ex legitima geniti ſunt, qui voluerat Regem et ipſos occidere et ipſe pro eo quaſi Abimelec in diebus iudicum Iſrael regnare. ANNALES LAMBECIANI a. XXIV. LOISELIANI ad 792. *Chron. Reg. S. Pantaleonis* ad a. 792.

(n) *Ann. Lauriſhamenſes* ad a. 792.

(o) *Chron. Moiſſiacenſe* ad a. 792. EGINHARDVS c. l. *Annaliſta Saxo* ad a. 811.

(p) *Ann. Lauriſhamenſes, Annaliſta Saxo* ad a. 792.

(q) GREGOR. TVRON. lib. IV. c. III.

(r) GREG. TVRON. lib. III. c. IX.

ctauenſem ad omnia mala perpetranda grauem ſtimulum, qui tanquam Leo erat in omni cupiditate ſaeuisſimus (s). Chramnus autem ab Aruerno regreſſus ad Pictauus ciuitatem venit. Vbi cum in magna potentia reſideret, ſeductus per malorum conſilium ad Childebertum patruum ſuum tranſire cupit, patri inſidias parare diſponens. Tunc per occultos nuntios inter ſe coniurati contra Clotharium vnanimiter conſpirant. Chramnus vero hoc foedere inito Lemouicinum rediit, illasque terras in ſuam poteſtatem redegit. Clotharius vero duos filios Charibertum et Guntramnum contra ipſum dirigit, qui ad ipſum, Lemonioini ſedentem, mittentes legationem, vt res paternas, quas male peruaſerat, reddere deberet, vel cum ipſis proelio decertaret. Cumque moto vtrinque exercitu, cum magno armorum adparatu, ad bellum conueniſſent, ſubito exorta tempeſtas cum graui coruſcatione et tonitribus illos a pugna inhibuit. Redeuntes ad caſtra Chramnus per extraneam perſonam patris mortem fratribus pronuntiat, qui ideo ſumma cum velocitate in Burgundiam redierunt. Chramnus vero cum exercitu eosdem inſecutus ad ciuitatem Cabillonenſem vsque peruenit, eamque obſidens adquiſiuit. Exinde vsque ad Diuionenſe caſtrum pertendit; ſed intrare ipſi non fuit permisſum (t), Chramnus vero accepta Wilicharii Aquitaniae Ducis filia Chalda Pariſios accedens ſecum Childebertum regem conſtringit in fide atque charitate, iurans ſe patri fore certisſimum inimicum. Childebertus autem Rex, dum frater ipſius Clotharius contra Saxones decertaret Campaniam Rhenenſem accedit, et vsque Rhenos ciuitatem properans, cuncta praedis atque incendio deuaſtat (u).

tem

(s) GREG. TVRON. lib. IV. c. XVI.
(t) GREG. TVRON. lib. IV. c. XVI.
(u) GREG. TVRON. lib. IV. c. XVII.

Poſtquam vero Childebertus Pariſiis A. DLVIII. fuiſſet defunctus eiusdemque regnum atque theſauros Clotharius frater acciperet, Chramnus patri ſe praeſentabat, ſed iterum infidelis extitit, cumque ſe cerneret euadere non poſſe, Britanniam petiit, ibique cum Chonobro Britannorum Comite, ipſe et vxor eius et filiae latuerunt, Clotharius autem contra filium Chramnum frendens exercitum aduerſus eum A. DLX. in Britanniam dirigit, ſed nec ille contra patrem egredi timuit. Cumque in uno campo conglobatus vterque reſideret exercitus, et Chramnus cum Brittannis contra patrem aciem inſtruxiſſet, incumbente nocte a bello eſt ceſſatum. Mane factus eſt conflictus. Primo Brittannorum exercitus terga vertit, ibidemque cecidit. Denique Chramnus fugam iniit naues in mari habens paratas: Sed dum vxorem et filias ſuas liberare vellet, ab exercitu patris fuit oppreſſus, captus atque ligatus. Quod cum Clothario Regi fuiſſet nuntiatum, iuſſit eum cum uxore et filiabus igni conſumi. Incluſi itaque in tugurio cuiusdam pauperculi, Chramnus ſuper ſcamnum extenſus orario ſuggillatus eſt, et ſic poſtea ſuper eos incenſa caſula, cum uxore et filiis interiit (x). Licet autem Chramnus ob rebellionem contra patrem motam debitas etiam capitis poenas promeruerit, ſaeuitiae tamen paternae in eo, quod iſtum cum omni familia flammis exuſſerit, exhibuit exemplum.

XXVII.

Ex recentiori Galliae hiſtoria Ludouicus XIV. in nepotem ſuum Carolum Bituricenſem Ducem hanc exercuit poteſtatem. Scriptores vitae Ludouici de eo tacent. Au-

(x) GREG. TVRON. c. XX. P. DANIEL *Hiſt. de France* Tome I. p. 144.

&or vero *des monathlichen Staats-Spiegels* hoc negotium tali ratione deſcribit: *(Frankreich) Der Herzog von Berry dritter Sohn des Dauphins, iſt neulich bey Ihro Majeſt. dem Könige in Vngnade gefallen, und mit Ankündigung des Arreſts ihme eine Wache an die Thür geſetzet worden, weil er auf der Jagd wider das Verboth ſeines Hofmeiſters etliche Schüſſe in die Gegend gethan, wo der Herzog von Burgund ſein Bruder geweſen, ſo daſs man ihm die Flinte nehmen müſſen. Man hat nicht vernommen, ob dieſe Königl. Herren Gebrüdere vorhin einigen Wiederwillen gegen einander gehabt, folglich, daſs ſolches aus ſtrafbarer* intention *geſchehen, einiger Verdacht geweſen; die Schärfe der Züchtigung aber, indem man den Herzog währenden Arreſt nur gewiſſe ſchlechte Speiſen zu eſſen, und Waſſer zu trinken gegeben, ſolte einem faſt dergleichen Gedancken machen, geſtalten ſonſt einem iungen tapfern Prinzen nicht ſo gar übel genommen zu werden pfleget, wenn er ſich auf der Jagd, auch wider den Willen ſeines Hofmeiſters hizig erweiſet. Die Ausſöhnung des Herzogs iſt nach einigen Tagen, und zwar auf interceſſion der Herzogin von Burgundien, welche einen Fuſsfall vor dem Könige deſshalben gethan, geſchehen, und der Prinz zum Handkuſs bey dem Könige, doch nicht ohne vorhergehenden ſcharfen Verweiſs, gelaſſen. Damit nun hochgedachter Königliche Prinz hinkünftig deſto eher in den Schranken der Gebühr verbleibe, haben Ihro Königl. Majeſt. denſelben in den Orden des Heil. Geiſtes eingekleidet.*

§. XXVIII.

Progredimur nunc ad Anglorum Regnum. An. MLXXVII. Robertus Courtagoſa primogenitus filius Guilielmi Conqueſtoris, eo quod pater Normanniam, quam ipſi ante aduentum ſuum in Angliam coram Philippo Francorum Rege dederat poſſidere, non concederet, in Franciam abiit, et auxilio Philippi Regis in Normannia magnum

gnam frequenter praedam agebat, villas comburebat, homines perimebat, et patri multam moleſtiam inferebat. Pater ergo Ann. MXXIX. pugnam cum filio iniit ante Caſtellum Gerberay, qui a filio vulneratus in brachio, et ab equo fuit deiectus, filio maledixit (y). Hic vero dum illum per vocem cognoviſſet, feſtinus ab equo deſcendit eundemque filio praeſentauit, qui ipſum illaeſum abire permiſit. Pater autem filii bonitatem cognoſcens miſſis ipſi nuntiis eum ad ſe revocavit, paternae pietatis viſcera ipſi pandens, qui inſimul cum eo fuerunt reuerſi, et ſemper in poſterum filius patri fideliter militauit (z). Dictam vero maledictionem filius in carcere moriens, & nullum haeredem relinquens euidenter incurrit (a).

§. XXIX.

Henrici II. R. A. filius primogenitus eiuſdem nominis A. MCLXXIII. ex pravorum conſilio animum ſuum a patre divertit, atque ad ſocerum ſuum Regem Francorum ſeceſſit. Quo facto, Richardus Dux Aquitaniae et Gaufridus Comes Britanniae conſilia matris ſuae Eleonorae Reginae, fratrem potius elegerunt ſequi, quam patrem. Fiunt undique coniurationes, fiunt rapinae et incendia, filii patrem ad mortem uſque perſequuntur (b) adminiculantibns Ludouico Gallorum Rege & Flandrenſium comite

(y) SIMON DVNELM. *de geſtis Anglorum* ad a. 1077. RADVLPHVS de DICETO ad a. 1079. MATTH. PARISIENS. ad a. 1077.

(z) SIMON DVNELM. ad a. 1079. RADVLPHVS de DICETO ad a. 1079. HENRIC. KNYGTHON. *de euent. Angl.* lib. II. p. 2351. LARREY Tom. I. p. 2777.

(a) RADVLPHVS de DICETO ad a. 1079. IO. BROMPTON. *Chron.* ad a. 1077.

(b) MATTH. PARIS. ad a. 1173.

te (c). Hi vero ſumtuum pertaeſi, quos pro Rege Anglorum Iuuene impenderant, et damna ſibi ac ſuis illata, et interfectiones ad memoriam reuocantes, filios Regis, quos paternam maledictionem, odium cleri, populorum imprecationem nouerant incurriſſe, ut ad patris gratiam redire poſſent, ſummopere ſatagebant. Rex Angliae igitur per internuntios omnes aduerſarios ſuos ad poenitentiam reuocatos intelligens ipſos apud Coenomanniam ad ſuum venire colloquium procurauit, ubi a Ganfrido primitus et Richardo filiis ſuis homagium et fidelitatem accepit. Poſt dies autem paucos apud Burum in Normannia venit ad eum Rex Filius eius cum Archiepiſcopo Rothomagenſi et aliis Epiſcopis et Baronibus multis, et cum multa lacrymarum effuſione ad pedes patris proſtratus, miſericordiam precabatur. Rex autem formam induens patrisfamilias redeunte filio ſuo prodigo, motus pietate ſuper filio, quem totis viſceribus diligebat, intelligens eum ex corde loqui, iram, et omnem ei indignationem remiſit atque eius homagium, addito iuramento, ſuſcepit. Omnibus igitur bene pacificatis, et oſculis undique ex corde collatis, Rex pater milites nongentos et ſexaginta novem, quos tempore belli ceperat, ſine redemtione a vinculis ſolvit, paucos vero, quorum facinus enorme principem manſuetiſſimum ad iracundiam prouocauerat, arctiori cuſtodia tradidit mancipandos. Rex filius, eodem modo milites, quos iure belli ceperat, quorum numerus ad centum, et eo amplius excreverat, ſine pecunia relaxavit. Tunc Rex pater litteras in omnes fines ſuae dominationis formam huius pacis continentes direxit, ut omnes, quos generale diſcrimen belli afflixerat communis laetitia recrearet. Continebant inſuper literae, quod omnia caſtella,

(c) Hoc deſcribit MATTH. PARIS. ad a. 1173.

ſtellá, quae munita fuerant, tempore belli contra ipſum ad illum redigerentur ſtatum, in quo erant, quando guerra incepit (d): RADVLPHVS DE DICETO (e) hac de re ſic loquitur: *Henricus Rex filius Regis abiens in Conſilio impiorum animum ſuum auertit a patre, et ab Argentonico noctu recedens, domeſticis patris ſui, qui ei neceſſaria miniſtrabant, ignorantibus ad Socerum ſuum Ludouicum Regem Francorum, tranſitu habito per Mauritaniam, Caſtrum ſcilicet Comitis Perticenſis, Seceſſit X. Kal. April. Ipſa nocte pater ſuus dormiens apud Alentium cum ſubito expergefactus transfugium filii cognouiſſet, pauciſſimis ſecum aſſumtis, equum aſcendit, et tranſitum habens per Marchiam ſuam et Caſtellorum cuſtodes praemonens equis ſaepe mutatis ſub ipſo diei crepuſculo venit Giſortium, quod filio ſuo regi Ludouicus Rex Francorum cum Filia ſua Margaretha nomine dotis contulerat. Richardus Dux Aquitaniae, Ganfridus Dux Britanniae, iuniores filii Regis, conſilio matris ſuae Reginae, ſcilicet Alienor ſicut dicitur fratrem potius elegerunt ſequi quam patrem. Fiunt undique coniurationes, fiunt rapinae, fiunt incendia. Et ut a tempore ſumamus auſpicium, eo tempore ſumſit arma filius contra patrem, quo quibuslibet locis ob reuerentiam Dominicae paſſionis arma chriſtiani deponunt. Diſſenſio talis exitu felici claudi non poteſt, quoniam ſi liber Judicum, ſi liber Regum, ſi liber Eſaiae prophetae, diligentius euoluatur in exterminio filiorum inſurgentium in parentes a parricidio poteris quoslibet abſtergere.* Inde plura recenſet, *quod filii contra parentes arma capientes debitas poenas luerint* (f).

§. XXX.

Denuo contra Henricum II. patrem arma capiebat Hen-

(d) Verba ſunt MATTHAEI PARISIENSIS.

(e) Imagin. hiſt. ad a. 1175. LARREY p. 395.

(f) Adde IO. BROMPTONI *Chron. p. 1085.* LARREY *hiſtoire d'Angleterre T. I. p. 388.*

Henricus iunior, de quo audiamus IO. BROMPTONVM (g) ita loquentem: *Anno Domini* MCLXXXIII. *Henricus Rex Angliae iunior immaturata morte deceſſit: plane inmaturata ſi aetatem reſpicias, ſed multum ſera ſi actus attendas, quia non tantum praevaricator naturae extitit, vt prius dictum eſt, ſed etiam ſolemnium pactorum transgreſſor. Rebellauit enim iterum contra patrem, cuius rebellionis cauſa fuit haec. Idem enim pater in adminiſtrando Ducatu Aquitaniae vices ſuas Ricardo filio ſuo commiſerat, et Ganfrido filio ſuo Britanniam transmarinam tradiderat; Vnde idem Henricus Rex iunior indignatus, quod pater Ricardum filium ſuum Aquitaniae praefeciſſet, iuncto ſibi Ganfrido fratre ſuo et quibusdam proceribus Aquitannicis, patrem motibus bellicis laceſſiuit. Pater vero cum rebelles filios blandis delinire mandatis non poſſet, improbis coram auſibus obuiaturus, fines Aquitannicos cum exercitu ingreſſus eſt, moxque Dei iudicio Henricus Rex iunior febre correptus; decidit in grabato. Cumque ingraveſcente morbo deſperaretur a Medicis, tandem Conſultus ad patrem miſit exceſſum ſuum humiliter confitens extremam gratiam a paterna pietate depoſcebat, ut ipſum in extremis languentem viſitare dignaretur. Quibus auditis, paterna viſcera ſuper filio commota ſunt; ſed allegantibus amicis, non eſſe tutum nequiſſimis conſpiratoribus, qui circa filium erant, ſe credere, ad filium non perrexit, ſed pro ſigno clementiae, et indultae veniae notum illi annulum mittens, ei omnia condonavit. Qui illum acceptum deoſculans, aſſiſtente Burdegalenſi Epiſcopo extremum illico clauſit diem, qui ex praecepto patris apud Rothomagum honorifice ſepelitur. Et quia ipſe per ſe ſolus non regnauit, ideo inter Reges non eſt computatus.* Aliter tamen rem narrat MATHAEVS PARISIENSIS (h); *Circa dies iſtos Rex Henricus diligentem operam impendit, ut filii eius, Gaufridus, de Britannia,*

(g) *Chron. p.* 1143

(h) *Ad a.* 1183.

nia, et Richardus de Ducatu Aquitaniae homagium facerent filio ſuo primogenito Regi Henrico. Quod quidem pater petiit; Gaufridus de Comitatu Britanniae gratanter complevit. Richardus vero cum rogatus a patre id ipſum facere debuiſſet ira incanduit vehementi: incongruum eſſe dicens, cum eodem patre et ex eadem matre ducerent originem; ſi patre viuente fratrem primogenitum aliqua ſubiectionis ſpecie ſuperiorem agnoſcerent; Sed ſicut fratri primogenito bona debentur paterna, ſic in bonis maternis Richardus ſucceſſionem legitimam vendicabat. Hæc audiens Rex pater iracundiae calore ſuccenſus, adverſus Richardum dura propoſuit, et ut Rex iunior ad edomandam fratris ſuperbiam totus inſurgeret, conſtanter induxit. Habitis inter ſe colloquiis frequenter, cum nulla ſpes de pace haberetur, Rex iuuenis undique copioſum congregauit exercitum, et dum congredi cum fratre ſuo decreviſſet, procisa eſt, velut a texente, vita eius, qui ſpem multorum deficiens praeuidit, ſiquidem in flore iuuentutis ſuae cum annum aetatis vigeſimum octavum compleviſſet intra Gaſconium in illo tractu terrae, quae Torroinna dicitur apud caſtellum Martel, in feſto Sancti Barnabae Apoſtoli, Rex iunior e medio eſt ſubtractus. Corpus antea in lineis veſtibus, quas habuit in conſecratione ſacro chriſmate delibutas, regaliter inuolutum, apud Rothomagum delatum eſt, et in Eccleſia cathedrali prope maius altare cum honore tanto principe congruo tumulatur. LARREY (i) tamen Radulphum de Diceto ſequitur.

§. XXXI.

Recentius exemplum occurrit in Henrico IIX. Anglorum Rege, qui filium ſuum primogenitum et chariſſimum Eduardum VI. Principem Walliae pro eo, quod quaedam verba groſſa cuidam Miniſtro dixerat, ab hoſpitio ſuo, fere per dimidium anni amouit, nec ipſum filium ſuum

(i) *Hiſt. d'Angleterre Tom. I. p. 399.*

Henricus iunior, de quo audiamus IO. BROMPTONVM (g) ita loquentem: *Anno Domini* MCLXXXIII. *Henricus Rex Angliae iunior immaturata morte deceſſit: plane inmaturata ſi aetatem reſpicias, ſed multum ſera ſi actus attendas, quia non tantum praevaricator naturae extitit, vt prius dictum eſt, ſed etiam ſolemnium pactorum transgreſſor. Rebellauit enim iterum contra patrem, cuius rebellionis cauſa fuit haec. Idem enim pater in adminiſtrando Ducatu Aquitaniae vices ſuas Ricardo filio ſuo commiſerat, et Ganfrido filio ſuo Britanniam transmarinam tradiderat; Vnde idem Henricus Rex iunior indignatus, quod pater Ricardum filium ſuum Aquitaniae praefeciſſet, iuncto ſibi Ganfrido fratre ſuo et quibusdam proceribus Aquitannicis, patrem motibus bellicis laceſſiuit. Pater vero cum rebelles filios blandis delinire mandatis non poſſet, improbis coram auſibus obuiaturus, fines Aquitannicos cum exercitu ingreſſus eſt, moxque Dei iudicio Henricus Rex iunior febre correptus; decidit in grabato. Cumque ingraveſcente morbo deſperaretur a Medicis, tandem Conſultus ad patrem miſit exceſſum ſuum humiliter confitens extremam gratiam a paterna pietate deposcebat, ut ipſum in extremis languentem viſitare dignaretur. Quibus auditis, paterna viſcera ſuper filio commota ſunt; ſed allegantibus amicis, non eſſe tutum nequiſſimis conſpiratoribus, qui circa filium erant, ſe credere, ad filium non perrexit, ſed pro ſigno clementiae, et indultae veniae notum illi annulum mittens, ei omnia condonavit. Qui illum acceptum deoſculans, aſſiſtente Burdegalenſi Episcopo extremum illico clauſit diem, qui ex praecepto patris apud Rothomagum honorifice ſepelitur. Et quia ipſe per ſe ſolus non regnauit, ideo inter Reges non eſt computatus.* Aliter tamen rem narrat MATHAEVS PARISIENSIS (h); *Circa dies iſtos Rex Henricus diligentem operam impendit, ut filii eius, Gaufridus, de Britannia,*

(g) *Chron. p.* 1143

(h) *Ad a.* 1183.

nia, et Richardus de Ducatu Aquitaniae homagium facerent filio ſuo primogenito Regi Henrico. Quod quidem pater petiit; Gaufridus de Comitatu Britanniae gratanter complevit. Richardus vero cum rogatus a patre id ipſum facere debuiſſet ira incanduit vehementi: incongruum eſſe dicens, cum eodem patre et ex eadem matre ducerent originem; ſi patre viuente fratrem primogenitum aliqua ſubiectionis ſpecie ſuperiorem agnoſcerent; Sed ſicut fratri primogenito bona debentur paterna, ſic in bonis maternis Richardus ſucceſſionem legitimam vendicabat. Haec audiens Rex pater iracundiae calore ſuccenſus, adverſus Richardum dura propoſuit, et ut Rex iunior ad edomandam fratris ſuperbiam totus inſurgeret, conſtanter induxit. Habitis inter ſe colloquiis frequenter, cum nulla ſpes de pace haberetur, Rex iuuenis undique copioſum congregauit exercitum, et dum congredi cum fratre ſuo decreviſſet, procisa eſt, velut a texente, vita eius, qui ſpem multorum deficiens praeuidit, ſiquidem in flore iuuentutis ſuae cum annum aetatis vigeſimum octavum compleviſſet intra Gaſconium in illo tractu terrae, quae Torroinna dicitur apud caſtellum Martel, in feſto Sancti Barnabae Apoſtoli, Rex iunior e medio eſt ſubtractus. Corpus antea in linteis veſtibus, quas habuit in conſecratione ſacro chriſmate delibutas, regaliter inuolutum, apud Rothomagum delatum eſt, et in Eccleſia cathedrali prope maius altare cum honore tanto principe congruo tumulatur. LARREY (i) tamen Radulphum de Diceto ſequitur.

§. XXXI.

Recentius exemplum occurrit in Henrico IIX. Anglorum Rege, qui filium ſuum primogenitum et chariſſimum Eduardum VI. Principem Walliae pro eo, quod quaedam verba groſſa cuidam Miniſtro dixerat, ab hoſpitio ſuo, fere per dimidium anni amouit, nec ipſum filium ſuum

 in

(i) *Hiſt. d'Angleterre Tom. I. p. 399.*

in conſpectum ſuum venire permiſit, quosque dicto Miniſtro de dicta transgresſione ſatisfaceret.

§. XXXII.

Nouum in eadem Angliae hiſtoria occurrit exemplum. Georgius Auguſtus hodiernus M. Britanniae Rex potentisſimus, tunc Valliae princeps d. XIII. Nouembr. MDCCXVII. ex Guilelmina Carola coniuge filium ſubtulerat, qui d. IX. Decembr. nocturno tempore inter horam nonam atque decimam baptismo fuit oblatus, Georgi Guilielmi nomen adeptus. Suſceptores erant ipſe Rex Georgius Dux de Newcaſtle magnus Regis Camerarius et Duciſſa, DES. ALBANS (k) qui ab ipſo Rege ad huncce honorem erant deſtinati; Dum vero princeps Eboracenſem Ducem maluiſſet atque Dux de Newcaſtle ipſi minus placeret, idemque ipſi verbis parum gratioſis ſignificaſſet, qui illud Regi indicaſſet, hoc iſti non ſolum diſplicebat, ſed etiam habito concilio ſecretiori, Walliae principi per Camerarium Cook mandari fecit, ne e conclaue ſuo, vsque dum Rex aliud mandaſſet, egrediatur, nec cum aliis quam domeſticis ſuis conuerſetur: Reſpondebat princeps datis ad Auguſtisſimum parentem litteris, verbis obſequioſis deprecabatur, nec vindictam in dictum Ducem ſe exercere velle promittebat, nihilominus, dum alia etiam accederent, in gratiam Regis redire nondum poterat, qui ipſi potius mandabat, vt palatium S. Iames, quod inhabitabat, relinqueret, ita tamen vt ipſius Sereniſſimae coniugi in eodem manendi liberum eſſet, iuniores principes vero Regi relinquerentur. Parebat Princeps et Palatium Grandhami, inde Leiceſtriae comitis, ingrediebatur. Rex etiam vt

(k) *Electa iuris publ. Tom. XII. p. 281.*

vt vanos rumores euitaret, totum negotium per ſecretarium ſtatus legatis praeſentibus fecit indicari, adiectis litteris, quae tales ſunt (1): *Sa Majeſté aiant été informée qu' on fait courrir pluſieurs bruits la plus part mal fondez, de ce qui s'eſt paſſé dernierement dans la Famille Roiale, m'a ordonné de vous en envoiér la Relation ci incluſe. Auſſitot que le jeune Prince fut né, le Roi ſe fit informer de ce qu'on avoit accoutumé d'obſerver en pareil cas dans ce Roiaume, par raport à la Ceremonie du Batême: et aiant vû par les Regiſtres, que lorsque c'etoit un Garçon, et que le Roi en etoit le parrain, il avoit accoutumé de nommer pour ſecond parrain un des Principaux Seigneur de la Cour, et le plus ſouvent le Lord Chambellan. Il nomma pour cette fonction le Duc de Newcaſtel, qui eſt revetu de cette charge, nommant en meme tems pour Marraine la Ducheſſe de S. Albans, premiere Dame d'honneur de Madame la Princeſſe. Cependant ſon Alteſſe Roiale le Prince de Galles en conçût un tel chagrin, que jeudi dernier, apres la ſolemnité du Batême finie, ne ſe trouvant plus Maitre de ſon reſſentiment, il s'aprocha du Duc de Newcaſtel, et lui dit des iniures tres fortes, dans la ſuppoſition, qu'il avoit brigué cet honneur contre ſon gré: le Roi ſe trouvoit encore alors dans la chambre, mais il n'etoit pas à portée d'entendre ce que le Prince diſoit au Duc. Ce dernier s'etant vu obligé d'en informer le Roi, et le Prince aiant avoué la choſe aux Ducs de Kingston, de Kent, et de Roxbourg (qui ſa Majeſté lui envoia le lendemain a cette occaſion) ſa Majeſté lui fit ordonner par un ſecond Meſſage de ne pas ſortir de ſon apartement iusqu'a nouvel ordre. Samedi le Prince ecriuit une lettre au Roi, et le lendemain Dimanche un autre, mais ſa Majeſté ne les aiant pas trouvées ſatisfactoires, et aiant d'ailleurs des ſujets de mecontentement de diuerſes au-*

 tres

(1) Extant apud LAMBERTI Tom. X. pag. 159. ſqq. *Kern-Chronic* Dec. 1717. p. 383. *Electa iuris publ.* Tom. XII. n. XXXII. pag. 399. ſqq.

tres dimarches du Prince, lui fit dire hier apres midi, par ſon vice-chambellan Monſieur Cook, qu'il eut a ſortir du palais de St. James et a Madame la Princeſſe, qu'elle pouvoit reſter dans le palais autant qu'elle le jugeroit a propos: mais que pour les Princeſſes ſes Filles et le jeune Prince, le Roi vouloit qu'ils reſtaſſent aupres de lui dans le Palais; et qu'il ſeroit permis a Madame la Princeſſe de les voir auſſi ſouvent, qu'elle ſouhaiteroit. Cependant la Princeſſe ne voulant pas quitter le Prince ſon Epoux, ſe retira avec lui chez le Comte de Grantham, ſon grand chambellan dans la Maiſon du quel leurs Alteſſes Roiales ont couché la nuit paſſée. His communicatis cum Regni duodecim iudicibus, Rex proponi faciebat, an ipſi educatio iuniorum Principum competeret, qui illud etiam adfirmabant, eo quod Carolus II. fratris ſui Iacobi filias, Mariam atque Annam in Religione Euangelica educari fecerit, easdemque poſtmodum Principibus proteſtantibus in matrimonium collocauerit. Sic etiam Guilielmus III. Gloceſtriae Duci Baiulos atque informatores praefeciſſet (m). Dum vero potentiſſimus Boruſſorum Rex de Principis cum Rege conciliatione plurimum laboraret, atque varii Regis Miniſtri Comites de Sunderland et Stanhope vna cum ſecretario ſtatus Craggs de eodem varie inter ſe conferrent, tandem d. V. Maii MDCCXX. iſta conciliatio magno cum totius Britanniae gaudio fuit peracta, de quo Auctor (n) dictarum litterarum hiſtoricarum: *Le ſamedi 4. de ce mois au jour auquel on obſerua ſelon la contume la Fete de S. George ancien Patron du Royaume apres que Mylord Townſhend et M. Walpole eurent eté en conference auec le comte de Sunderland et de Stanhope, et que les deux derniers eurent fait leur rapport au Roi, le lord Lumley porta au Roi une lettre du Prin-*

(m) *Electa iuris publ. Tom. XII. p. 399. Lettres hiſtoriques May 1720. p. 592.*

(n) *L. C. add. hiſt. Kern-Chronic ad a. 1720. p. 75.*

Prince, par laquelle il prioit S. M. de lui faire ſavoir, ſi elle auroit pour agreable, qu'il alla lui rendre les devoirs. Surquoi la Roi envoya M. Craggs au Prince, pour lui dire qu'il l'attendoit inceſſament. S. A. Roiale ſe rendit d'abord au Palais de S. James et aiant été introduite par le Gentilhomme de la chambre dans le Cabinet du Roi, le Prince fit ſes ſoumis a S. M. de la maniere dont on etoit convenu; et apres un entretien de demi heure, il alla voir les Princeſſes ſes Filles. Le Roi fit alors appeller le Duc de Montaguë Capitain des Gardes du Corps et les Officiers des Hellebardiers et des gardes a pied, et leur ordonna de rendre a S. A. R. les honneurs du palais et de la reconduire chez elle, le qui fut executé. La Garde qui n'avoit fait aucun mouvement a ſon arrivée ſe mit alors ſous les armes les Tambours appellant: les Officiers ſaluerent le Prince et 6. Hellebardier de la Garde l'accompagnerent iusqu'a la Maiſon de Cheſterfields. ſur les 6. heures du ſoir une Compagnie des Gardes ſe rendit auſſi par ordre du Roi a ſa Maiſon de Cheſterfields, et le commandant detacha d'abord des ſentinelles pour faire la garde a toutes les portes de la Maiſon de S. A. Roiale. cela ſe paſſa aux acclamations d'un grand nombre de Peuple, a qui on diſtribua pluſieurs Bariques de Biere et vers les 9. heures du ſoir il y eut des feux de ioye, des illuminations et autres Marques de reiouiſſance. Le Lendemain matin dimanche le Duc de Devonshire, le comte de Cowper, le vicompte de Towshend, et Mſr. Methwin et Walpole eurent l'honneur de baiſer la main du Roi, et S. M. aiant nommé le Duc de Devonshire, pour porter devant elle l'Epée de ceremonie, elle ſe rendit a la chapelle Royale accompagnée du Prince de Galles. A l'iſſuie, du ſervice divin, S. M. tint Cercle ſelon la coutume. Depuis ſon avenement à la Couronne, la cour n'avoit iamais ete ſi nombreuſe, ni ſi remplit de ioye. L'apres midi le Prince retourna a la cour avec la Princeſſe ſon Epouſe, et L. A. Royales eurent un long entretien avec le Roi dans un des Apartemens des ieunes Princeſſes.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

In Bohemiae Regno Wençeslaus Rex, dum nimium eſſet prodigalis, nec ſatis modum, menſuramque liberalitatis teneret, ad profuſionem videlicet magis propendens egere paulatim coepit, aesque alienum primum contrahere, dein cum ſoluendo non eſſet, tributa alia ſuper alia indicere, vectigalia augere, Judaeos compilare, nec ullum genus exactionum praetermittere. Apud nobilitatem quoque magnam ſibi inuidiam conflauit, quod nonnullos eorum in carcerem detruſerat, contradicere auſos, magis etiam quod proceres, dum ne audire quidem voluerit veniam illis deprecantes: Ergo eorum multi in Morauiam abeunt, filiumque eius Premislaum ad rebellandum patri ſollicitant, iuuenilibus adhuc conſiliis utentem, praeſertim Conſtantia auia, cuius reuerentia in officio continebatur pridem mortua, atque in coenobio Tisnouienſi ſepulta. Pulchrum autem iuueni videbatur regnare, quo illum, qui ex Bohemia venerant, ſuo aliorumque ordinum nomine vocabant, et quaſi iam Regnum Bohemiae in manibus haberent, illud ad Premislaum deferebant, Regemque appellabant. Arridente iuuene ad glorioſum titulum, ſeque facile ad mala illorum conſilia traduci ſuſtinentem, conſulentium, ut contra patrem copias in Morauia compararet, ſibique Henricum Misniae Marchionem Regi infeſtum, in ſocietatem belli adiungeret, propter equeſtrem militiam, qua ille abundabat: quod poſtquam factum fuit, copiaeque utriusque Marchionis ad municipium Bohemiae pontem dictum, proxime fines Misniae poſitum coiſſent, illo usque pater a Praga filio cum ſuis item copiis occurrit, ipſe quoque externo equite inſtructus, quem ei Idalricus ex ſorore nepos ab Alſpibus Carinthiae adduxit. In utroque praeterea exercitu equites Bohemi erant; ſed cum parte familiae procerum inſigniores, nempe a Suanbergo, a Lam-

a Lambergo, a Roſenbergo, ab Oſſeca. Atque ii, ut in conſpectu Regis fidem operamque ſuam illi approbarent, primi omnium praelium incipiunt, vi tanta, ut ſuſtineri ab adverſa parte non potuerint, equeſtri acie impulſa, peditum quoque ordo et ſigna perturbantur: mox terga data, fugientibus ſimul Premislao Henricoque Ducibus, quos perſequi Wenceslaus ſuperſedit. Nec ita multo poſt, ductus poenitentia eorum, quae aduerſus patrem commiſerat, Premislaus ultro ad patrem habitu lugubri venit, ſeque ante illum in terram proſtrauit, miſericordiam paternam inuocans. Sed ne ſic quidem rigorem patris flectere potuit; quin cuſtodiendus in arcem traderetur (o).

XXXI.

In Burgundiae Regno mortuo a. DXVI. Gundobado, Regnum Sigismundus filius eius obtinuit monaſteriumque Agannenſe ſollerti cura cum domibus baſilicisque aedificauit: qui perdita priori coniuge, filia Theodorici Regis Italici, de qua filium habebat nomine Sigiricium, aliam duxit uxorem: quae valide contra filium eius, ſicut nouercarum mos eſt, malignari ac ſcandalizare coepit. Unde factum eſt, ut una ſolennitatum die, cum puer ſuper eam veſtimenta matris agnoſceret, commotus felle diceret ad eam: Non enim eras digna, ut haec indumenta Tua terga contingerent, quae Dominae tuae, id eſt matris meae fuiſſe noscuntur. At illa furore ſuccenſa, inſtigat verbis doloſis virum ſuum, dicens: Hic iniquus regnum tuum poſſidere deſiderat, teque interfecto, id usque Italiam dilatare disponit, ſcilicet ut regnum, quod auus eius Theodoricus Italiae tenuit, et iſte poſſideat. Scit enim, quod te viuente haec non poteſt adimplere, et niſi tu ea das, ille non ſur-

(o) DVBRAVIVS *hiſt. Bohem.* lib. XVI. p. 169. *Struuii Iuriſpr. Heroic. P. V.*

§. XXXIII.

In Bohemiae Regno Wençeslaus Rex, dum nimium eſſet prodigalis, nec ſatis modum, menſuramque liberalitatis teneret, ad profuſionem videlicet magis propendens egere paulatim çoepit, aesque alienum primum contrahere, dein cum ſoluendo non eſſet, tributa alia ſuper alia indiçere, vectigalia augere, Judaeos compilare, nec ullum genus exactionum praetermittere. Apud nobilitatem quoque magnam ſibi inuidiam conflauit, quod nonnullos eorum in carcerem detruſerat, contradicere auſos, magis etiam quod proceres, dum ne audire quidem voluerit veniam illis deprecantes: Ergo eorum multi in Morauiam abeunt, filiumque eius Premislaum ad rebellandum patri ſollicitant, iuuenilibus adhuc conſiliis utentem, praeſertim Conſtantia auia, cuius reuerentia in officio continebatur pridem mortua, atque in coenobio Tisnouienſi ſepulta. Pulchrum autem iuueni videbatur regnare, quo illum, qui ex Bohemia venerant, ſuo aliorumque ordinum nomine vocabant, et quaſi iam Regnum Bohemiae in manibus haberent, illud ad Premislaum deferebant, Regemque appellabant. Arridente iuuene ad glorioſum titulum, ſeque facile ad mala illorum conſilia traduci ſuſtinentem, conſulentium, ut contra patrem copias in Morauia compararet, ſibique Henricum Misniae Marchionem Regi infeſtum, in ſocietatem belli adiungeret, propter equeſtrem militiam, qua ille abundabat: quod poſtquam factum fuit, copiaeque utriusque Marchionis ad municipium Bohemiae pontem dictum, proxime fines Misniae poſitum coiſſent, illo usque pater a Praga filio cum ſuis item copiis occurrit, ipſe quoque externo equite inſtructus, quem ei Idalricus ex ſorore nepos ab Alpibus Carinthiae adduxit. In utroque praeterea exercitu equites Bohemi erant; ſed cum parte familiae procerum inſigniores, nempe a Suanbergo,

a Lam-

a Lambergo, a Roſenbergo, ab Oſſeca. Atque ii, ut in conſpectu Regis fidem operamque ſuam illi approbarent, primi omnium praelium incipiunt, vi tanta, ut ſuſtineri ab adverſa parte non potuerint, equeſtri acie impulſa, peditum quoque ordo et ſigna perturbantur: mox terga data, fugientibus ſimul Premislao Henricoque Ducibus, quos perſequi Wenceslaus ſuperſedit. Nec ita multo poſt, ductus poenitentia eorum, quae aduerſus patrem commiſerat, Premislaus ultro ad patrem habitu lugubri venit, ſeque ante illum in terram proſtrauit, miſericordiam paternam inuocans. Sed ne ſic quidem rigorem patris flectere potuit; quin cuſtodiendus in arcem traderetur (o).

XXXI.

In Burgundiae Regno mortuo a. DXVI. Gundobado, Regnum Sigismundus filius eius obtinuit monaſteriumque Agannenſe ſollerti cura cum domibus baſilicisque aedificauit: qui perdita priori coniuge, filia Theodorici Regis Italici, de qua filium habebat nomine Sigiricium, aliam duxit uxorem: quae valide contra filium eius, ſicut nouercarum mos eſt, malignari ac ſcandalizare coepit. Unde factum eſt, ut una ſolennitatum die, cum puer ſuper eam veſtimenta matris agnoſceret, commotus felle diceret ad eam: Non enim eras digna, ut haec indumenta Tua terga contingerent, quae Dominae tuae, id eſt matris meae fuiſſe noſcuntur. At illa furore ſuccenſa, inſtigat verbis doloſis virum ſuum, dicens: Hic iniquus regnum tuum poſſidere deſiderat, teque interfecto, id usque Italiam dilatare diſponit, ſcilicet ut regnum, quod auus eius Theodoricus Italiae tenuit, et iſte poſſideat. Scit enim, quod te viuente haec non poteſt adimplere, et niſi tu ea das, ille non ſur-

(o) DVBRAVIVS *hiſt. Bohem.* lib. XVI. p. 169.

ſurget. His et huiuscemodi ille incitatus verbis, uxoris iniquae conſilio utens, iniquus extitit parricida. Nam ſopitum vino dormire poſt meridiem filium iubet. Cui dormienti orarium ſiue linteum oblingum in faſciae modum efformatum ſub collo poſitum ac ſub mento ligatum, trahentibus ad ſe inuicem duobus pueris ſuggillatus eſt. Quo facto pater ſero poenitens, ſuper cadauer exanime ruens flere coepit amariſſime. Ad quem ſenex quidam ſic dixiſſe fertur; Te, inquit, plange modo, qui per conſilium nequam factus es parricidarum ſaeuisſimus, nam hunc, qui innocens iugulatus eſt, neceſſarium non eſt plangi. Nihilominus ille ad ſanctos Agaunenſes abiens, per multos dies in fletu et ieiuniis durans veniam precabatur. Pſallentium ibi asſiduum inſtituens, Lugduno regreſſus eſt, vltione diuina de veſtigio eum proſequente (p).

§. XXXV.

In Regno Wiſigothorum Leuigildi Regis filius Hermenegildus erat, cui pater iratus eo, quod ipſe Arianae ſectae eſſet addictus, filius vero praedicatione Leandri Epiſcopi Hiſpalenſis, per coniugem ſuam Ingundem ad legem catholicam fuiſſet reuerſus. Dum igitur filius ad patrem vocatus venire nollet, hic commoto exercitu contra eum venit. Hermenegildus vero vocatis Graecis contra patrem egreditur, relicta in Hiſpalenſi vrbe, quam pater ipſi ad inhabitandum conceſſerat, coniuge ſua Ingunde. Videns autem ſe contra patrem non poſſe praeualere, eccleſiam quae erat propinqua expetiit, dicens, non veniat ſuper me pater meus, nefas enim eſt, aut patrem a filio aut filium a patre interfici. Haec audiens Leuigildus, miſit ad eum fratrem eius, qui dato ſacramento, ne humiliaretur, ait: Tu ipſe accede et proſternere pedibus pa-

(p) Verba ſunt GREGORII TVRONENSIS lib. III. c. V.

patris noſtri, et omnia indulget tibi. At ille popoſcit vocari patrem ſuum, quo ingrediente proſtrauit ſe ad pedes illius. Ille vero adprehenſum oſculatus eſt eum, et blandis ſermonibus delinitum duxit ad caſtra oblitusque ſacramenti innuit ſuis et adprehenſum ſpoliauit eum indumentis ſuis, induitque illum veſte vili, regreſſusque ad vrbem Toletum ablatis pueris eius miſit in exilium, cum vno tantum puerulo (q). Poſtea Leuigildus Hermenegildum retruſerat in cuſtodiam, coniuge ipſius Ingunde cum Graecis relicta (r). Demum cum ſancto Paſchatos die communionem ab Epiſcopo Ariano ſibi porrectam ſumere recuſaſſet, iuſſu patris Tyranoni A. DLXXXIV. interfectus fuit Hermenegildus (s), licet interfector eius Sigbertus breui via poſtea turpi morte fuiſſet punitus (t). Coniux eius Ingunda a marito cum Imperatoris exercitu derelicta, dum ad ipſum principem cum filio paruulo duceretur, in Africa defuncta eſt, atque ſepulta (u). Licet PAVLVS DIACONVS ipſam in Sicilia fuiſſe defunctam adſerat (x). Hermenegildus vero in ſanctorum numerum fuit

(q) GREGOR. TVRON. lib. V. c. XXXIX. lib. VI. c. XXIX. XXXIII. XVIII.

(r) GREGOR. TVRON. lib. V. c. XXXIX. lib. VI. c. XLII. XLIII.

(s) GREGOR. M. lib. III. *Dialog.* c. XXXI. PAVLVS DIACONVS lib. III. c. XLI. *Childebertus Rex Ingundem ſororem ſuam Hermenegildo Leuigildi Hiſpanorum Regis filio in coniugium tradiderat. Qui Hermenegildus praedicatione Leandri Epiſcopi Hiſpalenſis atque adhortatione ſuae coniugis ab Ariana haereſi, qua pater ſuus languebat, ad catholicam fidem conuerſus fuerat, quem pater impius in ipſo ſacrato Paſchali die ſecuri percuſſum interemerat.* GREGOR. TVRON. lib. VIII. cap. XXVIII. *Hiſt. Franc. Epiſt.* cap. LXXXVII.

(t) IO. BYCLARIENSIS *Chron.* ad a. 550.

(u) GREGOR. TVRON. lib. VIII. c. XXVIII.

(x) c. I.

fuit relatus, ipſiusque feſtum d. XIII. April. celebratur (y). Childebertus vero Rex Francorum, Ingundis frater, Hermenegildi mortem vindicaturus, bellum aduerſus Hiſpanos gerens eosdem acie ſuperauit (z).

§. XXXVI.

Fulco Nerra Comes Andegauenſium Hieroſolymam proficiſcens, Ganfrido Martello filio ſuo comitatum vsque ad reditum cuſtodiendum commiſit. Filius itaque proceres, equites, ciues, et populum animauit in patrem. Votis orationum completis, pater rediens eſt repulſus a filio. Fit diſcurſus per patriam, caedibus et rapinis inſiſtitur. Pater in anguſtia poſitus, caſtella, villas, et praedia ſuis fautoribus ſe daturum ſpopondit. Et vt totum reciperet, totum quod filius poſſidebat, fere totum diſtribuit. Quod in ſuum reuocare dominium, ſibi poſtmodum, vel adhuc alicui ſucceſſorum non licuit. Filius tandem patri reconciliatus, patri ſucceſſit, ſed parricidii, quod excogitauerat, poenas luens ſine liberis deceſſit.

§. XXXVII.

Wilhelmus comes Pictauienſium vxori ſuae pellicem ſuperinduxit vocatam Amalbergam. Wilhelmus comitis primogenitus matris iniurias vlciſci proponens, inſurrexit in patrem. Inter quos lite protracta diutius damnoſum Aquitania transegit ſeptennium. Tandem filius iure belli captus a patre recipitur in concordiam; ſed cum lex

(y) THEODOR. RVINARTVS not. ad GREGOR. TVRON. lib. V. §. XL. BEDA BARONIVS *Martyrolog.* ad d. 13. April. *Martyrium eius ſcripſit* GREGOR. lib. III. *Dial.* c. XXXI. ex quo hauſit CORN. CRVSIVS *vitis ſanctorum ad hunc diem.*

(z) PAVLVS DIACONVS c. I.

lex humana filios erubeſcat, patrum caſtigatores ſtatuere, quia patrem indigne tractauerat, in ſepulchro patrum ſuorum filias ſepeliri non meruit, ſed peraegre proficiſcens apud ſanctum Iacobum in Gallia, diem clauſit extremum (a).

§. XXXVIII.

Recentisſimum patriae poteſtatis exercitii exemplum praebet Petrus, Magnus Moſcouiae Princeps. Filius ipſius primum vnicus erat Alexius Petrowitz, quem ducta Catharina, alter inſecutus fuit Petrus Petrowitz. Iſte primogenitus Alexius probe licet in ſtudiis aeque atque exercitiis militaribus inſtitutus (b) ſub directione Mentzikofii Principis atque inſtitutione L. B. de Huyſſen, a via virtutis tamen deflectens paterna monita minime ſequebatur. Ducta etiam in matrimonium Carola Chriſtina Sophia, Ludouici Rudolphi Ducis tunc Blanckenburgenſis filia, cum eadem parum amice conuerſabatur, potius illa derelicta, cum vili perſona ex Finlandia originem trahente dicta Euphroſina captiua in adulterio viuebat. Hoc ipſum etiam dictam coniugem in tantum afficiebat, vt ex moerore defungeretur. Hoc et quod ad patris nutum minime viueret, aegre ferens pater, filio declarabat, ipſum, ſi ad ſcientias neceſſarias atque artes regnandi ſe minime adplicaret, ſucceſſione priuatum iri, illamque potius digniori ſucceſſori eſſe deferendam. Adgnoſcebat Alexius ſe ob animi et corporis infirmitatem ad ſucceſſionem parum eſſe habilem, petens, vt potentisſimus Parens illum circa eandem diſpenſaret, quam dimittere vellet, idque iuramento ſe firmaturum. Hic vero mitiora praeferens da-

(a) RAD. DE DICETO *Imag. hiſtor.* p. 567.
(b) *Virtutes quas ſub initium prae ſe tulerat Alexius deſcribit Leben Petri des I.* p. 418.

datis ad filium d. XVI. Ianuarii MDCCXVI. iteratis litteris, ipſum vt ſucceſſione dignum ſe redderet, adhortatus, vel in monaſterium ſecederet, ad emendandum deliberandumque ipſi ſpatium concedens. Reſpondebat filius d. XX. Ianuarii, ſe vitam eccleſiaſticam eſſe electurum, patris expetens conſenſum. Antequam pater in Daniam abiret, vale filio dicebat, quem tamen in lecto decumbentem deprehendebat, aegrum ſe ſimulantem, dum illa adhuc die poſt patris abitum conuiuio intereſſet. In propoſito igitur perſiſtenti filio adhuc ſex hebdomatum ſpatium ad deliberandum concedebatur. Pater igitur Potentiſſimus relicto Petersburgi filio, in Daniam abiit. Huc dum filium aeque euocaret, vt, ſi ſucceſſione dignum ſe reddere vellet, expeditioni in Sueciam ſuſcipiendae intereſſet, iſte minime obtemperans potius cum amaſia ſua Moſcouiam reliquit, Auguſtiſſimi Caeſaris protectioni ſe ſubiiciens, ſe nec de vita ſatis eſſe ſecurum, praetexens. Patri haec filii fuga Amſtelodami nuntiabatur, dum vero ignotum eſſet, vbi lateret, Reſidentem ſuum Veſelowsky, centurionem cohortis Praetorianae Romanzof, demum conſiliarium atque centurionem Tolſtoy emittebat, qui fugitiuum inueſtigarent, ipſique litteras paternas d. X. Iulii MDCCXVII. ſcriptas exhiberent. Hi dum dictum Principem in quodam caſtro Tyrolenſi deprehenderent, Ruſſorum Caeſar datis ad Imp. litteris, vt filium ad ſe transmitteret, petebat. Licet autem Auguſtiſſimus Imp. Czarowitzium admoneret, vt parenti ſe ſiſteret, hic tamen vitae metuens, vlterius Caeſaris protectionem et ne ipſum parenti traderet, petebat. Motus inde Caeſar ipſum Neapolim mittebat, vbi mutato nomine in Caſtello S. El   in ſecreto viuebat. Poſtquam etiam hunc commorationis locum indagaſſet Ruſſorum Monarcha

mit-

mittebat ad Imp. Conſiliarium ſuum intimum, Petrum Tolſtoy et centurionem Romanzoff cum litteris ad ipſum datis, ne filium contra diuina humanaque iura amplius detineret. Conſenſit igitur imp. vt dicti legati Rusſici ad Czarowitzium admitterentur, mandans Miniſtris, vt Principem ad reditum diſponerent. Legati Rusſici dum Neapolim venirent a Czarowitzio minime admittebantur, vsque dum Prorex Neapolitanus ipſum ad ſe inuitaret, ipſique legatos praeſentaret, qui litteras paternas d. XVI. Iulii MDCCXVII. iamdum ſcriptas ipſi exhibebant, quibus ipſum denegati obſequii redarguebat, deinde ipſi ſub grauisſima obteſtatione promittebat, ſe ipſum, ſi paternae voluntati obſequi, ſeque ſubiicere vellet, minime eſſe puniturum, ſin ſecus faceret, ipſum non ſolum paternae maledictioni ſe exponere, ſed etiam ſe ipſum pro proditore eſſe geſturum, nec media deficere, qua ratione ipſum debitis poenis adficeret. Alienum primum ſe praebebat Czarowitzius, inſtans ſibi periculum praetexens et quod imp. ipſi protectionem promiſiſſet, ſeque ipſum armata manu throno paterno eſſe impoſiturum. Poſtquam vero pro Rex Neapolitanus Caeſaris nomine ipſi indicaſſet, vt patri obſequium praeberet, atque reditum pararet, ſe ipſum amplius detinere nolle, annuit tandem atque datis Neapoli d. IV. Octobris MDCCXVII. litteris a potentisſimo parente veniam gratiamque petiit. Tandem vero poſt veniam ipſi promiſſam, per Dantiſcum, Rigam, Petersburgum vna cum Tolſtoio atque Romanzoffio Moſcouiam circa finem Ianuarii MDCCXVIII. venit. Poſtquam hoc potentisſimo parenti fuiſſet nuntiatum, conuocato Kl. Februarii conſilio ſtatus eodemque finito Czarowitzio mandabatur, vt per milliare et dimidium ab vrbe Moſcouia abiret. Die tertia Febr. clauſis portis, omnibus aditibus

la-

vrbis probe cuſtoditis, vbi Miniſtri atque Proceres in Palatium Czari conuocabantur, dum Eccleſiaſtici in Templo Cathedrali conuenirent. Adducebatur in magnum Aulaeum, Czarowitzius ſine gladio, qui poſtquam in Serenisſimi Parentis conſpectum veniſſet, in pedes procumbens, veniam gratiamque exhibito ſupplici libello precabatur. Hunc poſtquam Vice-Cancellario Schaffirof tradidiſſet, Czarowitzium ſubleuabat, quid peteret rogans, et dum reſponderet, gratiam, vitam. Czarius ipſi vitam donabat, hac tamen conditione, vt ſucceſsioni in Regna renuntiaret. Dum ad ea conſentiret Czarowitzius, quaerebat ab ipſo Serenisſimus pater, quis ipſi ad fugam arripiendam dederit conſilium. Ad haec Czarowitzius patri appropinquans ipſi quaedam in aurem ſuſurrabat, qui filio in conclaue ſeparatim abducto, cum ipſo ſeparatim agebat. Poſt breue tempus vtrique in Aulaeum reuerſi, Alexius ſcriptum ſubſignabat, quo ſe ad ſucceſsionem inhabilem eſſe declarabat, eidemque renuntiabat hac forma: *Ich Endes benannter, gelobe bey dem Heil. Evangelio, daſs, weiln ich meines Verbrechens wegen, gegen meinen Herrn und Vater, Sr. Czariſchen Majeſtät vorgeſchriebenen Befehl zuwider, durch meine Schuld, des mir zum Ruſſiſchen Throne angebohrnen Erbe-Rechts, verluſtig worden, ich ſolches meines Verbrechens und Untüchtigkeit halber vor Recht erkenne. Verſpreche alſo, und ſchwere bey dem Allmächtigen drey einigen GOtte, und ſeinen Gerichte, mich dem Willen meines Herrn und Vaters in allen zu unterwerffen, auch die Nachfolge im Reiche niemahlen und zu keiner Zeit, und auf keinerley Weiſe zu ſuchen, noch zu verlangen oder anzunehmen. Dargegen erkenne ich vor einen wahren Erben meinen Bruder den Czarowitz, Peter Petrowitz, küſſe hierauf das Heilige Creutz, und unterſchreibe dieſes eigenhändig. Moſcau den 3ten Februarii 1718.* Inde Manifeſtum publice re-

recitabatur, quo cauſae huius facti exponuntur. Hoc publice recitato, ſinguli Miniſtri, Duces, Praefecti militares et Mercatores iuramentum praeſtare tenebantur, ſe, dum Alexius iuſtis ex cauſis a ſucceſſione throni fuiſſet excluſus, fratrem ipſius ſecundogenitum pro vero atque legitimo ſucceſſore eſſe adgnituros. Hoc facto Czarus cum Czarowitzio et omnibus, qui in magno aulaeo fuerant congregati, templum cathedrale ingrediebantur. Ibi Czarus, habita graui oratione, qua filio, quod parum obediens atque male moratus fuerit, in animum reuocabat, veniam tamen et plenam gratiam promittebat, ſi omnes fugae circumſtantias indicaret, ſin ſecus, ipſi nullam gratiam fore. Poſtquam Princeps, ſe omnem veritatem potentiſſimo parenti eſſe detecturum, promiſiſſet, in eiusdem confirmationem librum Euangeliorum atque crucem coram altare fuit oſculatus, Clerus dictum iuramentum aeque praeſtitit et ſubſignauit, et hoc facto dimittebatur congregatio. Dimiſſo etiam in reliquas Prouincias mandato d. IX. Martii Petersburgi Milites, Nobiles, Ciues, atque Ruſtici iuramentum praeſtabant, de agnoſcendo Petro Petrowitzio altero Czari filio ſucceſſore (c).

§. XXXIX.

Die IV. Februarii Czarowitzio certi articuli proponebantur, ad quos ſcriptis reſpondebat, fugae conſultores indicabat (d). Sed dum non ſerio omnes circumſtantias

(c) *Singula haec exponuntur in Elect. Iur. publ.* Tom. XI. n. XXXIX. Tom. XII. p. 442. Tom. XIII. p. 168. *Leben Petri des I.* p. 413. ſqq. *Kern-Chronic. Februario 1715.* p. 33. *Lettres hiſt. Mars 1718.* p. 296. *Avril.* p. 407. p. 131. p. 322. *Leben Petri des I.* p. 444.

(d) *Haec continentur Elect.* Tom. XIII.

tias indicaſſet, per amaſiam ſuam Euphroſynam aliosque teſtes conuincebatur, quod viuo adhuc patre de ſucceſſione cogitauerit (e). Conueniebant d. XX. Februarii MDCCXVIII. Praefecti militares, Duces, et praecipui Epiſcopi, qui contra Epiſcopum Rosdorfienſem Doſſifei, aliosque conſiliorum Czarowitzii participes inquiſitionem formarent. Hi igitur, Ruſſorum Monarcha tamen dirigente,

(e) *Extant haec Acta in Electis* Tom. XIII. p. 390. et potisſimum apud LAMBERTI Tom. XI. p. 92. ſqq. *Lettres hiſt. Juin. 1718.* p. 647. *Outre ceux que l'on a dit ci-devant avoir été executez dans la ſanglante cataſtrophe, qui commença le 28. Mars dernier, on aioûte M. Klippof General Major, un Moine et un Secretaire du Cabinet de la Czarine au nombre de ceux, qui ont été rompus vifs, et leurs têtes miſes ſur un piquet. Deux autres perſonnes de premier rang ont été decapitées et leurs têtes expoſées de la meme maniere. Un oncle du Czar et 70. autres ont été ou empalez ou tirez en quatre quartiers et le reſte lapidé: La Princeſſe Marie Soeur de S. M. Cz. a été condamnée a paſſer ſes jours entre quatre murailles dans le chateau - de Chuleſſenbourgs. Le Prince Apraxim, qui avoit reçu ſentence de mort, et qui devoit être roué a eu le bonheur d'eviter le ſupplice par ſa ſuite. Juillet* p. 48. *Le Prince Dolgorucki General de l'Infanterie, Colonel des Gardes et chevalier de l'ordre de l'Aigle blanc; Le Prince Michel, ſon frére, ſenateur et le P. Abraham Lopouchin avoient été condamnéz a une Priſon perpetuelle, et envoyez avec leurs Femmes et leurs Enfans dans la Nouvelle Zemble, et tous leurs Biens confiſquez: L'Amiral Apraxim ayant été reconnu innocent, a été remis en liberté. Mais avant que de pouvoir être iuſtifié, ce Seigneur a eſſuyé le plus affreux de tourmens; car pendant que deux Boureaux lui enlevoient la peau à coups de baguettes, on y joignoit encor un ſupplice, plus cruel, puis qu'il etoit obligé de marcher, nuds pieds en courant ſur des pointes de fer dont toute la Chambre etoit deriſée. Le General Knees Glibof, qui a été empalé vif, et qui n'eſt expiré qu'apres 15. heures de douleurs les plus aigües a été condamné a ce terrible ſuplice pour avoir attenté a la vie du Czar ſon Maitre.*

te, pleroſque ad mortem condemnabant. Die XXVI. Martii executio fiebat, atque dictus Epiſcopus Rosdorfienſis, Dux Stephanus Glebofs, Alexander Kickin, pluresque alii diuerſis mortis generibus in publico foro Moſcouienſi capitali poena adficiebantur, alii vero in exilium mittebantur. Neque tamen hoc ipſo inquiſitio finiebatur, quin potius Archiepiſcopi, Plaelati, Proceres Regni, Miniſtri ſtatus, Praefecti militares, officiales ciuiles et potiores ex Ruſſica Nobilitate Petersburgum conuocarentur. Poſtquam iſti conueniſſent, Ruſſorum Monarcha filium ſuum congretationi exhibebat, et facta breui propoſitione, mandabat, ut Acta inquiſitionis publice praelegerentur. Inter praelegendum filium ſuper ſingulis denuò quaerebat, quae etiam dum vel per proprias litteras vel etiam teſtes fuiſſet conuictus, publice confitebatur. Abducto iterum Czarowitzio, Ruſſorum Monarcha binas declarationes unam ad Archiepiſcopum atque Eccleſiaſticos, alteram vero ad Miniſtros et officiales militares atque ciuiles publice praelegebat, huius tenoris: ut licet ipſi ſecundum Jura diuina aeque ac humana ex iure patriae poteſtatis et iure ſupremae Maieſtatis ius filium ſuum iudicandi competat (f), nihilominus ſe ipſis facultatem conceſſiſſe, non equidem ſententiam ferendi, ſed totam cauſam probe exami-

T 2

(f) Sic enim in dicta declaratione: *Ihr habt eine ſehr weitläuftige Declaration, derer in der Welt faſt unerhörten Verbrechen meines Sohnes, woraus er ſich an mir ſeinen Vater und Herrn verſündiget, verleſen gehöret; Unerachtet wir nun nach allen Geiſt- und Weltlichen inſonderheit aber denen Ruſſiſchen Rechten, Krafft deren auch ſo gar unter gemeinen Bürgern alle Gerichtbarkeit zwiſchen einen Vater und Kind ausgeſchloſſen wird, ein überflüſſiges, ja unumſchränktes Recht haben, Unſern Sohn nach ſeinen Verbrechen, nach unſern eignen Willen, ohne jemand um Rath zu fragen, zu richten, und zu verurtheilen.*

minandi et quam poenam ſecundum iura diuina, eccleſiaſtica et ciuilia filius fuerit promeritus, indagandi, idque ſine ullo metu vel adulatione (g), die XVII. Junii denuo examinabatur Czarowitzius, atque ad ſingula propria confeſſione reſpondebat. Die XVIII. Iunii Archiepiſcopi et Praelati ex S. Scriptura, ſcriptis patrum et Decretis conciliorum, adductisque ex S. S. exemplis demonſtrabant, filium grauisſima poena eſſe adfligendum. Dum vero ipſis iudicare, et poenam corporalem decernere non conueniat, nec ipſis gladii poteſtas ſit conceſſa, ipſum Chriſtum exemplo ſuo miſericordiam docere, liberum eſſe Monarchae, an ſecundum rigorem procedere, vel miſericordiam vellet exercere. Hoc a ſingulis Archiepiſcopis atque Praelatis erat ſubſcriptum. Dum igitur Ruſſorum Monarcha d. XIII. Iunii Conſiliariis Regni, Miniſtris, Praefectis militaribus, proceribus mandaſſet, ut ſententiam ferrent atque ipſis congregatis. d. 24. Iunii Monarcha per Conſiliarium intimum Tolſtoi nouas Principis confesſiones d. XIX. et XXII. Iunii factas et propria manu ſubſcriptas propoſuit, et quae ipſius confesſionibus S. Iacobus fuerat confeſſus (h), eodem die iſti ſententium ferebant, quod licet hoc ipſis minime competeret, dum ipſorum Monarchae illimitatum ius conueniat, attamen ex ipſius mandato ſe Czarowitzium eo quod contra ſerenisſimum parentem nefaria

(g) In fine ſequitur. *Sehet auch ja darauf nicht, daſs ihr ein Urtheil über den Sohn eures Oberherrn ſprechen müſſet. Redet ohne Anſehen der Perſon die Gerechtigkeit, und verwahrloſet weder eure noch meine Seele, damit Uns unſer Gewiſſen, an jenen erſchröcklichen Gerichts-Tage nicht verklage, noch unſern Vaterlande zu nahe geſchehe.*

(h) *Haec ſingula vberius exponuntur in Electis Iuris publici* Tom. XIII. p. 391. ſqq. *Leben des Czars Petri*, p. 457. ſqq. *Lettres hiſt. Sept.* 1715. p. 279. *Nou.* p. 551. 665.

ſaria conſilia fouerit; non ſecundum iuſtum ſúccedendi ordinem, verum externa ope ſucceſsionem per arma adfectauerit: Secundum leges diuinas atque patrias (i) capitali poena eſſe adficiendum. Se tamen omnia ſupremo Monarchae ſui voluntati atque arbitrio ſubiicere (k). Haec autem ſententia ab omnibus, qui congregationi interfuerunt Miniſtris, Proceribus, et conſiliariis Regni, praefectis militaribus fuit ſubſcripta (l). D. VI. Iulii Iudicium ſanguinis aperiebatur. Dicto die Ruſſorum Monarcha, poſtquam per octo dies Deum inſtantisſime ſupplex fuiſſet pre-

(i) *Sic enim in Ruſſiſchen Landrecht, quod praemiſſa a me praefatione Dantiſci 1723. 4.* prodiit cap. II. art, I. *Wenn jemand gegen Ihro Czariſche Maj. Leben und Geſundheit ſchlimme Anſchläge gemacht hätte, und ſolches von einen andern angezeiget, auch bey der Unterſuchung würcklich befunden würde, daſs er gegen Sr. Czariſche Maj. Böſes im Sinn gehabt, ſo ſoll derſelbige nach Unterſuchung der Sache am Leben geſtraffet werden,* Art. II. *Wenn jemand bey Sr. Czariſchen Maj. Regierung, des Moſcowitiſchen Reichs, ſich bemächtigen, und ſelbſt Herr davon werden wollte, und zu dieſen Deſſein Trouppen würbe, oder auch, wenn jemand mit Sr. Maj. Feinden ſich zuſammen ſetzte, eine verbothene Correſpondence mit ihnen führete, und ihnen mit Rath und That an Hand gienge, zu dem Ende, damit bemeldete Sr. Maj. Feinde, dadurch in den Stand geſetzet werden möchten, ſich des Moscowitiſchen Reichs zu bemächtigen, oder ſelbigen Schaden zu thun, er aber deſsfalls von jemanden denuntiret, und die Verrätherey würcklich bey Unterſuchung dargethan würde, ſo ſoll ein ſolcher Verräther gleicher geſtalt am Leben geſtraffet werden.* Eadem ſtatuuntur in cap. III. art. XIX. *des Czariſchen Kriegs-Rechts.*

(k) Sic enim in fine: *übrigens wollen wir dieſes von Uns gefällete End-Urtheil, und ausgeſprochene Verdammung zum Tode Sr. Czariſchen Majeſtät, unſers allergnädigſten Monarchen ſouverainen Macht, Willen und gütigen Reviſion anheim geſtellet haben.*

(l) *Reperitur iſta ſententia in Electis Iuris publici* T. XIII. p. 544. *Leben des Czars Petri* p. 496.

minandi et quam poenam ſecundum iura diuina, eccleſiaſtica et ciuilia filius fuerit promeritus, indagandi, idque ſine ullo metu vel adulatione (g), die XVII. Junii denuo examinabatur Czarowitzius, atque ad ſingula propria confesſione reſpondebat. Die XVIII. Iunii Archiepiſcopi et Praelati ex S. Scriptura, ſcriptis patrum et Decretis conciliorum, adductisque ex S. S. exemplis demonſtrabant, filium grauisſima poena eſſe adfligendum. Dum vero ipſis iudicare, et poenam corporalem decernere non conueniat, nec ipſis gladii poteſtas ſit conceſſa, ipſum Chriſtum exemplo ſuo miſericordiam docere, liberum eſſe Monarchae, an ſecundum rigorem procedere, vel miſericordiam vellet exercere. Hoc a ſingulis Archiepiſcopis atque Praelatis erat ſubſcriptum. Dum igitur Ruſſorum Monarcha d. XIII. Iunii Conſiliariis Regni, Miniſtris, Praefectis militaribus, proceribus mandaſſet, ut ſententiam ferrent atque ipſis congregatis. d. 24. Iunii Monarcha per Conſiliarium intimum Tolſtoi nouas Principis confesſiones d. XIX. et XXII. Iunii factas et propria manu ſubſcriptas propoſuit, et quae ipſius confesſionibus S. Iacobus fuerat confeſſus (h), eodem die iſti ſententium ferebant, quod licet hoc ipſis minime competeret, dum ipſorum Monarchae illimitatum ius conueniat, attamen ex ipſius mandato ſe Czarowitzium eo quod contra ſerenisſimum parentem nefaria

(g) In fine ſequitur. *Sehet auch ja darauf nicht, daſs ihr ein Urtheil über den Sohn eures Oberherrn ſprechen müſſet. Redet ohne Anſehen der Perſon die Gerechtigkeit, und verwahrloſet weder eure noch meine Seele, damit Uns unſer Gewiſſen, an jenen erſchröcklichen Gerichts-Tage nicht verklage, noch unſern Vaterlande zu nahe geſchehe.*

(h) *Haec ſingula vberius exponuntur in Electis Iuris publici* Tom. XIII. p. 391. ſqq. *Leben des Czars Petri*, p. 457. ſqq. *Lettres hiſt. Sept.* 1715. p. 279. *Nou.* p. 551. 665.

faria conſilia fouerit; non ſecundum iuſtum ſuccedendi ordinem, verum externa ope ſucceſsionem per arma adfectauerit: Secundum leges diuinas atque patrias (i) capitali poena eſſe adficiendum. Se tamen omnia ſupremo Monarchae ſui voluntati atque arbitrio ſubiicere (k). Haec autem ſententia ab omnibus, qui congregationi interfuerunt Miniſtris, Proceribus, et conſiliariis Regni, praefectis militaribus fuit ſubſcripta (l). D. VI. Iulii Iudicium ſanguinis aperiebatur. Dicto die Ruſſorum Monarcha, poſtquam per octo dies Deum inſtantisſime ſupplex fuiſſet pre-

(i) *Sic enim in Ruſſiſchen Landrecht, quod praemiſſa a me praefatione Dantiſci 1723. 4.* prodiit cap. II. art, I. *Wenn jemand gegen Ihro Czariſche Maj. Leben und Geſundheit ſchlimme Anſchläge gemacht hätte, und ſolches von einen andern angezeiget, auch bey der Unterſuchung würcklich befunden würde, daſs er gegen Sr. Czariſche Maj. Böſes im Sinn gehabt, ſo ſoll derſelbige nach Unterſuchung der Sache am Leben geſtraffet werden,* Art. II. *Wenn jemand bey Sr. Czariſchen Maj. Regierung, des Moſcowitiſchen Reichs, ſich bemächtigen, und ſelbſt Herr davon werden wollte, und zu dieſen Deſſein Trouppen würbe, oder auch, wenn jemand mit Sr. Maj. Feinden ſich zuſammen ſetzte, eine verbothene Correſpondence mit ihnen führete, und ihnen mit Rath und That an Hand gienge, zu dem Ende, damit bemeldete Sr. Maj. Feinde, dadurch in den Stand geſetzet werden möchten, ſich des Moscowitiſchen Reichs. zu bemächtigen, oder ſelbigen Schaden zu thun, er aber deſsfalls von jemanden denuntiret, und die Verrätherey würcklich bey Unterſuchung dargethan würde, ſo ſoll ein ſolcher Verräther gleicher geſtalt am Leben geſtraffet werden.* Eadem ſtatuuntur in cap. III. art. XIX. *des Czariſchen Kriegs-Rechts.*

(k) Sic enim in fine: *übrigens wollen wir dieſes von Uns gefällete End-Untheil, und ausgeſprochene Verdammung zum Tode Sr. Czariſchen Majeſtät, unſers allergnädigſten Monarchen ſouverainen Macht, Willen und gütigen Reviſion anheim geſtellet haben.*

(l) *Reperitur iſta ſententia in Electis Iuris publici* T. XIII. p. 544. *Leben des Czars Petri* p. 496.

catus, ut negotium hocce in nominis ſui gloriam et Ruſſici imperii ſalutem dirigeret, cum clero et Iudicibus Eccleſiaſticis, habitis prius in Templo Spiritus S. ſacris, ubi Deum in auxilium vocabant, ſenatum fuit ingreſſus. Tunc occupatis ſedilibus, portis, feneſtriſque apertis, ut omnes, qui adeſſent, admitterentur, Czarowitzius ſub cuſtodia quatuor officialium ſubalternorum ex fortalitio adducebatur, et iudicio ſiſtebatur, ubi repetita delictorum ſuorum confesſione, ſententia a iudicibus ſecularibus lata ipſi publicabatur, inde in cuſtodiam iterum ducebatur. Proxima VII. Iulii mane Monarchae nuntiabatur, Czarowitzium ex magna animi commotione apoplexia fuiſſe affectum: Circa meridiem iterum ipſi nuntiabatur vim morbi augeri, tunc proceres aulae conuocari iubebat, qui tantisper congregati manebant, usque dum tertius nuntius adueniret, Czarowitzium mortem haut eſſe euaſurum, atque magna ſollicitudine colloquium petere cum ſereniſsimo parente. Hic igitur cum Aulae Proceribus Principem in agone iamdum conſtitutum adibat, ipſique manibus complicatis multis cum lacrymis denuo confitebatur, ſe grauiter contra Deum patremque peccaſſe, vitae eſſe indignum ſubmiſſe rogans, ut ſibi velit condonare maledictionem Moſcouiae ipſi impoſitam auferre, paternam benedictionem impertiri atque animam ſuam Deo velit commendari. Pater poſt graues admonitiones, cum lacrymis multis, ipſi paternam benedictionem concedebat: Veſperi ipſi nuntiabatur, Principem adhuc ſemel patris petere conſpectum; conſentiebat, aegre licet pater, qui iamiam nauem fuiſſet ingreſſus nuntium accipiebat, Principem fuiſſe defunctum. D. IX. Iulii corpus defuncti Czarowitzii locato holoſerico nigro abducto, atque panno aureo obtecto ſub directione magni cancellarii atque aliquot aulae procerum imponebatur ex fortalitio in templum Trinita-

tis

tis deferebatur et publice ſub excubiis praefectorum Praetorianorum exponebatur omnibusque ex populo, qui frequentes accedebant, concedebatur manum Principis osculari. D. II. Iulii veſperi funus conducente ipſo Monarcha, eiusdemque ſerenisſima coniuge atque aulae Proceribus cum facibus ardentibus, ſine palliis lugubribus tamen, ex Templo Trinitatis in Templum cathedrale deferebatur, ibidemque in tumulum ad latus ipſius defunctae coniugis collocabatur, concio funebris ad verba Dauidis: O Abſolon Fili: erat directa. Haec fata erant Czarowitzii. Poſt mortem Ruſſorum Monarchae unus ex Coſacis Czarowitzium ſe eſſe venditabat, qui tamen Petersburgum captiuus ducebatur (m). Inde Inquiſitio contra Czarowitzii ſocios continuabatur, et varii adhuc diuerſis poenis addicebantur; Haec vero ſingula Acta legatis exterorum ſignificari fecit Ruſſorum Monarcha. Dum vero idem Imperator. eos inculparet, quod ipſum retinuiſſent atque concitaſſent. Haec datis ad ipſum d. VIII. Maii MDCCXVIII. litteris ita reſpondit (n). Nos enim rem totam proprio eiusdem arbitrio adeo commiſimus, vt ſicut volentem non impediremus, ita redire nolenti ex inſtituto iuris Gentium et iuſto erga Principem affinem officio ſub vlteriori protectione noſtra, eousque aſylum praebuiſſemus, donec ad ipſius reconciliationem via patuiſſet (o).

§. XL.

Quid hiſtoria arcana hac de re tradat, docet nos LAMBERTI (p) dum poſtquam haec Inquiſitionis Acta ad

(m) *De his late Leben des Czars Petri* p. 507. ſqq. *Electa Iur. publ.* Tom. XV. p. 247.

(n) *Lettres hiſt. Aout 1718.* p. 175.

(o) *Extant hac litterae in Electis Iuris publ.* Tom. XV. p. 966.

(p) *Memoires* Tom. XI. p. 162.

ad longum expoſuiſſet, tandem addit: *On aioutera pour concluſion quelques reſſorts ſecrets, qui m'ont eté communiques par une perſonne de la Nation Ruſſienne fort diſtingueé emploiee dans des Cours conſiderables pour le Czar, et qui a eté ſouvent nommee dans les Nouvelles publiques. Le Czar avoit eu de la Czarinne ſa ſeconde femme un Fils, qu'il fit apellé Pierre. La Czarinne qui avoit pris un grand aſcendant ſur l'eſprit du Czar, voioit auec peine que le Czarowitz ſon Fils ainé dut ſucceder par ſon Droit d'Aineſſe a l'Empire. Elle travailla a le perdre. Ce Prince en etant averti trouva a propos pour ſauver ſa vie de ſortir de l'Empire de ſon Pere. Il alla au Tirol, ou pour ſa ſeureté, il ſe fit loger dans la Fortereſſe a Inſpruck. Sur les Recherches du Czar, il alla a Naples croiant de ſ'y tenir incognito. Il fut meme logé dans un des chateaux forts de cette ville la. Le Czar decouvrit le lieu de ſon Refuge. Il envoia des gens. Ceux ci lui perſuaderent de ſ'en retourner ſous des promeſſes de Pardon de la part du Czar. A ſon retour, on lui fit renoncer a la ſucceſſion. Ce qu'il fit, aiant reſolu de ſe confiner lui meme dans un Couvent. La Czarinne craignant touiours pour ſon Fils neut point de relâche, qu'elle n'eut porté le Czaar a faire au Fils ainé le Procez, et a le faire condamné a mort. Ce qui eſt etrange, eſt que le Czaar, apres lui avoir dónné lui meme le Knut' qui eſt une Queſtion, lui coupa auſſi lui méme la téte. Le Corps du Czarowitz fut expoſer en public, et la Tete tellement adaptée au Corps, que l'on ne pouvoit pas diſcerner, qu'elle en avoit eté ſeparee. Il arriva quelque tems apres, que le Fils de la Czarine vint a deceder a ſon grand regret, et a celui du Czar. Ce dernier, qui avoit decollé de ſa propre main, ſon Fils ainé, reflechiſſant qu'il n'avoit point de ſucceſſeur, devint de mauvaiſe humeur. Il fut en ce tems informé que la Czarinne avoit des Intriques ſecretes et illegitimes avec le Prince Mentzikof Cela, ioint aux Reflexions, que la Czarinne etoit la cauſe qu'il avoit ſacrifié lui même ſon Fils ainé, il medita de faire raſer la Czarine, et de l'enfer-*

fermer dans un Couvent, ainſi qu'il avoit fait ſa premiere Femme qui y etoit encore. Le Czar avoit accoutumé de mettre ſes penſées journalieres ſur des Tablettes. Il y avoit mit ſon dit deſſein touchant la Czarinne. Elle avoit gagné des Pages, qui entroient dans la Chambre du Czar. Un de ceux ci qui etoit accoutumé à prendre les Tablettes de deſſous la Toilette, pour le faire voir à la Czarinne, prit celles ou il y avoit le Deſſein du Czar. Des que cette Princeſſe l'eut parcouru, elle en fit part à Menzikof, et, un jour ou deux après le Czar fut pris d'une maladie inconnuë et violente, qui le firent mourir. Cette maladie fut attribuée à du Poiſon, puis qu'on vit manifeſtement, qu'elle etoit ſi violent, et ſubite, qu'elle ne pouvoit venir que d'une telle ſource, qu'on dit etre aſſez uſitée en Moſcovie. Verum ſit fides penes auctorem.

§. XLI.

Quae patri competat poteſtas liberos coercendi, docent adducta exempla. Nunc an quoque pater habeat vindicandi poteſtatem, et praeſertim an pater illuſtris religionem mutans filium ſuum a matre diuerſae religionis retentum poſſit vindicare? Caſum proponit L. B. AB ANDLER. Erneſtus Wilhelmus comes Bentheimenſis, Arnoldi Mauritii patruus Ao. MDCLXXIII. natus quadrageſimo demum aetatis anno ad coniugium animum adiecit. quod inaequale quidem, ſed legitimo modo contraxit, et ſolemnibus ceremoniis in ſacello arcis Bentheimenſis, praeſente ſorore ſua Anna Amalia, et ſacra faciente Nicol. Grimmelio Paſtore ſuo Anno MDCLXI. d. XXII. Aug. peregit cum Gertrudi a Zelſt, honeſta magis quam nobili familia, Doelhingheni in Zutphania orta, Hartgeri de Zelſt, Iudicis Zellemenſis filia, quam aliquot poſt annos Imperator in ordinem Comitiſſarum S. R. Imp.

Imp. euexit, et foeminis primae nobilitatis et illuſtris ortus aequiparauit, filiosque eius ſucceſſionis et feudorum Imperialium capaces declarauit. Magnarum vero coniugium hoc turbarum materies fuit, quas primo Comitis frater Steinfurtenſis, et agnatus Tecklenburgicus, poſtea Epiſcopus Monaſterienſis Chriſtophorus Bernhardus ciuerunt: quaeque hunc tandem euentum habuerunt, vt Erneſtus Wilhelmus Ao. MDCLXVIII. ab exequiis fratris ſui Steinfurti celebratis domum reuertens, et in itinere in praedictum Praeſulem incidens ab eodem Coesueldiam abductus fuerit, vbi remotis eius domeſticis a Monachis obſeſſus, et continuis de religione ſermonibus defatigatus, denique auita ſacra eierare et Romanis accedere tantum non coactus eſt (q); Deinceps cum aduerſus Comitiſſam

(q) AITZEMA *Saken van Staat een Oorlogh VI. Deel p. 593. Unſoo hadt dee Graef ſyn Religie abgeſworen binnen Coerveldt, ende men vertroede dat het was door inductie van den Biſchop van Munſter.* IO. AB ALPEN. vita CHRISTOPH. BERNHARDTI lib VI. p 88. *Haec eadem catholicae veritatis lux tandem etiam Erneſto Guelielmo Benthemiano comiti coeleſti beneficio affulſit.* l. 5. *Germania, Gallia, Anglia, quondam perluſtratis iampridem Reformatorum dogmata nauſearat Feriis Pentecoſtalibus anno ſuperiore, 1668. ipſa in arce ſua, erecto clam altari, miſſae ſacrificio pie interfuerat, & Wiedenbruckio Cancellario ſolum conſcio, e manu Sacerdotis ſumſerat ſacram ſynaxin. Publicam fidei profeſſionem hucusque differebat, ratus et ſibi fore et Religioni oportuniorem quotidie diem. Obierat non ita pridem in arce Steinfurti Germanus frater Philippus Conradus ipſo praeſente funus in Sepulchro Maiorum per hos dies tumulabatur. Extremum hoc honoris, cum fratri detuliſſet, redire Benthemium parabat Chriſtophorus Bernardus in reditum hunc intentus qua tranſiturus eſt via eadem luce venationem inſtruit. Cumque in conſpectum veniret comes, humaniter ſalutatum Ahuſiam et inde Coesveldiam inuitat. Neque diſplicet comiti ocyus comitanti. Poſt biduum de-*

tiſſam ſex liberorum parentem iam in Epiſcopi poteſtatem redactam eaedem machinae adhiberentur, itaque Benthemio ducta ibidem licet laxius cuſtodiretur, illa ex hac cauſſa miro ſeſe aſtu extricauit, et eluſis cuſtodibus ſuis ancillae habitu vna cum filiolo recens nato et nutrice, euolauit Bentheimum, indeque Dauentriam incolumis peruenit; vbi ordinibus foederatis, quorum tutelae iam antea filios ſuos, quos ſub directione nobilis de Ertzbach Ao. MDCLXIX. eo miſerat, crediderat, ſe permiſit (r). Exinde id ſedulo operam dedere Monaſterienſes,

 vt

devote praeparatus erat vigeſima prima Auguſti dies Sacramenti confesſionis animum purgat. Dein Chriſtophoro Bernardo ad aram facienti religioſe aſſiſtit. Sub hoc poſt publicum orthodoxae fidei profesſionem manibus Epiſcopi coeleſti pane reficitur, denique facto confirmationis ſchiſmate inunctus fidei gratia reformatur. Sic Catholicus Scriptor de hac mutatione qui inde Clementis XI. epiſtolam ad Epiſcopum aeque ac Comitem ſubiungit.

(r) IO ab ALPEN vita CHRISTOPHORI BERNHARDI lib. VI. p. 94. *Coecus amor, qui ut Regum ſapientisſimos ita et eo quondam flexerat Erneſtum Guilielmum, ut e ſororis ſuae Gynecaeo Gertrudem Zelſtiam patria Doetichemienſem, Zelhemenſis Praetoris filiam, uxorem duceret, ritu quidem apud Reformatos uſitato; at clam omnibus, nec altero, quam eadem Germana ſua praeſente, tamque arcto etiam ſilentio aſſiſtenti à Praedicantibus imperato, ut ſi vel quoquo modo prodi contingeret hoc qualecunque matrimonium, nullum omnino vellet, nec unquam eo ſe obligatum. Haec comitem quinque iam liberorum patrem fecerat, obſequio pridem aulicorum et ſubditorum culta, ac nuper etiam benignitate Caeſaris adnitente cum primis Chriſtophoro Bernhardo in ordinem comitum relata. Quam ipſa gratiam promeruerat, non tam ex connubio Comitis mariti, quam ſtimulo Religionis catholicae, et ſecutura breui conuerſione, apud Auguſtum aeque ac Monaſterienſem Praeſulem litteris ac internuntiis non unis ſimulata. Felix equidem hactenus, ſed felicior ſibi*

vt Comitis animum ab vxore abalienarent epiſtolisque interceptis eum inſtigarent, quo datis ad Batauiae ordines lite-

ſibi ac proli ſuae, ſi quae ad gradum thorumque Comitis ſublimata, conjugis impoſterum genis promptior acceſſiſſet. Nunc ut primum ipſa Romanam fidem Erneſtum Guilielmum Coesvoldiae amplexum audit, filios quatuor natu maiores, ex arce et Comitatu Benthemico in Tranſyſalaniam vicinam dimittit: nec ipſi reformidat comiti minaciter ſignificare, ne redeunti quidem oſtium patens fore, ſed vti prolem ac ſe, ita et caſtrum alieno et fortiore breui praeſidio cuſtoditum iri. IO. ab ALPEN lib. VI. p. III. *Interea Monaſterii in aedibus, ut dixi, Romeri Conſulis Comitiſſa attinetur, ea tamen cum libertate, quae ne ſpeciem quidem cuſtodiae merebatur. Vix ab uſitato diſcrepabat is vitae modus. Famulabus non ſecus ac Benthemii, et imprimis perdilectae Neptis ſuae obſequio utebatur; Scribebat, deſtinabatque litteras pro arbitrio. Nec alius iſthic praeterquam miles unus ad oſtii maioris limen excubabat, perinde, quae Comitiſſa, quae Neptis eſſet aut Famula, imperitus, libertas vel ideo permiſſa maior, quod propria nunc manu prolem reddi ſollicitaſſet, nec fugae ſuſpicionem ea creare poſſet, quae cum Beniamino ſuo, tanta nuper difficultate Benthemio Monaſterium deuecta, a Comitatu nunc etiam remotior in meditullio Dioeceſis, et ipſius urbis tot inter portarum vigilias nimium ſecure aſſeruari credebatur. Solebant ab aurigis Benthemianis, quas Weſtphaliae Bataui ſubmittunt merces, Monaſterium vehi. Eorum alter cum ſub Nouembrem depoſito apud Mercatorem onere Benthemium redire cogitat, a Comitiſſa tecte ſatis conducitur, qui Benthemium verſus ſarcinam hanc transportet. Igitur ſummo mane vulgari ancillam habitu mentita, nihil doli ſuſpicato excubitore e domo ſe proripit, nec procul a porta ciuitatis, ipſa et è veſtigio ſecuta cum prole nutrix, currui impoſitae feliciter Benthemium vehuntur. Nec iſthic ſibi ſalſa, ſalutato prorſus nemine, in Tranſiſalaniam peruolat, ac tandem Dauentriam appellit, praeproperatis itineribus fatigata. Inde modicum poſt quietem amicorum ſuaſu, ductuque, feſtina in Hollandiam ſecedit, ac demum Hagam Comitis appulſa una cum prole, quae mox prodibat*

literis acerbitatis pleniſsimis coniugi ſuae crimen malignae deſertionis et plagii impingeret; tandem eo inhumanitatis illum compulerunt, vt poſtquam Epiſcopus Monaſterienſis matrimonium illud d. 8. Iul. MDCLXXVIII. pro nullo declaraſſet (s) repudium illi renuntiaret, filios abdicaret, eos ſpurios et omnis haereditatis exſortes pronuntiaret (t). Status Foederati Comitisſae et liberorum pro-

 tectio-

dibat apud ſartorem hoſpitatur: firmato ſic malorum initio, quibus non minus ipſa quam liberi poſt modum ſerius experti ſunt, coeco fuiſſe matris conſilio inuolutos.

(s) Extat ſententia Epiſcopi apud Lunigium ſpicileg. Secul. T. I. p. 38. in qua: *cum non ſuper valetudine et ſubſiſtentia matrimonii inter Dominum Erneſtum Wilbelmum Comitem in Bentbeim Tecklenburg et quandam Gertrudem de Zelſt plebeiam alias praetenſe initi coram nobis quaeſtio mota ſit, quod poſt diligentem ac maturam facti ac iuris diſcusſionem, adhibitis pluribus etiam extraneis et in uniuerſitatibus conſtitutis impartialibus Theologis ac Canoniſtis ac praehabitis eorundem pariter ſuffragantibus votis ac Reſponſis praetactum huiusmodi praetenſum matrimonium inualidum ac nullum eſſe ac fuiſſe deprehenderimus, et tale adhuc eſſe auctoritate epiſcopali declarauimus, nec non bene memoratum Dominum Comitem Erneſtum Wilbelmum nullo praetenſi iſtiusmodi matrimonii vinculo ligatum. Sed omnino non ſolutum ac liberum eſſe, qui matrimonium cum alia Domicella vel Domina pariter ſoluta ac libera iuxta formam ſancti Concilii Tridentini legitime inire in eodemque libere et licite permanere et viuere posſit, ac valeat.*

(t) Verba ſunt IMHOFII *Notitia Procerum* lib. IX. c. I. §. XVIII. AITZEMA c. l. op dees tiidt veranderde de Graef Ernſt Willem van Benthem van Religie werdende van Ghereformeert, Roomſch Catholiich. De Vrouwe Gravinne wat naeuwer van conſcientie ende niet honnende begrypen dat de Religie ſoudewychen voort Intereſt van ſtaet addreſſerde haer door eenen klaegheliichen Brief aen haer Hoogmogende ſupplicerende oin haere Profectie voor haer

tectionem, flebili licet libello a Comitiſſa ipſis commendatam (u) ſub initium aperte haut ſuſcipiebant ignorantes etiam, vbi latitarent, ne ad exhibendum obligarentur; Ablegauerat Erneſtus Guilielmus ad Batauos Baronem Reedium Brandlichti Dynaſtam, vt in proceſſum inquireret ſedulo, eiusdemque reſtitutionem perurgeret. Huic per eos dies Hagae Comitis moranti reſpondent ordines, latebras prolium latere ſe, quod ſi locum ac receptores deſignare posſit, minime recuſaturos id quod ipſimet patrio iuri omnino conſentaneum arbitrentur (x). Tranſiſalani vero ordines comitiſſae omnibus viribus adſiſtebant, rem eſſe conſcientiae atque Religionis declarantes. Certior factus parens proles repoſcit, quae tamen occultabantur et certae ponebantur ante reſtitutionem conditio-

haer ende haer ſes kinderen: van de ionghste een ſoontie, genaemt ſtatius wierden haer Ho. Mog. Gevaeders maer difficulterde de Tutele; de Gravin ſondt die alle ſes onder d'opſicht van een Edelman Ertsbach genaemt herwaerts de welche haer alhier bedeckt hielt, dat ſe niet weder in handen van den Graef vielen, die hem namaels door veel Brieven aen den ſtaet verſocht.

(u) AITZEMA p. 595. *Roopende ſyne Kinderen die hie by deſen brief verſocht men Wille haere beſcherminghe niet wel opentlick aen nemen, maer en liet toe dat ſy achter de handt wierden gehonden door haer opſiender. Den ſtaet hadde de Tutele en opſicht over deſelve niet aengenommen, ende daerom ſeyde niet de weten waer ſe te vinden waren, ſooſe den Graef wislen te recouvreren dat men hem met ſoude tegen zyn Inneghesien men den vader niet en wilde benemen het natuyrlick recht t'welk hem toequam over ſyn Kinderen. Over yſſel appuyeerde de Zyde vande Gravinne met alhaer macht, ſegghen de dat het een Religie ende conſcientie werck was, ende dat de ſalighept rechte, ende hadden niet ongheerne gheſien, dat men den Biſſchop den handt wat hadde gehort.*

(x) IO. AB ALPEN Lib. VI. pag. 110.

tiones, quarum praecipua erat, vt dictae coniugi et liberis ſecuritas praeſtetur, ipſique liberum exercitium Religionis Reformatae (y) relinquatur. Comes dictam coniugem non ſolum tanquam ream plagii, et malitioſam deſertricem accuſabat, ſed etiam poſtquam Epiſcopus Comitis cauſam Leopoldo imp. commendaſſet (z), a Iudicio Aulico Mandatum de exhibendis liberis S. C. petebat contra matrem detentricem. Obſtabat equidem quod iura patriae poteſtatis hodie non amplius ita vigeant, vt per Mandata S. C. vindicare filios pater poſſit. Opus eſſe cauſae cognitione et proceſſu, antequam aliquid ſtatui queat, cum ſecundum dictas leges cauſa aliquando iuſta poſſit ſubeſſe, cur apud matrem potius filius mora-

(y) Sic enim in reſolutione ſtatuum foederatorum, Mercurii d. XVII. Iulii MDCLXIX. *Jedoch daſs ſie, Frau Gräffin zuvor in ſecurität geſtellt, daſs ſie weder Ihre Kinder oder Freund der Ihrigen nicht wiederum ſolle verführet werden, daſs zugleich Ihr und Ihren geſagten Kindern das freye Exercitium Religionis der Reformirten ungehindert möge werden, vergönnet, und genieſſen den Gebrauch der Heiligen Sacramenten, durch einen ſolchen Prediger, als ſie urtheln wird, bequähme zu ſeyn, ohne darinnen turbiret zu werden, vornehmlich in Anſehen der vorſagten Kindern, biſs davon jedweden derſelben wird gekommen ſeyn zu ſeinen mündigen Jahren.*

(z) IO. AB ALPEN lib. VI. p. 112. *Hoc tempore vti et annis poſt ſubſecutis in aula potiſſimum Monaſterienſi degebat Erneſtus Guilielmus a Chriſtophoro Bernardo adoptatus, habitusque ſemper, ceu filius a parente. Hic vero, ſicut et prudens quisque, plagium hoc imprimis auerſabatur, expertusque iam, quod Bataui pluries, licet amice interpellati, non modo nollent prolem reſtituere, ſed Decreto etiam quot menſibus ſubſidio, coniugem in terris ſuis ſtatuerent alere, atque ita aduerſus maritum herumque ſuum fugientis contumaciam fouere viderentur negotium hoc Leopoldo Caeſari ac Regi Ludouico ſollicite commendat.*

rari debeat. Nihilominus d. 22. Nouembr. MDCLXIX, mandatum contra matrem, ſub poena amiſſionis omnium commodorum, quae ipſi ex pactis dotalibus aut alias obuenire poterant, fuit decretum (a). Ante hoc Mandatum Comes d. 4. Februarii MDCLXIX. coniugi inſtrumentum fecerat inſinuari, quibus ipſa de malitioſa deſertione et plagio incuſabatur, ipſique mandabatur, vt intra quatuordecim dies poſt factam inſinuationem Bentheimum veniat. Epiſcopum Monaſterienſem a Caeſare conſtitutum protectorem atque tutorem roget, vt cum marito iterum concilietur. Ad haec Comitiſſa d. 6. Martii MDCLXIX. reſpondebat et locum non tutum eſſe excipiebat, ſeparatam eſſe, loco alio tuto pedibus marito prouolui et cum ipſo conciliari. Idemque poſtea iteratis litteris repetebat. Poſtquam vero dictum Mandatum a Iudicio Aulico fuiſſet impetratum, conſiliarius atque Reſidens Caeſareus Krampach de Cronenfeld d. 4. Ianuarii, 10. Februarii, et 14. Auguſti apud Ordines Foederatos inſtabat, ne comitiſſam cum liberis amplius protegerent, potius eosdem dimitterent. Verum in Ordinum Foederatorum conſeſſu Veneris d. 5. Septembris MDCLXX. decretum fuit Reſidenti Caeſareo eſſe declarandum, ſe fugam Comitiſſae cum liberis nec propoſuiſſe nec promouiſſe (b) ipſos equidem miſericordia motos conſenſiſſe, Hagae Comi-

(a) L. B. AB ANDLER lib. I. Tit. V. P. XII. n. 7.

(b) *Daß Ihre Hochmögd. wohl können erklären, weder mit That noch mit Rath befördert zu haben, das Ausweichen von der Frau Gräfin von Bentheim und ihrer Kinder aus der vorſagten Grafſchafft nach, und in dero Landen, und ſolt daſelbige niemahlen Meinung haben gehabt, oder noch haben, die gemeldte Frau Gräfin, oder ihre Kinder zu vermögen alhir zu ſeyn, oder zu bleiben.* IO. AB ALPEN lib. VI. p. 128.

mitum commorarentur, ipſisque alimenta praebuiſſe (c), ſe tamen minime obligatos eſſe, vt Comitiſſam cum liberis extraderent, dum iſta ad ſubmisſionem ſit parata, ſi modo ipſi cum liberis liberum Religionis exercitium relinquatur, minimum ad illud tempus, vsque dum ad annos diſcretionis venerint (d) liberi. Alias ſe totam hanc

(c) *Daß wol war iſt, daß die gemeldte Frau Gräfin einige Zeit hernach ihren Vortzug aus der Grafſchafft ſich mit ihren Kindern alhier in den Haag hat niedergeſetzt, und daß Ihre Hochmögd. aus einen chriſtlichen Mitleiden über die Ungemachen, welche dem gemeldten Hauſe von Bentheim durch die diſſidia darinn entſtanden wären, überkommen nicht hätten können anſehen, daß die gemeldete Frau Gräfin und ihre Kinder in die euſſerſte Ungelegenheit ſolten gebracht werden, und deshalben ihr etwas zu Dero Unterhalt haben laſſen zukommen.*

(d) *Daß die vorſchriebene praeſuppoſita zumahln aluſiua Ihr Hochmögd. auch gebracht ſeynd im Stand, umb durch authorität und ſouverainer diſpoſition den gemeldten Herrn Grafen von Bentheim nicht zukönnen aſſiſtiren, zumahln Ihre Hochmögd. nicht können, vielweniger durch einige Contracten oder Rechten, verbunden ſeynd, Die gemeldte Frau Gräfin von Bentheim und ihre Kinder unter der Bottmäſſigkeit nicht zu empfangen, oder Dero Verbleiben alhier aufzukündigen, und noch vielweniger umb dieſelbe Kinder durch die gemeldte Frau Gräfin in Land gebracht, Ihr ohne Rechtsmitteln die Mutter ſeinde mit Gewalt zu nehmen, und an den mehrgemeldten Grafen den Vettern in Fugen und manier von Thätlichkeiten überzuliefern, ſonderlich da die mehrgemeldte Gräfin ſuſtiniret zum vorgemeldten vorziehen benothdränget geweſen zu ſeyn, ſich geneigt erzeigt, die Ehr der Bequehmung von gemeldten Herrn Grafen zu genieſſen, vermeinet aber recht zu haben zu beſorgen, daß ſie und die vorſchriebene Kinder mögen verbleiben bey der Religion, von welcher gemeldter Herr Graf und die Frau Gräfin Anfangs ihrer Ehe geweſen, und worinnen ſie beyde und*

hanc cauſam iudicio atque executioni Iudicis relinquere.

§. XLII.

Inter haec Ludouicus XIV. Gallorum Rex Belgis erat infeſtus, cum quo faciebat Epiſcopus Monaſterienſis. Et poſtquam Galli diuerſas iam dum Belgarum prouincias occupaſſent, iſti in caſtra Gallorum Legatos mittebant, pacem petituri. Duras admodum conditiones Galli proponebant, atque inter has (e): *promettent les dits Etats de faire rendre au Comte de Benthem ſes enfans, qui ont été retenus par la Conteſſe de Benthem ſa femme ſous l'autorité et protection deſdits Etats, non obſtant les inſtances par luy faites pluſieurs fois, qu'il a fait appuyer des recommendations de l'Empereur, et de ſa Majeſté très chretienne à fin d'obtenir la dite reſtitution.* Verum dum iſti Tractatus abrumperentur, nihil fuit actum. Poſtmodum vero inter ordines Foederatos atque Epiſcopum Monaſterienſem d. XXII. Aprilis MDCLXXIV. vnitos inſertum fuit, in hac pace comprehendi etiam familiam Comitum Benthemenſium, horum vaſallos atque ſubditos, vtque omnia iſto bello ipſis ablata reſtituantur, diſſidia matrimonii componantur, ſalua tamen Imp. Iurisdictione (f).

§. XLIII.

und ihre Kinder gebohren und aufgebracht ſeynd, und darinn der gemeldete Herr Graf bey der chriſtlichen Tauf het verſprochen, dieſelbe Kinder aufzubringen, zum wenigſten, biß davon dieſelbe zu ihren Jahren und Diſcretion gekommen ſelbſt profeſſion könnten thun, und ſolche Religion, welche ſie in ihren Gewiſſen zu behalten, Ihrer Seelen urtheilen möchten zu bekennen.

(e) Art. X. extant iſtae conditiones, *en recueil des Traités de paix* Tom. IV. p. 320. 300. IO. AB ALPEN lib. VII. §. XLVII.

(f) *Art. VI. comprehendatur hac pace et Amneſtia Domus et familia Comitum de Benthem eiusque Miniſtri, Vaſalli, et ſubditi, et quae ipſi*

XLIII.

Interim Comitiſſa cum liberis Hagae Comitum commorabatur. Monaſterienſes vero Conſilium capiebant de ſubducendo matri Erneſto filio. Huius Conſilii participes erant pater Volckers et Langenkans et Quaeſtor Bentheimenſis Koefort, qui Ericum de Hochkircke, poſteà dictum Eduardum Vldericum Hilders Ieueranum ſubornauerant, vt dictum comitem Erneſtum ſub ſpecie venationis in locum ſolitarium deducerent, vnde ſubleuari atque Bentheimum transferri poſſit. Verum detecta fuit conſpiratio, atque a dicto Eduardo Vlderico Hilders Ieuerano d. IX. Octobris MDCLXXVII. omnia per teſtimonium fuerunt confirmata. Dum autem Comes Bentheimenſis repudiata dicta Gertruda A. MDCLXXVIII. Annam Iſabellam Comitiſſam in Limburg Gehmen Matrimonio ſibi vellet copulare, dicta Gertruda, datis ad illius matrem Iſabellam, eiusdem fratrem Ferdinandum Comitem de Vehlen litteris, contra hanc Bigamiam proteſtabatur, ne iſtam concederent, petens. Talis proteſtatio etiam a dicta Comitiſſa d. V. Auguſti MDCLXXVIII. coram curia Iuſtitiae Hagae Comitum, ſolenni ritu fuit facta, iſtaque ab ordinibus Foederatis per tubicinem ad Comitem

 Bent-

ipſi durante hoc bello ablata fuerunt; vtrimque reſtituantur. Gaudeatque dictus Dominus Comes absque vllo impedimento, vti reliqui Imperii ſtatus ſuis iuribus et Regalibus et ſub caes. Maj. et imperii protectione tranquille relinquatur; Et poſt horum Tractatuum Ratihabitionem allaborabunt pars vtraque coram Caeſ. S. Maj. quo pax, ſecuritas et amor praecipue coniugalis in ea Familia reſtituantur et ſtabiliantur, iurisdictione tamen Caeſarea ſemper ſalua et reſeruata. Recueil des Traités de Paix Tom. IV. p. 333.

hanc cauſam iudicio atque executioni Iudicis relinquere.

§. XLII.

Inter haec Ludouicus XIV. Gallorum Rex Belgis erat infeſtus, cum quo faciebat Epiſcopus Monaſterienſis. Et poſtquam Galli diuerſas iam dum Belgarum prouincias occupaſſent, iſti in caſtra Gallorum Legatos mittebant, pacem petituri. Duras admodum conditiones Galli proponebant, atque inter has (e): *promettent les dits Etats de faire rendre au Comte de Bentheim ſes enfans, qui ont été retenus par la Comteſſe de Bentheim ſa femme ſous l'autorité et protection desdits Etats, non obſtant les inſtances par luy faites pluſieurs fois, qu'il a fait appuyer des recommendations de l'Empereur, et de ſa Majeſté très chretienne à fin d'obtenir la dite reſtitution.* Verum dum iſti Tractatus abrumperentur, nihil fuit actum. Poſtmodum vero inter ordines Foederatos atque Epiſcopum Monaſterienſem d. XXII. Aprilis MDCLXXIV. vnitos inſertum fuit, in hac pace comprehendi etiam familiam Comitum Benthemenſium, horum vaſallos atque ſubditos, vtque omnia iſto bello ipſis ablata reſtituantur, diſſidia matrimonii componantur, ſalua tamen Imp. Iurisdictione (f).

§. XLIII.

und ihre Kinder gebohren und aufgebracht ſeynd, und darinn der gemeldete Herr Graf bey der chriſtlichen Tauf het verſprochen, dieſelbe Kinder aufzubringen, zum wenigſten, biß davon dieſelbe zu ihren Jahren und Diſcretion gekommen ſelbſt profeſſion könnten thun, und ſolche Religion, welche ſie in ihren Gewiſſen zu behalten, Ihrer Seelen urtheilen möchten zu bekennen.

(e) Art. X. extant iſtae conditiones, *en recueil des Traités de paix* Tom. IV. p. 320. 300. IO. AB ALPEN lib. VII. §. XLVII.

(f) *Art. VI. comprehendatur hac pace et Amneſtia Domus et familia Comitum de Benthem eiusque Miniſtri, Vaſalli, et ſubditi, et quae ipſi*

XLIII.

Interim Comitiſſa cum liberis Hagae Comitum commorabatur. Monaſterienſes vero Conſilium capiebant de ſubducendo matri Erneſto filio. Huius Conſilii participes erant pater Volckers et Langenkans et Quaeſtor Bentheimenſis Koefort, qui Ericum de Hochkircke, poſtea dictum Eduardum Vldericum Hilders Ieueranum ſubornauerant, vt dictum comitem Erneſtum ſub ſpecie venationis in locum ſolitarium deducerent, vnde ſubleuari atque Bentheimum transferri poſſit. Verum detecta fuit conſpiratio, atque a dicto Eduardo Vlderico Hilders Ieuerano d. IX. Octobris MDCLXXVII. omnia per teſtimonium fuerunt confirmata. Dum autem Comes Bentheimenſis repudiata dicta Gertruda A. MDCLXXVIII. Annam Iſabellam Comitiſſam in Limburg Gehmen Matrimonio ſibi vellet copulare, dicta Gertruda, datis ad illius matrem Iſabellam, eiusdem fratrem Ferdinandum Comitem de Vehlen litteris, contra hanc Bigamiam proteſtabatur, ne iſtam concederent, petens. Talis proteſtatio etiam a dicta Comitiſſa d. V. Auguſti MDCLXXVIII. coram curia Iuſtitiae Hagae Comitum, ſolenni ritu fuit facta, iſtaque ab ordinibus Foederatis per tubicinem ad Comitem

 Bent-

ipſi durante hoc bello ablata fuerunt, vtrimque reſtituantur. Gaudeatque dictus Dominus Comes absque vllo impedimento, vti reliqui Imperii ſtatus ſuis iuribus et Regalibus et ſub caes. Maj. et imperii protectione tranquille relinquatur; Et poſt horum Tractatuum Ratihabitionem allaborabunt pars vtraque coram Caeſ. S. Maj. quo pax, ſecuritas et amor praecipue coniugalis in ea Familia reſtituantur et ſtabiliantur, iurisdictione tamen Caeſarea ſemper ſalua et reſeruata. Recueil des Traités de Paix Tom. IV. p. 333.

Bentheimenſem fuit transmiſſa (g). Hoc tamen non obſtante, ex ſententia Theologorum ac Iureconſultorum Catholicorum dirempto per Epiſcopum Monaſterienſem priori matrimonio, facultas ipſi fuit conceſſa, nouum ineundi, ideoque dictam Annam Eliſabetham in arce Gemen ſolenni ſtabilique matrimonio ſibi copulauit, asſiſtente poſt illuſtrisſimos teſtes, ac benedicente Neoſponſis Iohanne Conſtantienſe, de Richeliis, Borckenſis tunc Eccleſiae Decano (h).

§. XLIV.

Durantibus Neomagi Pacis Tractatibus cauſam ſuam etiam Comitiſſa ibidem agi volebat, publicato Ann. MDCLXXIX. Maniſeſto ad Imp. Regesque Europae, Electores, Principes, ac ſtatus Germaniae Legatosque Nouiomogi congregatos directis (i), in quo totam cauſam ad-

(g) *Extant hae litterae et proteſtatio in Maniſeſto Comitiſſae, quod mox excitabo* p. 129.

(h) IO. AB ALPEN lib. X. p. 588.

(i) *Prodiit ſub titulo Ordentliches Maniſeſt und rechtlichen Deduction, betreffend die Uneinigkeit in den Gräfl. Hauſe Bentheim von der Gräffinne zu Bentheim Tecklenburg, Steinfurth und Limburg etc. gebohrne von Zelſt. An Ihre Kayſer- auch Allerchriſtliche Königl. Majeſtäten, Churfürſten, Fürſten, Republiquen des Heil. Röm. Reichs Stände, und dieſer aller Abgeſandte zu Nimwegen und Regenſpurg, I. zu Beſchützung Ihr und Ihrer Gräfl. Kinder ehelichea Recht, Graf - Herrſchafften unmittelbahren Rechten im Heil. Röm. Reich und der Frau Gräffin unſträfl. Verfahren. II. Zur Anklage und Zerſtörung der von ihren Eheherrn zu Unrecht angangener Bigamie. Ausgeſchrieben mit 30. Beylagen ſub lit. A. B. C. Amſterdam 1679. f. et 4.* Adde *Abregé du Maniſeſt de Madame la Comteſſe de Bentheim, Tecklenbourg, Steinford, Limbourg etc. née de Zelſt, contenant l'hiſtoire des differens de cette famille la juſtifiant innocent procedé de la dite Dame et ſon legitime mariage: et*

adhibitis documentis refert, cui tamen Comes reſponſum oppoſuit (k). Mors tandem ex aegritudine miſeram conſecuta eſt. Efflauit ſpiritum d. XXIX. Martii MDCXXIX. Cum prius filios ſuos denuo ordinum clientelae, et fidei commendaſſet, neque defuere iis hactenus proceres Batauorum, ſed conſtitutis tutoribus publica benignitate inopiam orphanorum ſubleuarunt.

§. XLV.

Anno demum MDCXCI. XV. Maii, lis illa ac contentio opera dictorum mediatorum Bilefeldiae fuit compoſita, his conditionibus, vt filii Comitis Erneſti Wilhelmi pro Comitibus Imperii declararentur, et poſt genitoris exceſſum comitatum Steinfurtenſem nec non dynaſtias Alpen et Hauickeswehrt, praetereaque pro comitatu Bentheimenſi, in quem Arnoldus Mauritius Comes Steinfurtenſis ſucceſſurus erat, annuos mille thaleros acciperent, et ius in Bentheimenſem Comitatum, ſi iſte ſine prole deceſſurus eſſet, ſuccedendi ſartum et tectum haberent. Fatis conceſſit Erneſtus Wilhelmus Bentheimii d. XXVI. Auguſti St. n. MDCXCIII. (l). Ad cuius transactionis illuſtrationem faciunt, quae ita ſcribit IO. AB ALPEN (m): *per hos annos (vt hanc honori ac virtuti-bus*

et maintenant le droit d'avoir a heritage paternel la Comté de Bentheim etc. pour Meſſieurs les jeunes Comtes ſes fils a la Haye 1679. 12.

(k) IMHOFF *Notitia procerum* lib. IX. c. I. §. 18. de eo ſic ſcribit: *Proſtant de hac ipſa cauſa, quam ſuccincte enarraui, ſchediasmata duo, quorum alterum Belgico, alterum Gallico idiomate,* (cui titulus) (abregé du Manifeſt de Madame la Comteſſe de Bentheim) *ſcriptum eſt et rem vberius recenſet.*

(l) Verba ſunt IMHOFII I. C. p. 85. edit. nouae.

(m) lib. VI. p. 106.

bus humanisſimi Comitis mantiſſam tribuanius) ingens illi, ſuper ſuccesſione Comitatus Bentbeimienſis controuerſia fuit, cum patruelibus, Erneſto, Chriſtophoro Bernardo, et Statio Philippo qui tres ex liberis prioris thori Erneſti Guilielmi hodie ſuperſunt, quod hi Reipubl. Batauorum, aliorumque Magnatum fauore ac praeſidio fulcirentur, magnis initio difficultatibus inuoluta. Poſtquam vero Principibus Epiſcopis Paderbornenſi et Osnabrugenſi a Caeſare delegata eſt cauſa, anno tandem nonageſimo primo, decima quinta Maii Bileſeldiae opera ſubdelegatorum partes conuenere: vt poſt deceſſum Erneſti Guilielmi Comitatus Bentheimienſis integer cederet Arnoldo Mauritio; e contra Comitatus Steinfurt cum Dynaſtiis Alpen et Havickeswerdt tranſiret ad patrueles et his inſuper ex Comitatu Bentheimico quotannis numerarentur imperiales mille. Sin eueniret, Arnoldum Mauritium ſine maſculo haerede praemori, in Comitatum ei Bentbemicum ſuccederent patrueles; et vice verſa horum in pari caſu decedentium portio ad Arnoldum Mauritium rediret. Et quanquam Bileſeldienſis ea, tot curis, impendiisque compoſita et poſt ſecutam eodem etiam anno Caeſaris confirmationem, perfecta transactio litem omnem diremiſſe credebatur; praeſertim cum pars vtraque (quando ſub annum nonageſimum tertium, die vigeſima ſexta Auguſti e viuis exceſſit Erneſtus Guilielmus) ad huius amusſim ſe confirmaret, poſtmodum nihilominus eiusdem occaſione noua poſtulata ac noui denuo contentionum aeſtus erupuere, quos tamen et caeſaris authoritas et delegatorum prudens arbitrium oportune iterum extinguet.

§. XLVI.

De filio ducis contra patrem rebellante ita diſponit Lex Alamannica (n); *Si quis dux habet filium contumacem et malum, qui rebellare conetur contra ipſum patrem ſuum per*

(n) tit. XXXIV.

per ſtultitiam ſuam vel per conſilium malorum hominum, qui volunt diſſipare prouinciam, et hoſtiliter ſurrexit contra ipſum patrem ſuum, dum adhuc pater eius potens eſt, et vtilitatem Regis poteſt facere, id eſt, exercitum gubernare, equum aſcendere, vtilitatem Regis implere, et filius eius eum vult dishonorare aut per raptum regnum eius poſſidere, non obtineat, quod inchoauit. Et ſi pater eius eum vicerit, et adprehendere potuerit in ſua ſit poteſtate, aut exiliet eum de prouincia, aut vbicunque transmittat eum, aut Regi domino ſuo, et de hereditate paterna amplius ad eum nihil pertineat, quia inlicitam rem contra patrem ſuum fecit

II. Et ſi fratres habuerit, ipſi fratres inter ſe per voluntatem Regis diuidant hereditatem patris eorum, illi autem qui rebellauit contra patrem ſuum non dent portionem inter ipſos.

III. Et ſi amplius non fuerit, niſi ille vnicus qui rebellauit, tunc illa hereditas, quam ille Dux habuit, poſt mortem eius in poteſtate Regis ſit, cui vult donet, aut illi filio Ducis qui rebellauit, ſi potuerit per ſeruitium hoc ad pedes Regis conquirere; aut ſi alii vult dare, in ſua ſit poteſtate.

CAPVT II.

DE EMANCIPATIONE ILLVSTRIVM.

SECTIO I.

IVRIS EXHIBENS PRINCIPIA, PROPOSITA A IO. AVG. HELLFELD.

SVMMARIA.

§. I.

Iure N. emancipatio fit ſolo patris conſenſu.

§. II.

Eſt illa vel expreſſa vel tacita.

§. III.

§. III.

Triplex emancipatio Romanorum.

§. IV.

Antiquiſſima apud Germanos eſt emancipatio.

§. V.

Quomodo apud maiores noſtros emancipatio ſit facta et an indicialiter.

§. VI.

Huc quoque facit ſeparatio liberorum.

§. VII.

Hodie emancipatio fit tam per ſeparationem, quam per Anaſtaſianam vel Iuſtinianeam emancip.

§. VIII.

Emancipationis vſus inter illuſtres ſupremos imperantes.

§. IX.

Qui tamen absque ſolennibus ſolo conſenſu emancipant. Imo emancipatione opus non eſt, ſi cum liberis pater vult contrahere.

§. X.

An inter Germaniae proceres emancipatio iuris Iuſtinianei ſolemnia deſideret.

§. XI.

An pater filio donaturus, ſeu cum eo contracturus eum emancipare teneatur, quod negatur.

§. XII.

Licet conſilii ſit, vt eum emancipet; quod tamen coram ſe ipſo facere poteſt.

§. XIII.

Emancipatis ſalua ſunt familiae iura.

§. XIV.

Dari poteſt curator ei, qui patriae ſubeſt poteſtati, licet non emancipatus ſit.

§. I.

Dum liberi, conſentiente patre, e patria dimiſſi ſunt poteſtate, illi emancipati dicuntur (a). Poſſunt autem liberi dimitti ex patria poteſtate in naturali aeque ac in ciuili ſtatu. Iure naturali patria poteſtas non niſi morte vel conſenſu parentum finitur (C. I. §. 27.). Hinc quoque emancipatio non niſi conſenſu parentum fieri poteſt, praeter hunc vero aliae haud requiruntur ſolennitates, quippe quae omnes a ſtatu pendent ciuili.

§. II.

(o) Confer hic CHR. THOMASII *diſſ. de quaſi emancipatione Germanorum;* addatur tamen ILL. I. C. HEIMBVRGII *diſſ. difficillima emancipationis capita ſiſtens.*

§. II.

Conſenſu parentum liberi emancipantur (§. 1.). Conſenſus vel expreſſus vel tacitus eſt. Ergo quoque emancipatio vel expreſſa vel tacita eſt. Expreſſo parentum conſenſu, quin patria finiatur poteſtas, vix erit dubium, dum cuilibet liberum ſit, iure ſibi competente et ſic quoque patria ſe abdicare poteſtate. Tacita emancipatio fit, quando pater permittit, vt filius ſeparatam inſtituat oeconomiam, res ſuas ſibi habeat, ſe ſuamque familiam pro arbitrio ipſe regat.

§. III.

Triplex apud Romanos emancipandi ratio fuit, per ritum nempe mancipationis, per principis reſcriptum et coram magiſtratu. Prior vetus, altera Anaſtaſiana et tertia Iuſtinianea dicitur emancipatio. Vetus iam recentiori Romanorum tempore extra vſum fuit (b), hodieque plane non adhibetur.

§. IV.

Apud maiores noſtros emancipatio ab antiquisſimis iam temporibus fuit in vſu. De ea enim TACITVS (c): *ſed arma ſumere non ante cuiquam moris, quam ciuitas ſuffecturum probauerit. Tum in ipſo concilio vel principum aliquis vel pater vel propinquus ſcuto frameaque iuuenem ornant. Haec apud illos toga, hic primus iuuentae honos, ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae.* Inde cum domus pars eſſe deſierunt armis cincti, dubium non eſt, quin parentum poteſtate illico exierint.

§. V.

(b) L. vlt. C. *de emancipatione*

(c) *de Mor. Germ.* cap. XIII.

§. V.

Et quidem apud Germanos liberi e patria dimittebantur poteſtate, quoties ſeparatam a rationibus paternis conſentiente patre inſtituerent oeconomiam, ſibique ipſis proſpicere poſſet. Et ſicuti apud Romanos emancipatio coram iudice fiebat, ita quoque apud Germanos ſimile olim factum videtur. Saltim TACITI citata verba hoc ſatis innuunt et confirmat lex Salica verbis (d): *Si quis de parentela tollere ſe voluerit in mallum aut in tunchinium admallare debet, et ibidem quatuor fuſtes alninos ſuper caput ſuum frangere debet in quatuor partes et illas in mallo iacere debet, et ibi dicere: Quod ſe et de iuramento et de hereditate et de tota ratione illorum tollat, et ſic poſtea, ſi aliquis de ſuis parentibus aut morietur aut occidetur, nulla ad illum compoſitio hereditatis perueniat. Simili modo, ſi ille moriatur, ad ſuos parentes non pertineat cauſſa, nec hereditas eius, ſed a modo cum duodecim iuratoribus ſe ex inde educat.*

§. VI.

Inſtar emancipationis apud maiores noſtros vſitata fuit LIBERORVM SEPARATIO *die Abſonderung*, qua pater liberos, certa eis bonorum parte adſignata, ex patria dimittebat poteſtate, de quo I. P. SAX (e): *Hatt ein Vater ſeine Kinder in Vormundſchafft* (f) *nach ihrer Mutter Todt, wann ſie ſich darnach von ihn ſcheiden, er ſoll ihm laſſen und geben alles ihrer Mutter Guth.* Conſentit ius PROV. SVEVIC. (g): *Der Vater ſoll ſeinen Son von Ihm abſondern, ſo er 25. Jahr alt iſt.* Et haec quoque ſeparatio plerumque in iudicio eſt facta

(d) tit. LXIII.

(e) lib. I. Artic. XI.

(f) Exinde patet, quod emancipati intelligantur liberi. Nam exiſtentes ſub P. P. tutores non habent.

(g) Cap. CCCLXXII.

prout docent verba IVR. PROV. SAX.: *Der Vater mag den Son wohl von ihm ſondern, mit ichtwas ſeines Guths vor Gericht, das der Sohn annehmen will, wie wenig es ſey.*

§. VII.

Recepta quidem apud nos ſunt Romanorum iura, aſt ideo patriis iuribus miſſum haud eſt repudium. Inde duplex apud nos hodie locum habet emancipationis ratio. Ea nempe, quae per ſeparationem facta ab antiquisſimis iam temporibus apud nos in vſu fuit, et ea, quae in ſupplementum a Romanis recepta eſt emancipatio, Anaſtaſiana ſcilicet et Iuſtinianea. Vtraque tam patria quam Romana emancipatio in quibusdam confirmatur prouincialibus ordinationibus. Iure Bauarico ſic dicitur (h): *Wann der Vater oder Anherr ſeinem Sohn oder Enckel vor offenen Gericht mit namlichen klaren und ausdrücklichen Worten aus ſeiner vaterlichen Gewalt laſſet, und ihm frey machet mit ſein des Sones oder Enckels Willen.* Sic etiam iure Saxonico Electorali (i) fuit conſtitutum; *da ſich Kinder, ſo zu ihren mündigen Jahren kommen, von dem Vater mit Anſtellung ihrer eignen Haushaltung und Nahrung ſcheiden, daſs alsdenn ſolches für eine Emancipation zu achten, und derſelben Würckung haben ſoll, ungeachtet, obgleich ſolche emancipation anderer Geſtalt und für Gericht nicht geſchehen und vorgenommen würde.* Item etiam in Ducatu Bremenſi atque Curia Embdana fuiſſe obſeruatam, docet EYBENIVS (k). In Gallia adhuc hodie emancipatio, vt pater filio dono dare posſit, cum effectu obtinet, prout docet BODINVS (l). Recentiori tempore per ſeparatae oeconomiae inſtitutio-

 nem

(h) Tit. III.
(i) P. II. Conſt. Elect. X.
(k) *Disquis. III.* ad Inſt. obſ. XIII.
(l) *de Rep. lib.* I. c. IV. p. 40.

nem patria plerumque poteſtas finitur, rarius vero ſolemniter liberi emancipantur.

§. VIII.

Nobis vero illuſtrium potisſimum iura conſiderantibus hic examinandum erit, an quoque inter illuſtres alicuius vſus ſint emancipationes. Et ſicuti ſemper illuſtres ſupremos imperantes ab imperii Rom. Germ. proceribus ſeiungimus, ita hic quoque diuerſa procerum imperii et ſupremi iuris principum inſtituenda erit ratio. Et quidem quod ad principes ſupremos attinet imperantes, inter hos quoque emancipationes haud raro adhibentur. Exigit enim reipublicae interdum ratio, deſiderant, quibuscum filius familias contracturus eſt, iubet ſaepe ſtatus ratio, vt e patria poteſtate filii dimittantur illuſtrium. Quod dum fit, illi emancipari dicuntur. Et licet ſint, qui putant, nullum inter illuſtres emancipationis eſſe vſum, exempla tamen docent contrarium, quippe quae non ex antiquiori ſed quoque recentiori hiſtoria magno afferri poſſunt cumulo. Aſt quomodo de illuſtrium emancipationibus adhuc poteſt dubitari? cum inter omnes conſtet, quae noſtra aetate factae ſint emancipationes, Caroli Hiſpaniarum Infantis (m), Caroli Alberti principis dum Bauariae El. (n) et Friderici Auguſti Poloniarum et Saxoniae Elector. dum principis haereditarii (o).

§. IX.

Licet vero emancipationum inter illuſtres vſus ſit non infrequens, illae tamen vt coram magiſtratu vel ritibus fiant ciuilibus; neceſſe haud eſt. Potius cum ſupremi imperantes legibus ſoluti viuant ciuilibus, hi quoque in eman-

(m) Vide Sect. II. §. XIII. ſq.
(n) Sect. II. §. XV.
(o) Sect. II. §. XVI.

emancipandis liberis id, quod a naturae legibus praeſcriptum, ſolummodo obſeruant, ciuilia recte negligunt ſolennia. Et quia iure naturae ad ſoluendam patriam, poteſtatem ſolus patris conſenſus ſufficit (§. 1.) ſummorum etiam imperantium liberi ſolo patris conſenſu patria liberantur poteſtate. Id quoque facile largior, illuſtrem patrem ſupremi iuris principem liberis poſſe donare, cum iis contrahere, idque valide fieri poſſe, licet vel maxime liberi non emancipentur, ſed ſub patria maneant poteſtate. Vnitas enim perſonae, quae apud Romanos patrem cum liberis contrahere prohibet, non ex lege naturae eſt, ſed potius iuris ciuilis recte cenſetur figmentum, eaque proinde non obſtat ſupremo imperanti, quippe qui non ipſe ſolum legibus ſolutus eſt ciuilibus, ſed liberos quoque ab earum liberare poteſt obſeruantia.

§. X.

Inter imperii R. G. proceres emancipatio, quae fit per ſeparatae oeconomiae inſtitutionem, admodum eſt frequens, imo quoque emancipationis ſolemnis inter eos vſum confirmant exempla in ſectione adducta ſecunda. Aſt de eo diſceptari ſolet, an ſolemnis huiusmodi emancipatio neceſſario fieri debeat vel reſcripto imperatoris vel iudiciorum imperii ſupremorum auctoritate? Non deſunt, qui ſtatuunt, eam neceſſario Iuſtinianei iuris ſolemnia deſiderare, quippe quod receptum vniuerſaliter in cauſis quoque illuſtrium valere oporteat. Alii negant iuris Romani vſum. Nobis placet media ſententia B. KEMMERICHII (p) et ILL. MASCOVII (q), quorum hic ſic loquitur: *Emancipationis actum nonnunquam ſuſcipiunt. Neque hodie prolixe diſputandum eſt, vtrum emancipatio Anaſtaſiana,*

(p) *introductio ad ius publ. lib. VIII. c. IV. §. 12.*
(q) *princip. iur. publ. lib. VI. c. VI. §. 7.*

na, quae ſit per reſcripta principis, an Iuſtinianea requiratur. Nam patris auctoritas ſufficit, ſiue coram proprio prouinciae regimine ſiue alio modo fuerit declarata. Quibus conſentit TITIVS (r).

§. XI.

An vero ſtatus imperii, qui filio vult donare, cum eo contrahere, ei teſtamenti factionem permittere, neceſſario teneatur, eum antea emancipare, iterum valde diſſentiunt Icti. Affirmatiuam tuentur SCHILTERVS (s), DE LVDOLFF (t), ILL. MOSER (u). Negatiuam habent THOMASIVS (x), GRIBNERVS (y). Nobis videtur, patrem, imperii ſtatum, cum filio maiorenni poſſe contrahere, ei quoque donare et teſtamenti factionem permittere, et vt antecedat emancipatio, non eſſe neceſſe. Eſt enim patris, ſimul imperantis, voluntas intelligenda cum effectu. Is igitur dum donat, dum contrahit cum liberis, teſtamenti factionem concedit, id cum effectu feciſſe cenſendus eſt. Aſt cum donatio, contractus, teſtamenti factio effectum habitura non fuiſſet, niſi pater quoad emancipationis neceſſitatem filium legibus ſoluerit ciuilibus; vix aliter credendum eſt, quam quod pater, ſimul imperans, donans, contrahens cum filio eique teſtamenti factionem absque praeuia emancipatione concedens, emancipationis ſolemnia remiſerit. Quippe quae vi imperii ſibi in liberos competentis ciuilis poteſt remittere

(r) *Specimine iur. publ. lib. IV. c. IX.* §. 15.
(s) *Inſtitut. iur. publ. lib. I. tit. XI.*
(t) *De iure feminarum illuſtrium.*
(u) *Staats-Recht. Tom. XXII.* §. 21.
(x) *Diſſ. de quaſi emancipatione Germ.*
(y) *Diſſ. de praeiudicio principum imperii ex abuſu iur. Iuſtin. Cap. II* §. 7. *et in Diſcurs über principia iuriſpr. priuatae p.* 115.

tere et remiſiſſe reputandus eſt, dum voluntas donandi contrahendique alias non haberet effectum, quae tamen cum effectu eſt intelligenda.

§. XII.

Interim ne inutilibus litibus via aperiatur, conſilii eſt, ſuperflua etiam non negligere, indeque emancipationis ritum adhibere, quoties filio donare, vel cum eo contrahere, aut teſtamentifactionem permittere vult pater. Quae incommoda ex neglecta emancipatione enaſci queant, docet memorabile exemplum apud LVDOLFF (z): *Ecce notabile huius rei exemplum: in pactis matrimonialibus perſonarum illuſtrium cautum erat, vt extinctis liberis communibus ſuperſtite altero ex parentibus, bona reuerti deberent ad proximiores cognatos defuncti, excluſo patre vel matre ſuperſtite. Non habebatur hoc pro Fideicommiſſi conſtitutione, ſed pro diſpoſitione inter viuos de futura ſucceſſione ab inteſtato. Defuncta vxore, et marito ad ſecundas nuptias progreſſo, filius vnicus ex priori matrimonio ſuſceptus, a patria poteſtate non ſolutus teſtamento relicto patrem haeredem ſcripſit in bonis maternis. Orta hinc controuerſia inter patrem et vxoris defunctae cognatos, inueniebatur nullam praeceſſiſſe emancipationem filii, adeoque teſtamentum eius ſuſtineri non poſſe, neque etiam patri deberi legitimam ob impedimentum §. 7. et 9. pactorum dotalium.* Hoc tamen neceſſe haud eſt, vt pater emancipationis ritum coram iudiciis imperii ſupremis peragat, dum poteſt emancipare coram ſe ipſo. Siue enim filium ciuili patris imperio ſubiectum recte putes, ſiue erronee credas, patrem non gaudere ciuili in liberos imperio, vtroque tamen caſu pater coram ſe ipſo vel coram propriis tribunalibus poterit emancipare. Nam emancipatio eſt actus voluntariae iurisdictionis, qui poteſt coram quo

(z) *Obſeruat. forenſ. P. II. p. 353.*

quocunque magiſtratu fieri (a), imo coram ſe ipſo poterit magiſtratus emancipare (b). Cur non et imperii princeps coram ſe ipſo aut coram propriis tribunalibus poſſet emancipare? Confirmant vſum emancipationis a ſtatibus, coram propriis factae tribunalibus, exempla. Sic Ioannes Sarepontanus Comes nepotem Simeonem coram ſe ipſo emancipauit, teſte charta infra adducta (c). Potentisſimus Pol. Rex et Sax. El. Fridericus Auguſtus filium hodiernum Pol. Regem coram ſe ipſo emancipauit, quod etiam in emancipatione Bauarica ſine dubio eſt factum.

§. XIII.

Effectus emancipationis eſt, quod liberi patria exeant poteſtate, quatenus illis oneri eſt, minime vero per illam iura tolluntur familiae, quippe quae inter priuatos emancipatis manent illibata, indeque multo magis illuſtrium filiis ſunt conſeruanda. *Tollitur autem*, inquit B. KEMMERICH (d), *emancipatione aeque ac inter priuatos ſola patria poteſtas, non agnatio aliaque inde pendentia iura.*

§. XIV.

Caeterum pater ad introducendum ius primogeniturae liberis in minorennitatis annis adhuc exiſtentibus curatores petens, vt liberos antea emancipet, non tenetur, prout plura teſtantur exempla. Simili modo imperator, qui liberis ad introducendum ius primogeniturae patre viuente curatores conſtituit, non vrget, vt pater quoad hunc actum liberos emancipet. Simili modo cum Anno MDCCXI. in camera imperiali Comes Sa-

(a) L. I. VII. et XVII. D. de *manumiſſ. indicta.*
(b) L. V. eodem.
(c) Sect. II. §. XVIII.
(d) *introductio in ius publ.* lib. VIII. c. IV. §. 32. cum quo conſentit TITIVS *ſpec. iur. publ.* lib. IV. cap. IX. §. 15.

Saraepontanus in Ottvveiler filiabus ſuis tutores dari petiiſſet ad aliquod negotium, offerens emancipationem, hanc neceſſariam non eſſe, fuit concluſum (*). Ex quibus clarum eſt, principium, quod patrem habenti tutor ſeu curator dari nequeat, non ſemper in imperii tribunalibus obſeruari.

(*) Teſte de LVDOLFF *iure femin. illuſtr.* P. I. §. I. n. 17.

SECTIO II.
EMANCIPATIONIS ILLVSTRIVM EXEMPLA SISTENS.
COLLECTA

A

B. B. GOTTH. STRVVIO.

SVMMARIA.

§. I.

Finitur poteſtas patria abdicatione, reſciſſione, de quibus tria ſiſtuntur exempla.

§. II.

Potiſſimum finitur emancipatione, cuius tres ſpecies.

§. III.

Vitellius imp. filium Petronianum et Didius Iulianus filiam emancipauit.

§. IV.

Claudius imp. filiam in aliam tradidit familiam.

§. V.

Gaſto Vice-Comes Bearnenſis Conſtantiam filiam emancipauit.

§. VI.

Gaſto Vice-Com. Bearnenſis filiam Margaritham emancipat coram ſe ipſo.

§. VII.

Iohannes Britanniae minoris comes filium Petrum de Britannia coram Philippo Galliae R. emancipat.

§. VIII.

Hugo Dux Burgundiae per emancipationem dimitti filium Hugonem.

§. IX.

§. IX.

Amadeus Sabaudiae Comes filium Odoardum emancipat ad dotem a coniuge acceptandam.

§. X.

Io. Galeacii Mediol. Ducis emancipatio.

§. XI.

Guido de Turre a patre Bertrando de Turre emancipatus.

§. XII.

Maximilianus I. imp. filium Philippum; vt ipſe gubernaret prouincias, emancipauit, quod et cum Nepote Carolo fecit.

§. XIII.

Duo emancipationis exempla ex hiſtoria Regum Galliae.

§. XIV.

Philippus V. Rex Hiſpaniarum ſolenniter filium Carolum ad conſequendam Florentiae ſucceſſionem emancipat.

§. XV.

Quid deſuper in iudicio imperii aulico fuerit concluſum.

§. XVI.

Carolus Albertus tunc Elector. Bauariae haeres emancipatus á P. P.

§. XVII.

Auguſtus II. Pol. Rex filium Frider. Aug. tunc Elector. Sax. haeredem emancipauit.

§. XVIII.

Leopoldus Eberh. Dux Montispell. emancipat filios adoptiuos.

§. XIX.

Ioannes comes Saarbrucc. emancipat Simeonem filium.

§. XX.

Erneſti Guilielmi Bentheimenſis comitis exemplum.

§. XXI.

Iacobus Hannibal. Comes de Hohenembs filium Franciſcum Rudolphum emancipauit.

§. XXII.

Ludouicus ſenior Comes Loewenſteinenſis coram iudicio camerae e P. P. dimittit.

§. XXIII.

Duo alia illuſtr. emancip. exempla.

§. I.

Videmus varios eſſe modos, quibus patria diſſoluitur poteſtas. Potiſſimum vero huc facit *abdicatio, reſciſſio* atque *emancipatio.* Prioris exemplum docet Auguſtus Imp. qui nepotem ſuum Agrippum adoptatum, breui ob ingenium ſordidum et ferax abdicauit, ſepoſuitque ſur-

ſurrectum (e). Huc etiam referendum eſt Alexii Petrowitz exemplum, quem Ruſſorum Monarcha Petrus abdicauit (f). De altera teſtatur Ioanna VI. quae ex cauſa ingrati, Alphonſi adoptionem reſcidit.

§. II.

Emancipatio vero eſt relaxatio patriae poteſtatis, vtriusque voluntate, et cum debitis requiſitis peracta (g). Effectum vero habet hunc, vt talis emancipatus, a iure patriae poteſtatis ſolutus, ideoque ſine capitis diminutione omnibus iuribus liberi hominis gaudeat, omnesque actus ciuiles libere posſit peragere. Legibus equidem XII. Tabb. (h) multae requirebantur ſolennitates, imaginariae venditiones, manumisſiones atque mancipationes, quae etiam dicebantur legitimae, quas tamen Romani Impp. iam dum abroleuerunt (i). Duae igitur eiusdem ſpecies manſerunt: *Anaſtaſiana* (k), quae fit per Reſcriptum Principis ſuper emancipandis a patre impetratum atque iudici competenti inſinuatum. Iuſtinianea, (l), quae necesſitate adeundi Principem remiſſa, coram Magiſtratu competente emancipationem peragere permittit.

(e) SVETONIVS *Auguſto* c. LXV. Factum vero hoc impulſore Tiberio, de quo TACITVS l. Ann. c. III. *nam ſenem Auguſtum deuinxerat adeo, vti nepotem vnicum Agrippam Poſthumum in inſulam Planaſiam proiiceret; rudem ſane bonarum artium, et robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum.*

(f) De quo ſupra fuit dictum capite I. Sect. II. §.38. ſqq.

(g) l. 3. C. de *Bonis maternis* l. vlt. C. de *Emancipatione*.

(h) Vid. CONR. RITTERSHVSIVM ad LL. XII. Tabb. p. 81. CAIVS *Inſtit.* lib. I. Tit. VI. et ibi SCHVLTING.

(i) §. 6. I. *quib. mod. patr. pot. ſolu.*

(k) l. 5. C. de *Emancipatione.*

(l) l. 6. C. h. t.

§. III.

Inter illuſtres, ex Hiſtoria Romana exemplum occurrit A. Vitellii Imp. qui filium Petronianum, haeredem a matre ſub conditione inſtitutum, ſi de patris poteſtate exiiſſet, manu emiſit (m). Moris enim olim erat, vt matres, atque auiae liberos ita inſtituerint haeredes, ne quid ex haereditate ad patrem veniret (n). Quare Didius Iulianus, potitus Imperio, filiam ſuam, dato patrimonio, emancipauit (o).

§. IV.

Claudius Imp. dum Neronem adoptaret ipſique generum adliceret, filiam in aliam tradidit familiam, de quo DIO CASSIVS (p): *Quo tempore Claudius Neronem, Agrippinae filium adoptauit, generumque quoque eum ſibi fecit, filia tamen prius adoptanda in aliam familiam tradita, ne ſororem fratri coniungere exiſtimaretur.*

§. V.

Sic Gaſto vice comes Bearnenſis filiam ſuam Conſtantiam A. MCCLXVIII. emancipauit, vt ipſi vicecomitatum de Gauardano et de Brutheſio poſſit donare, prout ipſae tabulae habent (q): *Nouerint vniuerſi, quod coram nobis Thoma de Ypegabe milite, ſeneſcallo Vaſconiae pro tribunali ſedentibus, conſtitutis nobili viro domino Gaſtone vice comite Bearnenſi domino Montis-Cathani et Caſtri veteris, et eius primogenita Conſtantia, idem Dominus Gaſto ipſam filiam ſuam adultam*

(m) SVETONIVS *Vitellio* c. VI.
(n) Plures formulas vide apud BRISSONIVM lib. VII. p. 600.
(o) SPARTIANVS *Didii Iuliano* c. VIII.
(p) lib. LX. p. 687.
(q) Extant in EDM. MARTENE et VRSINI DVRANDI *Collectione Veterum Monumentorum* Tom. I. p. 366.

ultam volentem et requirentem emancipauit, et a lare, et a manu ſua, et a poteſtate patriae poteſtatis eamdem liberans et eximens, dedit et conceſſit ei poteſtatem, et arbitrium liberum agendi, reſpondendi et contrahendi, vel etiam teſtandi, obligandi ſe aliis, et alios ſibi et cetera omnia celebrandi, ordinandi et faciendi in iudicio vel extra iudicium, quae quaelibet mater familias, et ſui iuris facere poteſt ſine impedimento quocumque et obiectu propriae poteſtatis: cui emancipationi nos praedictus ſenescallus iuxta requiſitionem ac voluntatem praedictorum patris et filiae impendimus ſolemniter auctoritatem iudicialem praeſentis interpoſitione decreti, et celebrata emancipatione huiusmodi legitime, idem dominus Gaſto dedit, conceſſit et contulit donatione pura et ſimplici inter viuos, et coram nobis praedicto ſenescallo legitime inſinuata, et tradit per ſe et heredes ac ſucceſſores ſuos, eidem primogenitae ſuae dominae Conſtantiae pro ſe et heredibus ac ſucceſſoribus ſuis, recipienti ac ſtipulanti vice comitatus de Gauardano et de Brulheſio cum iuribus et pertinentiis eorumdem et omnibus Eſcbaetis, quae iure hereditario vel aliter ex nunc vel in futurum ſibi exinde debent obuenire, vel poſſunt, et quidquid habebant et habere debebant in dioeceſi Vaſatenſi, cedens eidem dominae iura et actiones omnes ſibi in praedictis et pro praedictis vicecomitatibus competentes et competituras, ad ſuas ſuorumque ſucceſſorum et heredum voluntates, iuxta praeſentis paginae continentiam plene et perpetuo faciendas, et de euictione donationis idem donator per ſe ſuosque heredes ipſi dominae Conſtantiae pro ſe et heredibus ac ſucceſſoribus ſuis recipienti obligans ſe et ſua, promiſit, et conuenit facere et portare in iudicio et extra iudicium inde quarantiam bonam et firmam. Hos poſtea Comitatus dicta Conſtantia, A. MCCLXVI. Henrico primogenito domini Regis Alemanniae in maritagium attulit (r).

(r) Prout ex Epiſcopi Olerenſis litteris patet in EDMVNDI MARTE-

§. VI.

Singularis eſt Actus Gaſtonis Vice-Comitis Bearnenſis, qui A. MCCLXXXVII. filiam ſuam Margaretham ſolenni ritu emancipauit. Dum Actus fuerit ſingularis, integrum illum PETRI de MARCA verbis inſeremus (s): *Nouerint vniuerſi, quod illuſtris Vir Dominus Gaſto Dei gratia Vicecomes Barnenſ. Dominus Montis Catani et Caſtri veteris ſedens pro tribunali, conuocata praeſente et conſtituta ad hoc ſpecialiter Curia ſua Baronum et Militum et aliorum Nobilium nec non .... Bearn. vt Pater ſpontanea voluntate filiam ſuam naturalem et legitimam Margaritam ſecundo genitam vxorem Domini Rogerii Bernardi Comitis Fuxi et Vice-Comitis Caſtriboni, de conſenſu expreſſo eiusdem Comitis viri ſui praeſentis conſentientis et volentis petentem ac expreſſe conſentientem coram ſe, vt coram Domino Bearn, et Maiore iudice eiusdem terrae iurisdictionem ordinariam in ea habente et exercente et apud ſe et dictam Curiam emancipauit et extra manum ſuam poſuit et a ſacris et nexibus ſuae patriae poteſtatis liberauit et exemit; dans et concedens eidem filiae ſuae poteſtatem licitam et liberum arbitrium agendi, reſpondendi, contrahendi, obligandi ſe aliis et alios ſibi, et cetera omnia celebrandi, ordinandi et faciendi in iudicio et extra iudicium, quae quaelibet materfamilias et ſui iuris facere poteſt, ſine impedimento quocumque et obiectu patriae poteſtatis. Et praedictae emancipationi dictus Dominus Gaſto vt Dominus et Vice-Comes et maior-iudex Vice comitatus Bearn. et iurisdictionem omnimodam exercens in eo et dicta Curia cum eo, iuxta requiſitionem et voluntatem dictae Dominae Margaritae et praedicti Comitis viri ſui impenderunt ſolenniter auctoritatem ſuam iudicialem et decretum, his praeſentibus ſcriptu-*

TENE et VRSINI DVRANDI *Collect. Veterum Monumentorum* Tom. I. p. 1371.

(s) *Hiſt. de Bear.* lib. VII. c. XXV. p. 655.

pium et actum. Actum eſt hoc voluntate et aſſenſu praedicti Domini Comitis, vt eſt dictum, qui ſigillum ſuum et dictus Dominus Gaſto et dicta Dom. Margarita ſimiliter ſua, ad maiorem firmitatem omnium praedictorum huic publico inſtrumento apponi fecerunt, quibus ſigillis extantibus voluerunt quod praeſens inſtrumentum et omnia contenta in eo perpetuo obtineant roboris firmitatem. Horum omnium ſunt teſtes Dom. Arnaldus Raimundi de Aſpello. Dom. Rogerius de Monto alto Dom. Raimundus Wilielmi de Marcaſaba Dom. Cicardus de Lerano Milites. Dom. Arnaldus Nouelli legum profeſſor Magiſter Guillelmus Raimundi de Miramonte Canonicus Vaſatenſis. Magiſter Raimundus de Bazergue iudex dicti Domini Comitis Fuxi, Magiſter Brunus de Bentaion Notarius de Morl. Et ego Bernardus Pontonerii publicus notarius Sauarduini et Sauarteſii, omnibus praedictis praeſens fui et rogatus et mandatus hanc chartam ſcripſi ..... Nonas Maii anno MCCLXXXVI. Regnante Philippo Rege Franciae, Edoardo Rege Angliae et Duce Aquitaniae dicto Domino Gaſtone Vice-Com. Bearnenſ. Arnaldo de Morlana Laſcurrenſ. Epiſc.

§. VII.

Ioannes Britanniae minoris Comes filium ſuum Petrum de Britannia coram Philippo Francorum Rege emancipauit, vt Vice-Comitatus Leoniae proprietatem ipſi poſſet cedere, de quo litterae teſtantur (t): *Philippus D. G. Francorum Rex, notum facimus vniuerſis tam preſentibus quam futuris, quod in noſtra preſentia perſonaliter conſtitutus dilectus fidelis noſter Iohannes Comes Britannie, poſuit extra patriam poteſtatem et emancipauit Petrum de Britannia filium ſuum preſentem et expreſſe conſentientem annis maiorem, prout per aſpectum corporis apparebat, quem etiam, prout aſſerebat et*

(t) Apud LOBINEAV *Preuues* p. 435.

et confeſſus extitit coram nobis item Petrus, dictus Comes pater ſuus, iam diu eſt coram nobis emanciparat; Qua emancipatione facta idem Petrus, non vi, non dolo, non metu ad hoc compulſus vel inductus, vt dicebat, ſed propria et ſpontanea voluntate, habitaque ſuper hoc longa deliberatione, ceſſit, conceſſit et tranſtulit, quidquid iuris, poſſeſſionis et proprietatis, iurisdictionis, imperii, meri et mixti, et cuiuscumque alterius iuris habet et habere poteſt in Vicecomitatu Leonie ſito in Comitatu Britannie, in eiusque Vicecomitatus pertinentiis omnibus mediatis vel immediatis, dicto Comiti patri ſuo habendum et tenendum dictum Vicecomitatum cum pertinenciis predictis a dicto Comite et a quocumque a ipſo legitimam cauſam habente, perpetuo pacifice, et quiete. Iurauitque idem Petrus omnia et ſingula predicta firmiter obſeruare, nec contra ea ſeu eorum aliqua per ſe vel per alium de cetero contraire, nobis ſupplicans, vt premiſſis omnibus et ſingulis auctoritatem Regiam et aſſenſum preberemus. Cuius ſupplicationi annuentes, omniaque predicta volentes, laudantes, ac etiam approbantes, ceſſioni, ac conceſſioni et translationi predictis auctoritatem Regiam et benignum prebemus aſſenſum, ſaluo iure noſtro in omnibus et quolibet alieno. Quod vt firmum et ſtabile perſeueret, preſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſiis anno Dom. MCCXCIII. menſe Octobr. Ch. de Nantes arm. L. Caſſette B. n. 44.

§. VIII.

Hugo Burgundiae Dux filium Robertum Anno MCCLXXII. emancipat, quo Burgundiae ducatum donatione inter viuos poſſit accipere, de quo ſequentes docent litterae (u): *Nos HVGO Dux Burgundiae, notum facimus praeſentes litteras inſpecturis, quod in noſtra praeſentia ſpecialiter conſtitutus propter hoc ROBERTVS miles filius noſter petiit*

(u) DV MONT T. I. n. CCCCXLIV. p. 235.

petiit emancipari a nobis, ſeu liberari a patria poteſtate. Nos vero videntes et attendentes ipſius Roberti conſenſum et voluntatem, circa emancipationem habendam et dandam a nobis, mutuo conſenſu interueniente ex parte noſtra, et ex parte dicti Roberti, ipſum praeſentem, et emancipationem acceptantem, legitime emancipamus et liberamus a ſacris ſeu a patria poteſtate. In cuius teſtimonium, praeſenti emancipationi, ad requiſitionem dicti Roberti ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum die Sabbati poſt feſtum beati Lucae Euangeliſtae anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. De hac emancipatione ad Philippum III. G R. Dux haſce dedit litteras (x): *Excellentiſſimo Domino ſuo PHILIPPO Dei gratia regi Franciae, deuotus eius filius HVGO Dux Burgundiae, ſalutem et ſeipſum paratum ad eius beneplacitum cum omni promptitudine ſeruitii et honoris. Cum Chariſſimus filius noſter ROBERTVS, nunc noſter primogenitus maſculus, ſit noſter verus haeres, et nobis debeat ſuccedere in Ducatu: Nos volentes eidem Roberto tanquam bene merito facere gratiam ſpecialem, ipſi Roberto, emancipato a nobis, legitime dictum Ducatum donatione inter viuos, inſinuatione praemiſſa, ſolemniter confirmamus, donamus et quitamus, et de Baronia ipſius Ducatus, villis, caſtris, homagiis, et aliis iuribus pertinentibus ad dictum Ducatum, quocumque nomine cenſeantur, inueſtimus, et in corporalem poſſeſſionem, vel quaſi, inducimus de omnibus ſupradictis, nobis redempto vſufructu ad vitam de praedicto Ducatu: ſupplicantes Excellentiae veſtrae, vt praedictum Robertum, volentem vobis facere homagium prout feodum exigit, recipere dignemini in veſtrum Vaſſallum et fidelem. Huic autem conceſſioni, donationi, et quitationi interfuerunt teſtes inferius nominati et rogati a nobis Matheus Dominus de Lonvi, Guillelmus Dominus de Nolay, frater Vſtardus prior domus Vallis ſcolarum Pariſiis, Iacobus ſeneſcallus in Eccleſia Eduenſi*

(x) Apud du MONT. T. I. p. 235.

Eduenſi, Humbertus praepoſitus Capellae Ducis, Magiſter Guido de ſacellis, Magiſter Hugo, de Arceis, Magiſter Iohannes de Lugdunenſi Eccleſia, Magiſter Radulphus Canonicus Bellae, Guillelmus de Chaaceio, Gilo de Eduo, Guido de Chantenay. Guillelmus de Nanton, Henricus de Cuſſigna. Milites. et Aſchardus, de Caſtellione. In cuius rei teſtimonium, ſigillum noſtrum praeſentibus duximus apponendum. Datum anno gratiae milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die Dominica ante feſtum Apoſtolorum Simonis et Iudae.

§. IX.

Amadeus Sabaudiae Comes filium ſuum primogenitum Odoardum emancipauit ad acceptandam dotem coniugi ſuae Blancae Roberti II. Burgundiae Ducis filiae promiſſam, de quo tabulae matrimoniales de A. MCCCVII. teſtantur (y): *Ego Hugo Dux Burgundiae ſciens, prudens, et ſpontaneus, aſſerens eſſe maiorem quatuordecim annis. Notum facimus vniuerſis praeſentes litteras inſpecturis, me promiſiſſe nobili viro Domino ODOARDO filio primogenito illuſtris viri AMEDEI Comitis Sabaudiae ſolemniter EMANCIPATO a praedicto Patre ſuo, per ſolemnem ſtipulationem, et ſub expreſſa obligatione omnium bonorum meorum praeſentium et futurorum, nec non per iuramentnm ſuper ſancta Dei Euangelia corporaliter praeſtitum dare et ſoluere, pro dote et nomine dotis BLANCHAE cariſſimae ſororis meae futurae vxoris praedicti Odoardi, viginti millia librarum bonorum Turonenſ. paruorum fortium, infra terminos ſubſcriptos ſoluenda.*

§. X.

Io. Galeacius Dux Mediolanenſis a Galeacio, patre ſuo, commentitio nomine fuit emancipatus in Patrimonii partem Nouaria, Vercellis, Aſta Alexandriaque ei traditis,

(y) Apud du MONT. T. I. p. 344.

tis, vt inde quaſi ſuo Marte et diſſimulante patre bellum Montisferrati Marchioni hoſti perpetuo inferret (z).

§. XI.

Bertrandus Dominus de Turre Miles filium habebat Guidonem de Turre Domicellum, qui ab eodem patre ſuo fuit legitime emancipatus, prout pater et filius coram iuratis Notariis aſſeruerunt et literas emancipationis reddere promiſerunt notariis praedictis, eum in finem, vt in pacta dotalia cum Iſabella de Turre, Amadeo Delphino per verba de praeſenti nuptui collocata, conſentiret (a).

§. XII.

In Germanico Imperio poſteriori aetate Maximilianus I. defuncta Maria Burgundica priori coniuge decreuerat filium Philippum annum decimum ſeptimum agentem emancipare ac dimiſſa tutela Belgarum illi Imperium, maternum, haereditatem, in poteſtatem (b) tradere, quod etiam Anno MCDXCIV. perfecit. Eodem Philippo defuncto Maximilianus nepotem ſuum Carolum V. eiurata tutela Ann. MDXIV. emancipauit (c), hunc in finem, vt prouinciarum hae-

(z) IOVIVS *in vita* p. 165. IMHOF. *Hiſt. Hiſpan. et Ital. Geneal.* p. 172.

(a) BALVZE *hiſtoire de la Tour d'Auvergne, preuves* p. 318.

(b) Sic PONTVS HEVTERVS *Rer. Auſtr. lib.* V. c. II. MVLLER. *Maximiliano II. Vorſt. c. IX.*

(c) HEVTERVS lib. VIII. c. I. *Kalendis Ianuarii anno 1515. eum eiurata Maximilianus tutela eum emancipaſſet Francorum Rex Ludouicus duodecimus moritur.* Qua re in Pactis dotalibus inter Carolum et Renatum Franciſcum d. 24. Maii 1514. Pariſiis initis in RECVEIL *des Traittes de Paix* Tom. II. p. 48. *et tous preſens et à venir, ſoit notoire et manifeſte, comme tres-haut et tres-*

haereditariarum regimen ipſe ſuſciperet, ex quo ſatis etiam emancipationis illuſtrium finis pateſcit, vt ſcilicet filii tales patria poteſtate ſoluti terrarum regimen ipſi poſſint ſuſcipere.

§. XIII.

Alia eſt emancipandi ratio, ſi pater quidam illuſtris cum liberis vellet contrahere eumque in finem ipſos debito modo emanciparet. Exemplum praebet Philippus Valeſius, Francorum Rex, qui Ioannem filium primogenitum emancipauit, vt Normanniae prouinciam dono daret (d). Ioannes Francorum Rex Philippum Audacem filium, dum Burgundiae Ducatum donaret, emancipauit, vt ipſi homagium praeſtaret; ſic enim diplomatis verba ſe habent (e): *ad quod homagium admiſimus eum dom. quem per hoc emancipauimus et extra poteſtatem noſtram paternam poſuimus et ponimus.*

§. XIV.

Recentiſſimum idemque ſingulare extat emancipationis exemplum, dum Philippus V. Rex Hiſpaniarum Carolum filium ratione delatae ſucceſſionis Florentinae atque Parmenſis emanciparet. Cuius ſequens eſt Inſtrumentum

tres-puiſſant Prince Charles par la grace de Dieu Prince des Eſpagnes, et Archi-Duc d'Autriche en âge de puberté étant par la tres-ſacree Majeſté de l'Empereur ſon ſeigneur et grand-pere., emancipé et hors de tutelle es mainbournie et aiant pris à ſoi l'entiere adminiſtration et jouiſſance des pais et ſeigneuries à lui appartenans de la ſucceſſion de feu tres recommandée memoire le Roi Don Philippes de Caſtille ſon ſeigneur et pere et fils du dit ſeigneur Empereur.

(d) Referente BODINO *de Rep.* lib. I. c. IV. p. 40.

(e) Extat apud AVB. MIRAEVM *Cod. Don.* Cap. LVII.

tum (f): *Nos Philippus V. Hiſpaniarum etc. agnoſcimus ac profitemur. Cum Articulo Quinto Foederis Quadruplicis die ſecunda Auguſti Anno milleſimo ſeptingenteſimo Decimo octauo Londini concluſi, cui ſolenni inſtrumento die 17. Febr. anni milleſimi ſeptingenteſimi vigeſimi Hagae Comitum ſubſcripti nos quoque acceſsimus, inter alia diſpoſitum ſit, vt ſtatus ſeu Ducatus a Magno Duce Hetruriae et eo qui tunc in viuis erat Parmae Placentiaeque Duce poſſeſſi futuris in perpetuum retro temporibus ab omnibus partibus contrahantibus agnoſcantur et habeantur pro indubitatis Sacri Romani imperii Feudis Maſculinis. Sereniſsimus quoque ac Potentiſsimus Princeps ac Dominus Carolus Sextus Romanorum Imperator, Frater noſter chariſsimus iam tunc pro ſe ceu caput imperii conſenſerit, vt ſi quando caſus aperturae dictorum Ducatuum ob deficientiam haeredum Maſculorum ſtirpis Mediceae aut Farneſiae contingat, tunc chariſsimus Flius noſter, Sereniſsimus Hiſpaniarum infans Carolus ex dilectiſsima coniuge noſtra Sereniſsima ac Potentiſsima Principe ac Domina Eliſabetha Hiſpaniarum Regina, nata Duce, Parmae, et Placentiae ſuſceptus huiusque deſcendentes maſculi ex legitimo Matrimonio nati iisque deficientibus ſecundus aut alii poſtgeniti eiusdem Reginae filii pariter vna cum eorum poſteris maſculis ex legitimo matrimonio natis in antedictis ſtatibus ſeu ducatibus ſuccedant; neque minus eodem Articulo Quinto tranſactum ac ſolenni ſtipulatione cautum ſit, quod nullus vnquam Hiſpaniarum Rex tutelam eiusmodi Principis ad euentualem, quam diximus, ſucceſsionem vocati aſſumere poſſit aut gerere valeat; poſthaec vero abſente pro corroborandis iis, de quibus tunc conuenerat, imperii conſenſu liberae euentualis inueſtiturae in forma, de qua pariter conuenerat, die nona Decembris anno MDCCXXIII. expeditae et vicisſim adimplendas conditiones in iisdem expreſſas peculiares Reuerſalium ac guarantiae liberae no-*

(f) Extat in MOSERI *Reichs-Fama* Tom. XVI. p. 602.

nomine eorum, qui rebus tunc praeerant, Hiſpaniarum, Galliarum et Magnae Brittanniae Regum extraditae fuerint haecque omnia et ſingula inſtrumento Pacis die VII. Iun. A. MDCCXXV. inter praefatum ſerenisſimum et Potentisſimum Principem ac Dominum Carolum ſextum Romanorum imperatorem ſacrumque Romanum imperium ex vna et nos ex altera parte concluſo, dein vero Tractatu die XXII. Iulii praeſentis Anni Viennae Auſtriae ſubſcripto denuo firmata ac corroborata ſint; iam vero in eum ſtatum res deuenerint, vt nullum plane de extincta penitus ſtirpe Farneſia maſcula dubium ſuperſit atque adeo caſus aperturae Parmae Placentiaeque Ducatuum in Quadruplici Foedere expresſus exiſtat et poſſesſio praedictorum Ducatuum nomine Charisſimi Filii noſtri Serenisſimi Hiſpaniarum infantis Caroli capienda ſit, hic vero ob minorennem aetatem ſuam nec ipſe rebus praeeſſe nec per ſe ea, quae iuxta antedictas literas euentualis inueſtiturae adimplenda veniunt praeſtare, posſit. Hinc eſt, quod nos ſatisfacturi iis, ad quae antememoratorum pactorum conuentorum tenor quoad tutelam eiusmodi Principis nos obſtringit, praefatum ſerenisſimum Filium noſtrum Hiſpaniarum infantem Carolum e Regia ac Patria poteſtate noſtra, quo fieri poteſt, firmiore ac ſolenniori modo dimittimus eumque in ſtatum ſui iuris ponimus et liberum ab omni vinculo, quodcumque demum illud ſit, Regiae ac Patriae poteſtatis Noſtrae pronunciamus. Cumque ob minorennem eiusdem filii noſtri aetatem Tutrice aut Tutore is indigeat, a quo vel qua durante hac aetate ea adimplenda veniunt, quae iuxta literas euentualis inueſtiturae ipſe praefatus Filius noſter, ſi adultae aetatis foret, praeſtare deberet atque a ſerenisſimo et Potentisſimo Romanorum Imperatore Carolo ſexto haec ipſa tutela Serenisſimae Principi Dorotheae viduae Parmae ac Placentiae Duci, iunctim cum Serenisſimo Magno Hetruriae Duce Ioanne Gaſtone delata ſit, nos praeſentibus hiſce declaramus ac profitemur, quod nos tutelae ſaepedicti Charisſimi filii no-

noſtri neutiquam nos immiſcere, ſed potius cuncta ea, quae vel a iamiam conſtitutis eiusdem tutoribus vel deficientibus iisdem a conſtituendis aut conſtituendo poſthaec tutoribus aut tutore gerentur agnoſcere, nec quicquam in contrarium mouere velimus. In quorum omnium fidem praeſens emancipationis inſtrumentum.

§. XV.

Quid in Iudicio aulico deſuper fuerit concluſum docent ſequentia (g).

Martis XVI. Oct. MDCCXXXI.

Hiſpaniarum Infans DON CARLOS puncto Emancipationis et Tutelae in ordine ad inueſtituram ſuper Ducatu Parmae et Placentiae.

Publicatur reſolutio Caeſarea tenoris ſequentis; Caeſarea Maieſtas humillimum conſilii imperialis Aulici Votum clementiſſime approbauit, in cuius ſequelam.

1. Ponatur transmiſſum a Rege Hiſpaniarum originale Inſtrumentum emancipationis D. Caroli Hiſpaniarum Infantis cum annexa Regis declaratione, de ſe non immiſcendo imperiali Principis filii tutelae, ſed eam agnoſcendo, nec quidquam in contrarium mouendo, ſub dato Hiſpalis die 15. Sept. 1731. ad Acta, quam emancipationem ſacra etiam Caeſarea Maieſtas in ordine ad quoscunque in Feudis Italicis recepti Caeſarei Romano-Germanici iuris et moris effectus conſequendos imperiali ſua autoritate corroborat et confirmat.

2. Sacra Caeſarea Majeſtas eidem Principi, Domino Carolo, Hiſpaniarum infanti ob minorennem aetatem ſuam Tutores ſeu Curatores nominat, dat atque imp. autoritate conſtituit Dn.

(g) Extant haec in *Reichs-Hoffr. concluſ.*, quae prodierunt Baruthi *erſtes Stück* p. 33.

Dn. principem Dorotheam Sophiam, viduam Parmae Placentiaeque Ducem, eiusdem auiam maternam, nec non D. principem Ioannem Gaſtonem, Magnum Hetruriae Ducem, illisque.

3. Reſcribatur, cum de extincta penitus ſtirpe Farneſia maſcula iam nullum plane dubium ſuperſit atque adeo caſus aperturae Parmae Placentiaeque Ducatuum in quadruplici foedere expreſſus exiſtat, quo nimirum ad eiusdem foederis et in illius maius robur et firmamentum ſubſequentium Literarum euentualis inueſtiturae ac pacis Viennenſis d. 7. Iun. 1725. normam in dictis Ducatibus D. Carolus, Hiſpaniarum Infans, tanquam nouus ad illa Parmae et Placentiae imperialia Feuda vocatus Vaſallus ſuccedere debeat, is vero ob minorennem aetatem ſuam nec ipſe rebus ſuis praeeſſe, nec per ſe ea, quae iuxta ante dictas literas euentualis inueſtiturae adimplenda veniunt, praeſtare, nullus etiam Rex Hiſpaniarum tutelam eiusmodi principis ad talem ſucceſsionem vocati aſſumere et gerere poſſit, hocque etiam Rex probe agnoſcens iisque ſatisfacturus, ad quae conuentorum pactorum tenor quoad tutelam ipſum adſtringit, eundem Infantem Carolum a Regia et patria ſua poteſtate dimiſerit ac in ſtatum ſui iuris poſuerit et liberum ab omni vinculo, quodcunque demum illud ſit, Regiae et patriae poteſtatis ſuae pronunciauerit, huiusque Emancipationis ſolenne Inſtrumentum manu ſua Regia ſubſcriptum, ſigilli appoſitione munitum et a ſtatus Conſiliario et primo omnium gerendarum rerum ſecretario ſubſignato die 15. Sept. exaratum ad Sacram Caeſaream Maieſtatem transmiſerit; cumque igitur praefatus D. Carolus Hiſpaniarum Infans, ob minorennem ſuam aetatem Tutoribus vel Curatoribus indigeat, qui durante hac aetate rebus illius proſpiciant, quique ea cognoſcant, promittant et adimpleant, quae iuxta dictas literas euentualis inueſtiturae ipſe praedictus infans, ſi adultae foret aetatis, praeſtare deberet; hinc eſt, quod Sacra Caeſarea Maieſtas confiſa praeclarae virtuti et ſingulari, quo eundem infantem pro-

proſequuntur, amoris beneuolentiae affectu, eosdem D. principem Dorotheam Sophiam, viduam Parmae Placentiaeque Ducem, illius auiam maternam, nec non D. principem Ioannem Gaſtonem, magnum Hetruriae Ducem, eidem Carolo, Hiſpaniarum infanti Tutores vel Curatores nominauerit, dederit atque imperiali autoritate conſtituerit, atque hiſce etiam nominat, dat et conſtituit, nullus dubitans, ſe ſuam hac in re imperialem fiduciam apud eosdem optime collocaſſe, cuius certum ac pergratum Sacrae Caeſareae Maieſtati argumentum dabit prompta eorum muneris huius ſuſcepti declaratio et conſequenter indilata ſufficientium Mandatorum transmiſſio, quibus illorum Procurator vel Procuratores, legitime et valide inſtructi ad conſuetum tutelae iuramentum in eorum animas in Conſilio imperiali Aulico praeſtandum proxime admitti poſſint, quo praeſtito atque ad Sacram Caeſaream Maieſtatem mox transmiſſis, ad modum Conuentionis, Literis Reuerſalibus, ſolitum gerendae Tutelae adminiſtrationis tutorium in Cancellaria imperiali Aulica recipiant. Ceterum dein in producendis etiam Mandatis ad recipiendam Ducatuum Parmae Placentiaeque inueſtituram, congruis praeſtandisque reliquisque omnibus, quae penes Conſilium et Cancellariam imperialem Aulicam praeſtari iuris et moris eſt, ita ſe paratos exhibituros eſſe ſperat ſacra Caeſarea Maieſtas, quo minus ſint in mora actualem dictorum Ducatuum inueſtituram ſub imperiali Throno ſolenni et conſueto ritu intra Annum ſaltem et diem a tempore adeptae poſſeſſionis tutorio nomine conſequendi.

Sabbathi III. Nou. MDCCXXXI.

Hiſpaniarum Infans Don Carlos in puncto emancipationis et Tutelae in ordine ad inueſtituram ſuper Ducatibus Parmae et Placentiae, ſiue Implorantes Dominae Principis Dorotheae Sophiae, Parmae Placentiaeque Ducis Viduae et Magni Ducis Hetruriae Mandatarii, Comes Saluatico et Marchio Bartholomaeus

maeus ſub praeſ. hodierno docendo praeſtitum Iuramentum Tutelae ſeu Curatelae atque factam Exhibitionem Literarum Reuerſalium, ſupplicat humiliime pro clementiſſime decernendo, quatenus Plenipotentiarius Caeſareus, Generalis de Stampa, adminiſtrationem ſtatuum Parmae et Placentiae auctoritate imperiali hactenus geſtam, abducto ex dictis ſtatibus milite Caeſareo, tam in militaribus, quam politicis, ciuilibus et oeconomicis nunc cedat, atque tradat Dominae Duciſſae Viduae Tutrici ſeu Curatrici, ſicque eam nomine Domini Caroli, Hiſpaniarum Infantis, in poſſeſſionem memoratorum ſtatuum actualem immittat, vt illa demum vna cum ſuo Domino Con-Tutore ſeu Con-Curatore, Magno Duce Hetruriae, realem Inueſtituram debite requirere atque iuxta benignam permiſſionem Caeſaream per Ablegatos ſuos coram Throno Caeſareo ſuſcipere poſſit, appon. Lit. A. et B.

Fiat Votum ad Imperatorem, quod legitur et approbatur.

CAROLVS VI.

Poſt praeſtitum Tutelae Curatelaeque Iuramentum ſupplicauit nobis hum. Dilectionis Veſtrae Ablegatus ad Aulam Noſtram Imperialem Extraordinarius atque Mandatarius, Ioſephus Saluatico, clem. dignaremur Noſtro, prouiſorio modo ad gubernandos Parmae Placentiaeque Ducatus conſtituto Plenipotentiario, Illuſtri et Magnifico Noſtro Campi-Mareſchallo Locum tenenti reique tormentariae Praefecto et S. Imperii fideli, delecto Carolo Comiti a Stampa reſcribere, vt adminiſtrationem hactenus ſub auſpiciis noſtris nomine Sereniſſimi Hiſpaniarum Infantis Caroli geſtam, tam in militaribus, quam politicis, ciuilibus item et oeconomicis, abductis illinc copiis noſtris, Dilectioni Veſtrae, qua a Nobis modo dicto Hiſpaniarum Infanti Carolo nominatae dataeque Contutrici ſeu Curatrici cederet traderetque, ac ſic eam nomine eiusdem Principis in actualem memora-

torum ſtatuum poſſeſſionem eo ſine immitteret, quo ipſa vna cum Sereniſſimo Principe, Io. Gaſtone, Magno Hetruriae Duce, dein realem Inueſtituram ſubmiſſi requirere atque coram Throno noſtro imperiali per Ablegatos humillime ſuſcipere poſſit. Cum igitur pro comperta ſinceritate ac integritate Noſtra non alia ſit animi Noſtri ſententia et voluntas, quam vt quadruplici foederi Londinenſi de An. 1718. tenori Literarum euentualis Inueſtiturae de An. 1723 nec non Paci Viennenſi de An. 1725. atque Tractatui die 22 Iul. nup. praeſentis Anni hic Viennae pariter ſubſcripto ac ſignato Noſtra ex parte fiat ſatis, hocque modo proſpiciatur totius Europae tranquillitati plenariae: hinc eſt, quod praenominato Plenipotentiario Noſtro, Generali Stampa, hodierna die in commiſſis benigniſſime demus, vt Dilectionem Veſtram et praelibatum Magnum Ducem Hetruriae, praeſente ſuo Ablegato, eo immittendo, nomine Sereniſſimi Principis Caroli in anteſatorum Ducatuum poſſeſſionem non minus ac adminiſtrationem, iuxta tamen legem atque dictamen praeſtiti tutelae ſeu curatelae iuramenti atque Reuerſalium nobis exhibitorum gerendam rite ac legitime immittat: Hanc enim legem et dictamen omni ex parte a Dilectione Veſtra et antefato Magno Hetruriae Duce adimpletam iri confidimus, neutiquam paſſuri, vt a praeſcripta inibi norma vlla in re recedatur. Et haec ſunt, quae Dilectioni Veſtrae ſignificanda duximus, vna Eandem clem. hortantes, vt tum in debitum benigniſſimo Reſcripto Noſtro hac in cauſa die 16. menſis proxime praeteriti emanato obſequium, tum in Reuerſalium ſuarum implementum eo etiam diligenter incumbat, quo congeſtis atque productis ad infeudationem quibusuis neceſſariis, Inueſtitura ſuper ſaepe dictis Ducatibus reuerenter peti atque intra Annum et diem, ab adepta poſſeſſione numerandum, realiter et effectiue coram Throno Noſtro imperiali peragi ſuſcipique poſſit. Quod reliquum eſt, manemus etc. Viennae 9. Nou. 1731.

Veneris XXII. Iun. MDCCXXXII.

Hiſpaniarum Infans Don Carlos in puncto veniae aetatis et Inueſtiturae realis, ſiue praefati Domini Ducis Parmae et Placentiae Plenipotentiarius ac Mandatarius, Ioſephus, Comes de Saluatico, exhibente Gay, ſub praeſ. hodierno ſupplicat hum. pro, ex adductis cauſis valde momentoſis, Sereniſſimo Domino Carolo, Hiſpaniarum Infanti, aetatis veniam concedendo, proinde, ſoluta Curatela, eidem liberam ſtatuum ſuorum adminiſtrationem permittendo, atque eum in finem ad Dominos Tutores ſeu Curatores conſuetam Ordinationem pro traditione ac ceſſione adminiſtrationis hactenus geſtae decernendo, hocque praeuio realem Inueſtituram ipſi impertiendo appon. Lit. A. B. et C.

In eadem Aloyſius Gay ſub praeſ. eodem exhibendo Mandatum in vim Legitimationis, ſupplicat hum. pro clem. decernenda dictae Legitimationis ad Acta poſitione, ſeque tanquam Conſiliarium et Agentem Sereniſſimi Hiſpaniarum Infantis data occaſione benigniſſime manu tenendo, appon. Lit. A. Referatur Sacrae Caeſareae Maieſtati.

Mercurii XVII. Sept. MDCCXXXII.

Hiſpaniarum Infans Don Carlos in puncto Inueſtiturae, ſuper Ducatibus Parmae et Placentiae, ſiue Sereniſſimae Dominae Principis Dorotheae Sophiae Parmae et Placentiae Duciſſae Viduae et Sereniſſimi Domini Ioannis Baptiſtae Magni Ducis Hetruriae Mandatarii Ferdinandus Marchio Bartholomaei et Ioſephus Comes Saluatico ſub praeſ. hodierno exhibente Gay ſuppl. hum. pro clementiſſime impertienda Inueſtitura reali de praedictis Ducatibus, omnibusque ipſis competentibus Iuribus et pertinentiis a Sereniſſima Stirpe Farneſia tempore foederis Londini ſubſcripti realiter poſſeſſis, eumque in finem certo die denominando ad praeſtandum fidelitatis Iuramentum, appon. Nr. 1. 2. 3. 4. et 5.

Fiat Votum ad imperatorem idque legitur et approbatur.

Lunae VI. Oct. MDCCXXXII.

Hiſpaniarum Infans Don Carlos in puncto Inueſtiturae ſuper Ducatibus Parmae et Placentiae. Sacra Caeſarea Maieſtas Conſilii Imperialis Aulici humilimum votum clementiſſime approbauit, et in huius Conformitate reſcribatur.

1. Domino Magno Hetruriae Duci, Precibus Sacrae Caeſareae Maieſtati in Conſilio Imperiali Aulico ab eiusdem et Dnae. Dorotheae Sophiae Viduae Principis Parmae et Placentiae qua tutorum ſeu curatorum Domini Parmae Placentiaeque Ducis ac Hiſpaniarum infantis Caroli mandatarius Plenipotentiarius pro impertienda iam actuali et ſolemni ducatuum Parmae ac Placentiae Imperiali Inueſtitura humilime porrectis, Sacram Caeſaream Maieſtatem praeuia reliquorum etiam praeſtandorum praeſtatione benigniſſime annuere, non fuiſſe moratam, ſi, uti oportuiſſet, a Magni Hetruriae Principis Titulo, quo praefatum Dominum Parmae atque Placentiae Ducem et Hiſpaniarum Infantem in Mandatis ſuis procuratoriis inter alios honorum titulos inſigniuerunt praedicti Domini Curatores plane abſtinuiſſent, memores, in eorum poteſtate haud eſſe, titulum Magni Principis cuiquam de nouo conferre; quippe qui aeque ac Magni Ducis dignitas non niſi ex Sacrae Caeſareae Maieſtatis Imperiali conceſſione promanare dignoſcitur. Emendata igitur in hoc facto Mandata procuratoria eaque talia proxime producenda exſpectare Sac. Caeſ. Maieſtatemque Magni Hetruriae Principis titulum (a quo etiam in omnibus aliis Caſibus et Negotiis absque ſpeciali Sacrae Caeſ. Maieſt. Conceſſione omnino abſtrahendum eſſe eandem velle) ſuppreſſum tenent: Hoc, ſi fiat, atque reliqua etiam fuerint praeſtanda praeſtita, Sac. Caeſ. Maj. in puncto petitae actualis Inueſtiturae et eorum Procuratorum admiſſionis ad conſuetum Iuramentum Caeſaream ſuam Reſolutionem clementiſſime praebere non defuturam eſſe.

2. Fiat ſimile Reſcriptum ad Dominam Dorotheam Viduam Principem Parmae Placentiaeque.

§. XVI.

Nec inter Germaniae proceres emancipationis deſunt exempla. Dum Anno MDCCXXII. Carolus Albertus Electoratus Bauarici princeps hereditarius Mariam Amaliam Ioſephi imper. filiam ſecundogenitam in matrimonium

nium duceret, a patria dimiſſus fuit poteſtate eum in finem, vt renuntiationem ſerenisſimae confirmare posſit coniugis, prout patet ex renuntiationis inſtrumento (h). Ibi enim: *Nos deſponſata Maria Amalia Archiducißa, de voluntate, auctoritate et aſſenſu praefatorum noſtrorum reſpectiue colendiſſimi et dilectiſſimi ſponſi Domini Caroli Alberti Electoralis, principis iam maioris facti et quoad hunc actum a patria poteſtate emancipati, nec non Sereniſſimi Domini ſui genitoris, Domini Maximiliani Emanuelis vtriusque Bauariae Ducis et Electoris hanc ipſam renuntiationem deliberate fecimus.*

§. XVII.

Auguſtus II. Poloniae Rex, dum filius ipſius Fridericus Auguſtus tunc Princeps Regius atque Electoralis matrimonium cum Maria Ioſepha Auſtriaca A. MDCCXVII. contraheret, ipſum emancipauit, prout in Renuntiationis inſtrumento habetur: *deſponſata Maria Ioſepha Archi-Duciſſa de voluntate, autoritate et aſſenſu praefatorum Noſtrorum reſpectiue colendiſſimi ac dilectiſſimi ſponſi, Domini Friderici Auguſti Principis Regii et Electoralis iam maioris facti ac quoad hunc actum a patria poteſtate EMANCIPATI, nec non ſuae Regiae Maieſt. Domini Friderici Auguſti Poloniae Regis, Magni ducis Litbuaniae et Saxoniae Electoris, Patris et futuri noſtri Soceri hanc ipſam renuntiationem pro Nobis noſtrisque Poſteris, heredibus et ſucceſſoribus in tantum ſponte absque vlla vi aut perſuaſione, ex certa ſcientia in finem ac intuitum, vti praemiſſum eſt, deliberate fecimus.*

§. XVIII.

In domo Wurtebergica Leopoldum Eberhardum filios adoptatos emancipaſſe, eo fine vt eos cum naturali-

(h) Apud du MONT. T. VIII. p. 41. et SCHMAVS *corpore iuris Gent. academ.* p. 1865.

libus filiabus matrimonii copulare poſſet vinculo, patet ex iis, quae habet ILL. MOSER (i).

§. XIX.

In Naſſouia familia ſequens emancipationis extat exemplum. Dum inter Simeonem Saarbrucenſem Comitem atque Margaretham Sabaudicam Ann. MCCCIX. matrimonium eſſet contrahendum, Ioannes Comes emancipat filium Simeonem ad patris haereditatem atque dotem acceptandam, prout verba habent inſtrumenti apud LVNIG (k): *Cunctis appareat euidenter, quod nobiles et egregii Viri, Dominus Ludouicus de Sabaudia, Dominus Vaudi ex vna parte et Dominus Ioannes Comes de Sarbruche ex altera conſtituti propterea quae ſequuntur videlicet pro matrimonio contrahendo inter Simonem de Commercii Filium dicti Domini Ioannis et Dominam Margaretham, ſororem dicti Domini Ludouici vxorem quondam Ioannis, Domini de Vignorri dictus Dominus Ludouicus conuenit, dicto Domino Comiti de Sarabruchi et dicto filio ſuo praeſenti, dare in vxorem dictam Dominam Margaretham dicto Simoni ſacroſancta Matre Eccleſia concedente, quo facto dictus Dominus Ioannes Comes de Saarbruche contemplatione dicti matrimonii, EMANCIPAVIT dictum Simonem filium ſuum, qua emancipatione facta promiſit, quod nullum alium haeredem habebit in dicto Comitatu de Sarabruche, nec in terra de Commercii; niſi dictum Simonem filium ſuum aſſerens etiam, quod conſuetudo terrae eſt, quod maior filius et primogenitus debet ſuccedere in Comitatu, quibus peractis dictus Dominus Ludouicus promiſit, dicto Simoni ſoluere pro dote dictae Margarethae ſororis ſuae, decem millia librarum bonorum paruorum Turonenſium intra Terminum quinque annorum et vltra praedictam dotem dictus Dominus Ludouicus promiſit, ſe facturum, cum effectu, quod haeredes quondam Domini Ioannis de Vignorri aſſertabunt Domino Simoni, nomine dictae ſuae vxoris et ad vitam ipſius pro dotalitio ſuo, quod habere debebat a dicto Domino de Vignorri, quingentas libras paruorum Turonenſium*

(i) *Staats-R.* T. XXII. C. 120. §. 6. et T. XIX. p. 157.

(k) *Spicil. ſecul.* p. 637.

ſuum annui reditus et ſi dictum aſſertamentum completum non erit infra annum a die deſponſationis et diſcordia interfuerit, inter partes terminetur, arbitrio Domini Radulphi, Domini noui caſtri et Domini Gerardi de Vaytes militum. De eadem Naſſouia familia ſcribit DE LVDOLFF (l), Anno MDCCXI. in camera imperiali comes Naſſouiae Saraepontanus in Ottweiler filiabus ſuis tutores dari petierat, offerens emancipationem. Hanc neceſſariam non eſſe, concluſum fuit.

§. XX.

Ad Anaſtaſianam emancipationem referri debet nouisſimum, ſi in facto ita ſe habet, exemplum Comitis Bentheimenſis, Erneſti Guilielmi, quem, ad commodius eludenda fratris ſui, Philippi Conradi, conſilia, quibus filios illius ex vxore, Gertrude de Zelſt, prognatos, ſub praetextu matrimonii ad morganaticam contracti, a ſucceſsione Comitatus Bentheimenſis, caeterarumque ditionum paternarum, aliquando excludere cogitauit, inter coetera hoc quoque praeſidio vſum eſſe, recentisſima hiſtoria memorat, dum, reſciſſo contractu ſucceſſorio, quem vi fratris adactum ſe ſubſcripſiſſe querebatur coram notario et teſtibus, omnes comitatus et ditiones ſuas, bonaque patrimonialia, eorumque proprietatem, filiis ex hoc matrimonio iam natis, et adhuc naſcituris, reſignauit, reſeruata ſibi ad dies vitae ſola poſſesſione, eorum nomine, iure conſtituti poſſeſſorii, adminiſtrationeque, ſub qualitate tutoris ac curatoris legitimi, cum ſubſtitutione vxoris ſuae, quae in caſum mortis, ſub directione Epiſcopi Monaſterienſis, Tutrix vel Curatrix manere debeat, donec ad legitimam aetatem filii peruenerint: quam renuntiationis et cesſionis formulam ſacra Caeſarea Maieſtas, ſibi oblatam, ratam habuerit, confirmaueritque. Dixi

(l) *De iure feminarum illuſtr.* P. I. §. 1. n. 17.

Dixi, ſi in facto ita ſe habet; quoniam enim illuſtriſſimus Comes, ex quo ad Religionem Romano-Catholicam tranſiuit, ſuperinducta alia coniuge, quae in fauorem priorum liberorum acta memorabantur, impugnauit, et, niſi fallor, adhuc in iudicio imperiali Aulico res iſta agitatur, ſuper veritate rei geſtae iudicium noſtrum merito ſuſpendere debemus (m); Ex quo Defenſor dictae Comitiſſae de Bentheim concludit: *Ainſi donc les fils formellement conſtituez Maitres des heritages de leur Pere pendant ſon viuant, non pas en forme de teſtament, ce qui ſeroit revoquable, mais en forme de contract (conſtituti poſſeſſorii) dont le lien n'eſt pas diſſoluble, que du conſentement de deux parties contractantes, ſont et reſtent inviolablement ſeigneurs et Maîtres des Etats, prerogatiues, et Domaines de Monſieur leur Pere, ſans y pouvoir être troubles par aucune juſtice non pas meſme de Monſieur leur Pére. Eſtans en meſme temps emancipes de luy par la qualité priſe de leur curatele expreſſement ſtipulée, dans laquelle perſonne ne peut tomber ſans etre hors de la puiſſance paternelle (niſi extra patriam poteſtatem conſtitutus) Tout Pére, donc qu'il ſi qualifie Tuteur ou Curateur de ſes Enfans au regard de ſes biens a eux cedés, il les qualifies auſſi emancipés à pouvoir être dans la tutele, comme luy leur Tuteur (qui enim vult conſequens, vult etiam antecedens et poſito vno relatorum ponitur etiam alterum) car auſſi peu qu'on peut conſiderer un Pére ſans fils, auſſi ne peut on ſeulement par nature conſiderer Tuteur ou Curateur ſans Pupille ou Mineur hors de la Puiſſance Paternelle et reciproquement.*

§. XXI.

In pacto inter Iacobum Hannibal comitem de Hohen-Embs et filium Franciſcum Rudolphum inito, inter caetera

(m) Haec ſunt verba KVLPISII *ex eius diſſ. de adoptionibus et emancipat.* illuſtr. §. 58.

tera et haec occurrunt verba emancipationem ſpectantia (n). 1.) *Refutiret, cedirt und überläſſet Herr Graf Jacob Hannibal von und zu Hohenems die ihme durch Abſterben des letztern Beſitzers, Grafen Frantz Carls, angefallene Grafſchafft Hohenems mit allen und jeden Zugehörungen, wie er ſelbige von ſolcher Zeit an, vermittelſt der angeordneten Kayſ. Adminiſtration, genutzet, oder ſonſten nutzen und gebrauchen mögen, ſeinen vorlängſt re ipſa et facto emancipirten und e patria poteſtate dimittirten Herrn Sohne, Herrn Frantz Rudolphen, Grafen von und zu Hohenems etc.*

§. XXII.

Ludouicus Senior Comes in Loewenſtein, Vaſallus ducis Wurtenbergenſis, ratione partis ſuae Comitatus Loewenſteinenſis, cum eſſet in magna indignatione dicti ducis, filiis ſuis Chriſtophoro Ludouico, Ludouico Friderico, Wolffgango Erneſto et Ioanni Dieterico dictam partem Comitatus ſui cedere cogitabat (o). Hunc in finem ſaepius pro confirmandis Curatoribus, quos filiis ſuis nominarat, ſupplices ad Cameram libellos praeuia tum excuſatione a legitima parentum cura exhibuit, nec quicquam obtinuit, ſed ſemper repulſam tulit: Tandem re penitius deliberata, quod exiſtens in patria poteſtate Tutorem vel Curatorem obtinere non poſſit, cogitauit de filiis emancipandis; datis igitur Werthemi d. vlt. Februarii MDLXXXVII. a Comite Ludouico ad Leonhardum Wolff. ſuper Proceſſibus denuo extrahendis litteris, hic (p) d. IX. Martii MDLXXXVII. Ca-

(n) ILL. MOSER *StaatsR.* Tom. XXII. p. 421.

(o) ANDR. GYLMANNI *Supplic.* XXXVII. p. 196. PENSOLD ad CICLERI *Deciſiones* P. II. Dec. LL.XXII.

(p) *Wir Ludwig Graf zu Löwenſtein, als Wir Vorhabens, unſere Söhne,*

Camerae libellum ſupplicem exhibuit pro filiorum comitis emancipatione (q), quae etiam a Iudicio

ne, mit Nahmen Chriſtoph Ludwig, Ludwig Friedrich, Wolf Ernſt und Johann Dietrich, vor dem Kayſerl. Cammer-Gerichte, als dem ordinario Iudice, unſers väterlichen Gewalts ſolenniter zu entledigen und um gnädige Vergünſtung, auch Benennung Zeit und Orths, anzuſuchen, aber ſolches ſuppliciren dißmal in eigner Perſon nicht thun können, bekennen und thun kund hiemit, daß wir dem Hochgelahrten Johann Bantzen, der Rechten D. und des Kayſerl. Cammergerichts Advocaten und Procuratorn, unſerm, ſonſt mit gemeiner Gewalt conſtituirten Anwald unſere ſpecial Macht und Gewalt, auch Befehl geben haben, geben ſelbige auch, in Krafft dieſes Briefs, in allerbeſter und beſtändigſter Form, als es von Rechts oder Gewohnheits wegen immer beſchehen kan oder ſoll, alſo und dergeſtalt, daß er unſertwegen an ermeldes Cammer-Gericht ſupplicirend einbringen möge und ſolle, welchermaſſen wir in alle wege bedacht, obbemeldte unſere Söhne, denen wir unſer Theil an der Graffſchafft Löwenſtein cediret haben, zu emancipiren, und am Cammer-Gericht unſers väterlichen Gewalts zu erledigen, darauf bitten, und das Hoch-Adelich mild-Richterliche Amt anrufen ſoll, uns gnädigſt zu ſolchem actu zu laſſen, und deswegen fürderlich Tag und Orth zu benennen, alsdann Wir und Unſere Söhne erſcheinen und alle Gebühr verrichten mögen und wollen, alles ſolches in gewöhnlicher Form ſupplicando einzugeben, und was dershalben zu Ausbringung jetzt gedachten von Rechts und Gewohnheits wegen, ſonſten immer vonnöthen ſeyn, und erfordert werden mag, zu handeln und fürzunehmen, welches Wir alles gut heiſſen, und halten, auch ihme, Anwald ſeiner deßwegen ſpecial Anwaldſchafft ſchadlos halten und entheben wollen; bey Unſern Gräflichen Ehren, Treuen und Glauben. Deſſen zu Urkund etc.

(q) Apud GYLLMANN *ſupplication.* P. II. tit. 9. ſupplic. 37. *Hochwürdiger etc. E. F. G. bringt Anwald, aus ſonderlich empfangenem ſchrifftlichen Befehl und Gewalt, unterthänig vor: Nachdem wohlermeldter ſein gnädiger Herr Principal aus mercklichen nahmhaften,*

tera et haec occurrunt verba emancipationem ſpectantia (n). 1.) *Refutiret, cedirt und überläſſet Herr Graf Jacob Hannibal von und zu Hohenems die ihme durch Abſterben des letztern Beſitzers, Grafen Frantz Carls, angefallene Grafſchafft Hohenems mit allen und jeden Zugehörungen, wie er ſelbige von ſolcher Zeit an, vermittelſt der angeordneten Kayſ. Adminiſtration, genutzet, oder ſonſten nutzen und gebrauchen mögen, ſeinen vorlängſt re ipſa et facto emancipirten und e patria poteſtate dimittirten Herrn Sohne, Herrn Frantz Rudolphen, Grafen von und zu Hohenems etc.*

§. XXII.

Ludouicus Senior Comes in Loewenſtein, Vaſallus ducis Wurtenbergenſis, ratione partis ſuae Comitatus Loewenſteinenſis, cum eſſet in magna indignatione dicti ducis, filiis ſuis Chriſtophoro Ludouico, Ludouico Friderico, Wolffgango Erneſto et Ioanni Dieterico dictam partem Comitatus ſui cedere cogitabat (o). Hunc in finem ſaepius pro confirmandis Curatoribus, quos filiis ſuis nominarat, ſupplices ad Cameram libellos praeuia tum excuſatione a legitima parentum cura exhibuit, nec quicquam obtinuit, ſed ſemper repulſam tulit: Tandem re penitius deliberata, quod exiſtens in patria poteſtate Tutorem vel Curatorem obtinere non poſſit, cogitauit de filiis emancipandis; datis igitur Wertheimi d. vlt. Februarii MDLXXXVII. a Comite Ludouico ad Leonhardum Wolff. ſuper Proceſſibus denuo extrahendis litteris, hic (p) d. IX. Martii MDLXXXVII. Ca-

(n) ILL. MOSER *StaatsR.* Tom. XXII. p. 421.

(o) ANDR. GYLMANNI *Supplic.* XXXVII. p. 196. PENSOLD ad CICLERI *Deciſiones* P. II. Dec. LL.XXII.

(p) *Wir Ludwig Graf zu Löwenſtein, als Wir Vorhabens, unſere Söh-ne,*

Camerae libellum ſupplicem exhibuit pro filiorum comitis emancipatione (q), quae etiam a Iudicio

ne, mit Nahmen Chriſtoph Ludwig, Ludwig Friedrich, Wolf Ernſt und Johann Dietrich, vor dem Kayſerl. Cammer-Gerichte, als dem ordinario Iudice, unſers väterlichen Gewalts ſolenniter zu entledigen und um gnädige Vergünſtung, auch Benennung Zeit und Orths, anzuſuchen, aber ſolches ſuppliciren dißmal in eigner Perſon nicht thun können, bekennen und thun kund hiemit, daß wir dem Hochgelahrten Johann Bantzen, der Rechten D. und des Kayſerl. Cammergerichts Advocaten und Procuratorn, unſerm, ſonſt mit gemeiner Gewalt conſtituirten Anwald unſere ſpecial Macht und Gewalt, auch Befehl geben haben, geben ſelbige auch, in Krafft dieſes Briefs, in allerbeſter und beſtändigſter Form, als es von Rechts oder Gewohnheits wegen immer beſchehen kan oder ſoll, alſo und dergeſtalt, daß er unſertwegen an ermeldes Cammer-Gericht ſupplicirend einbringen möge und ſolle, welchermaſſen wir in alle wege bedacht, obbemeldte unſere Söhne, denen wir unſer Theil an der Graffſchafft Löwenſtein cediret haben, zu emancipiren, und am Cammer-Gericht unſers väterlichen Gewalts zu erledigen, darauf bitten, und das Hoch-Adelich mild-Richterliche Amt anrufen ſoll, uns gnädigſt zu ſolchem actu zu laſſen, und deswegen fürderlich Tag und Orth zu benennen, alsdann Wir und Unſere Söhne erſcheinen und alle Gebühr verrichten mögen und wollen, alles ſolches in gewöhnlicher Form ſupplicando einzugeben, und was deshalben zu Ausbringung jetzt gedachten von Rechts und Gewohnheits wegen, ſonſten immer vonnöthen ſeyn, und erfordert werden mag, zu handeln und fürzunehmen, welches Wir alles gut heiſſen, und halten, auch ihme, Anwald ſeiner deßwegen ſpecial Anwaldſchafft ſchadlos halten und entheben wollen; bey Unſern Gräflichen Ehren, Treuen und Glauben. Deſſen zu Urkund etc.

(q) Apud GYLLMANN *ſupplication.* P. II. tit. 9. ſupplic. 37. *Hochwürdiger etc. E. F. G. bringt Anwald, aus ſonderlich empfangenem ſchrifftlichen Befehl und Gewalt, unterthänig vor: Nachdem wohlermeldter ſein gnädiger Herr Principal aus mercklichen nahmbaften,*

camerali fuit decreta, atque ad actum emancipationis dies XVIII. Martii fuit decretus (r), idemque eodem die coram epiſcopo Spirenſi, camerae iudice, pro tribunali ſedente nec non comite a Sulze et reliquis huius Camerae imperialis aſſeſſoribus poſt publicatas ſententias ſolenniter

ten, beweglichen Urſachen, ihr G. Antheil an der Grafſchafft L. S. ſo von dem Herzogen zu Wirtenberg zu Lehen gehet, Dero Sohn Chriſtoph Ludwigen, N. N. N. Gebrüdern, cedirt und übergeben, ſie aber ihres minderjährigen Alters halben, der Regierung und eigner adminiſtration ſolchen cedirens nicht wohl für ſich ſelbſt kundten verſehen, ſondern Vormünder bedürfften, welche doch bey ihrer G. Lebtagen, und da Dero Söhne noch in ihrer G. väterlichen Gewalt ſeyn, nicht wohl mögen gegeben oder verordnet werden, ſondern vorgehender emancipation von nöthen iſt, und ihr Gn. nunmehr bedacht, gemelte Dero Söhne auf berührte Ubergab habenden väterl. Gewalts, mit gebührlicher ſolennitet ſelbſt perſönlich, auch in Gegenwärtigkeit und offentlich Erklährung und darzu Bewilligung, filiorum emancipatorum publicum dieſem Keyſerl. Tribunali, als iudice ordinario, et imperii ſupremo oder wohin, und wie ihr G. gewieſen worden zu erledigen, und zu emancipiren, wie die hohe Nothdurfft, ſonderl. gedachter cedirten Lehen empfängniß halben erfordert, daß ſolches fürderl. geſchehe, ſo bittet Anwald unterthäniglich, E. F. G. geruhen wohl ermelten Graf Ludwigen, und ihr G. Sohn von Richterlichen Ampts wegen, zu ſolchem actu zu laſſen, auch Zeit, Stund und Orth, da es verricht mag werden, alsdann ihr G. erſcheinen, und was der Nothdurfft Brauch und Gebür ſeyn wird, anſtellen und verrichten.

(r) Apud GYLLMANN L. C. *Iſt dem Supplicanten ſein Begehren, ſo viel Herrn Ludwigen des ältern, Grafens zu L. S. zween anweſende Söhne, Herrn Chriſtoph Ludwigen, und Herrn Ludwigen betreffend, zugelaſſen, und ihnen ad actum emancipationis, Zeit zu ein Uhrn, nach Mittag, in der gewöhnlichen Audientz zu erſcheinen, ihre Notturfft und die Gebür zu verrichten. Hiemit erkännt* in Conſ. 28. Martii Anno et c. 87.

ter fuit peractus (s), atque tunc praeuia ſupplicatione iuniorum comitum Loewenſteinenſium pro confirmandis

 cu-

(s) Ipſum emancipationis documentum ſequentis eſt terroris. *Wir Rudolf der andere etc. bekennen und thun kund männiglichen, mit dieſem Unſern Kayſerlichen offenen Brief: Als der Edel Unſer und des Reichs lieber Getreuer, Ludwig, Graf zu Löwenſtein, Herr zu Scharpſeneck, unſerm Kayſerl. Cammer-Gericht, durch in Rath übergebene ſupplication Bericht gethan, welchermaſſen er, aus merklichen nahmhafften bewegenden Urſachen, ſeinen habenden Antheil der Grafſchafft Löwenſtein, von dem Hochgebohrnen Ludwigen Herzogen zu Würtemberg und Teck, unſerm lieben Vettern und Fürſten, Lehenrührig, ſeinen Söhnen, Chriſtoph Ludwigen, und Ludwigen, ſamt den minderjährigen Brüdern cedirt und abgetretten, dieſelbige ſeine Söhne aber Alters halber, der Regierung und Adminiſtration vor ſich ſelbſten nicht wohl vorſtehen mögten, ſondern der Vormundſchafft, Curatel und Beyſtands vonnöthen hatten, dazu ſie aber bey ſeinen, des Vaters, Lebtagen, und als lang ſie in ſeiner väterl. Gewalt ſeyn, nicht verholffen werden könnten, und daß derowegen er auf ſolche Ubergab, fürderlicher Erlangung der Curae und Lehens Empfängniß halber, bedacht, obbenennte ſeine beede Söhne, ſo puberes und ſamt ihme zugegen wären, mit ihrer Verwilligung vor demſelben unſerm Cammer-Gericht, als ihren ordinario iudice, des väterlichen Gewalts zu erlaſſen und zu emancipiren, mit unterthäniger Bitte, ſie gnädigſt dazu kommen zu laſſen, und Anweiſung zu thun, zu welcher Zeit und End ſolcher Actus vollzogen werden mögte; Darauf und heute dato erlangt decret, dadurch ihme ſein Begehren, ſo viel die beyde anweſende Söhne, Chriſtoph Ludwig und Ludwig, anlangt, zugelaſſen und ihnen ad actum Emancipationis Zeit zu 1. Uhren Nachmittag in der gewöhnlichen Audientz zu erſcheinen, ihre Nothdurfft und die Gebühr zu verrichten, ernennet worden, zu derſelben beſtimmten Zeit beneben ſeinen beeden Söhnen vor ermeldten Unſerm Kayſerl. Cammer-Gericht, welches damahls der Ehrwürdige Eberhard, Biſchoff zu Speyer, und Probſt zu Weiſſenburg, unſern Fürſt und Rath, Cammer-Richter deſſelben unſers Kayſerl. Cammer-Gerichts, und lieber*

curatoribus a Wolffgango Comite de Koenigsek dicti Curatores fuerunt conſtituti (t).

§. XXIII.

her Andächtiger, ſamt andern zugeordneten und Aſſeſſoren, in gewöhnlicher Anzahl in Unſerm Nahmen und an Unſer Statt, in unſer und des Heil. Reichs-Statt Speyer, beſeſſen hat, perſönlich erſchienen iſt, und durch ſeinen Anwald, den Ehrſamen, Wohlgelahrten unſern und des Reichs lieben Getreuen, Leonhard Wolffen, der Rechten Doctorn, unſers Kayſerl. Cammer-Gerichts Advocaten und Procuratoren, reden laſſen:

Nachdem er auf ſeine unterthänige überreichte ſupplication, die er, damit auch ſein Vollmacht, einlegt, zu höchlich verurſachter Emancipation der gegenwärtigen ſeiner beeden ältern Söhnen, durch gnädigſt ertheiltes Decret jetztmahls zugelaſſen worden, als erſchienen ſie ſämtlichen zugegen vor ihrem ordentlichen Richter, und wollte darunter Graf und Ludwig, der Vater, ſich ſeines Väterl. Gewalts, wie ſolches im Rechten am allerkräfftigſten geſchehen ſoll, kan oder mag, zu dem Ende in angezogener ſupplication vermeldt, öffentlich begeben, und gemeldte ſeine beede Söhne, gegenwärtig, gäntzlich davon erlediget, und erlaſſen haben, ſie, die beede gegenwärtige Söhne, wie es ſich von Rechtswegen gebühret, nehmen auch ſolche väterliche Emancipation an, und bewilligen darein, das alles ſie mit ausdrücklichen Worten und Händen gegeneinander zu erklähren und zu vollenziehen erbietig, als für der mehrgedachter Graf Ludwig der älter ſelbſt mündlich, daß er beede ſeine gegenwärdige Söhne, aus väterl. Gewalt emancipiret, und gedachten unſerm Kayſerl. Cammer-Gericht dieſelbige Emancipation anzunehmen, zu bekräfftigen, und rechtlich decret zu interponiren, in Unterthänigkeit gebeten haben wolte, deßgleichen auch der ältere Sohn, Chriſtoph Ludwig, Graf zu Löwenſtein, für ſich und ſeinen gegenwärtigen Brudern, Graf Ludwig den Jüngern, ausſagten: Nachdem ihr Herr Vater ſie beede anjetzo, auf zuvor erhalten Decret, aus ſeinem väterl. Gewalt entlaſſen und emancipirt; als wolten ſie in ſolche Emancipation in beſter Form Rechtens gewilliget und conſentiret, darneben auch um Mittheilung Richterlichen Decrets in

Un-

§. XXIII.

Enno Friſiae orientalis comes cum filiabus de negotio Eſenſi et Wittmundenſi tractaturus ipſas antea emancipauit (u). Sic etiam Eberhard a Freuberg cum inter filios diſpoſitionem maioratus facere vellet, conſenſusque eorum eſſet neceſſarius, eos emancipauit et iis, qui minores erant, Curatores dari iusſit (x).

Unterthänigkeit gebeten haben; Darauf auch ſie, beede Söhne, dem Vater die Hand würcklich gegeben, und von ihme aus Handen erlediget und gelaſſen worden: Daß dem allen nach alſobald hierauf dieſer Beſcheid erfolget: Auf Herrn Ludwigs des ältern, Grafen zu Löwenſtein etc. jetzt beſchehene Bitt und Begehren auch beeder ſeiner anweſenden Söhne, Herrn Chriſtoph Ludwigs und Ludwigs gethane Bewilligung und Erklährung iſt über die vorgangene Emancipation das Richterlich Decret und Autorität interponirt, auch deßwegen nothdürfftige Urkund erkannt. Urkund dieſes Briefs.

(t) Emancipat. Acta V. apud KVLPISIVM *App.* p. 197.

(u) Referente EYBEN. *ad inſt. diſquiſ. III.* obſ. XIII. licet nec apud EMMIVM nec apud BRENNEISEN quidpiam de eo habeatur.

(x) BETSIVS *de pactis illuſtr.* C. X. §. XIII. p. 437.

CAPVT III.
DE
ILLVSTRIVM CONCVBINIS.

SVMMARIA.

§. I. Variae de illuſtrium concubinis ſententiae.

§. II. Conditio concubinarum apud Romanos.

§. III.

§. III.

De Darii cum Aſpaſia concubinatu.

§. IV.

Alexandri M. concubinatus.

§. V.

Caligulae concubinatus cum ſororibus.

§. VI.

Io. Ducae Conſtantinop. imper. Concubina Maraeſia.

§. VII.

Impp. Romanorum concubinae a Carolo M. vsque ad Frider. II.

§. VIII.

De Ottone IV. imp.

§. IX.

Wenceslai imp. concubina Suſanna.

§. X. XI.

Caroli V. imp. concubinae.

§. XII.

Alberti Degen. Landgr. Thur. concubin. cum Cunigunda ab Yſenburg.

§. XIII.

Wilhelmus III. Sax. D. Brandenſteiniam antea pellicem poſteá coniugem habuit.

§. XIV.

Henrici com. Guelpherbytani concubinatus.

§. XV.

Petrus II. Arrag. R. in concubinatu vixit.

§. XVI.

Iacobus I. Arrag. R. Thereſia Vidaurie pellice delectatus.

§. XVII.

Alphonſi V. R. Arrag. pellicem aluit.

§. XVIII.

Quod et fecit Ioannes II. Ar. R. et

§. XIX.

Ferdinandus Catholicus.

§. XX.

Alphonſi VI. et Alphonſi IX. Caſtellae Regum concubinae.

§. XXI.

Alphonſi XI. concubinatus cum Eleonora Guſmannia.

§. XXII.

Petri crudelis amores cum Maria Pedilla.

§. XXIII.

Henrici IV. Legionis et Caſtellae R. amaſiae.

§. XXIV.

Philippi I. Caſtellae Regis concubinatus ad inſaniam redegit coniugem Ioannam.

§. XXV.

Philippus II. Hiſp. Rex ex concubina filium habuit Iohannem ab Auſtria.

§. XXVI.

Plura concubinatus procerum Hiſpaniae afferuntur exempla.

§. XXVII.

Regum Portugalliae concubinae.

§. XXVIII.

De frequentibus concubinarum exemplis in Merouingica ſtirpe indicium.

§. XXIX.

§. XXIX.

Chlotarii I. illiciti amores.

§. XXX.

Guntrami ex concubinis liberi.

§. XXXI.

De Chilperici pellice Fredegunda.

§. XXXII.

Pipini Heriſtallii uxor Alpas minus recte dicitur concubina.

§. XXXIII.

Concubinae Regum Fr. ex ſtirpe Capetingica.

§. XXXIV. - XXXVI.

Franciſci I. Gall. R. amaſiae.

§. XXXVII.

Henrici II. R. Gall. concubinatus.

§. XXXVIII.

Caroli IX. et Henrici III. amaſiae.

§. XXXIX.

Henricus IV. G. R. nimis amoribus deditus.

§. XL.

Eius amores cum la Dame de Saures et Criſande.

§. XLI.

Poſtea Marchioniſſam de Guierche-ville magno amoris affectu eſt proſecutus.

§. XLII.

Relicta Antonia Mariam de Beauvilliers habuit amaſiam.

§. XLIII.

Eius amores cum Gabrielide d' Eſtrees, ex qua habuit filios quos ad ſucceſſionem regni vocare cupiebat quod tamen

§. XLV.

Diſſuadebat Dominus de Rosny Duc de Sully.

§. XLVI.

Nihilominus Rex Gabrielidem legitimam ſibi vxorem copulare cupiebat, quod tamen, interueniente eius morte, haud factum.

§. XLVII.

Poſt huius mortem Henricam de Balſac concubinam habuit.

§. XLVIII.

Plura de Henrici IV. concubinis.

§. XLIX.

Ludouici XIV. Amaſiae.

§. L.

Ludouici Galliae Delphini amaſia.

§. LI.

Liberorum regiorum concubinae.

§. LII.

Galliae procerum concubinae.

§. LIII.

De Clericorum Galliae concubinatu.

§. LIV.

Ex Angliae Regibus Canutus I. concubinam habuit Albinam.

§. LV.

Concubinae R. A. ex Saxonum et Normannorum ſtirpe.

§. LVI.

Henrici II. A. R. cum Roſamunda.

§. LVII.

§. LVII.

De huius Roſemundae ſepultura.

§. LVIII.

Eduardi III. Amaſia Aliſa Perez.

§. LIX.

Ioannis ducis Lancaſtriae concubina Catharina.

§. LX.

Concubinae Regum familiae Stuarteae.

§. LXI.

Plures concubinas aluit Carolus II. R. A.

§. LXII.

Conſilia ſub Carolo II. de diſſoluendis cum vxore legitima nuptiis.

§. LXIII.

Diuortium tamen impediente duciſſa de Cleueland. Dux Buckingham inde offenſus plures regi concubinas procurauit.

§. LXIV.

Adamauit quoque duciſſam de Portsmouth.

§. LXV.

Et Madem. Robertsi

§. LXVI.

Iacobi II. A. R. amores.

§. LXVII.

Chriſtiani II. Daniae Sueciae et Norw. R. meretricula Columbula.

§. LXVIII.

Chriſtiani IV. et V. Dan. R. concubinae.

§. LXIX.

De Auguſti I. R. Pol. amoribus remiſſiue.

§. LXX.

Heraldi Dan. Reg. concubinatus.

§. LXXI.

De Ottocari V. Boh. R. concubina.

§. LXXII.

Caſimiri Poloniae R. libidines.

§. LXXIII.

Theodorici Oſt-Goth. R. filiae ex concubina.

§. LXXIV.

Martini Siciliae R. liberi ex amicis prognati.

§. LXXV.

Alfonſus R. Sicil. et Neap. amicam habuit Lucretiam.

§. LXXVI.

Alia exempla e Regno Neapol.

§. LXXVII.

Hugonis Arelat. et Prouincial. comitis illiciti amores.

§. LXXVIII.

Romani pontifices concubinis ſunt delectati.

§. LXXIX.

De Chrotarii Longob. R. amoribus

§. LXXX.

Exempla e domo Sabaudica.

§. LXXXI.

De Franc. Sfortiae concubina dicta Perpetua.

§. LXXXII.

Exempla domus Mediceae.

§. LXXXIII.

Aeneas Syluius poſtea ſub Pii II. nomine pontifex filium ex concubina habuit.

§. I.

§. I.

Ab antiquiſſimis ad noſtra vſque tempora non defuere illuſtres, qui praeter vxorem legitimam, diuerſis vterentur amicis, illas honoris praerogatiua contentas eſſe volentes. Sic enim magnum quendam Regem ferunt dixiſſe, *vxorem ſibi ſeruire pro ſobole, amicas pro voluptate* (a). AELIVS VERVS etiam imp. ad vxorem de extraneis voluptatibus conquerentem dixit (b): *Patere me per alias exercere cupiditates meas; vxor enim dignitatis nomen eſt, non voluptatis.* Et ſecundum DEMOSTHENEM (c): *Meretrices alimus cauſa voluptatis: Concubinas propter quotidiana miniſteria et curationem corporis: Vxorem propter ingenuos liberos ſuſcipiendos et fidelem rei familiaris adminiſtrationem ac cuſtodiam.* Hanc tamen illuſtrium libidinem maxime increpat CICERO (d): *Graues*, dicens, *Dominae ſunt cogitationum libidines, infinita quaedam cogunt atque imperant. Quae quia expleri, aut ſatiari nullo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris ſuis incenduntur. Hinc merito Reges atque Principes poſteritati et legitimae prolis amore, continentur, atque filii illegitimi merito a ſucceſſione excluduntur.* In ſacra ſcriptura Concubinae etiam dicuntur vxores, de quo AVGVSTINVS (e): *Agar et Cetura vxores et concubinae ſunt appellatae, Sara ſolum vxor.* Et alibi: *Forte omnis concubina vxor, non etiam omnis vxor concubina.* In concilio

(a) ARNISAEVS *de Republica* cap. II. Sect. XIII. n. 28.
(b) SPARTIANVS *in vita c.* V.
(c) MYLERVS *Gamologia* c. XXIII.
(d) *De Republica* lib. VI.
(e) lib. XVI. *de Ciu. Dei* c. XXXIV.

TOLETANO l. c. XVII. p. 521. T. I. *concil. vniuerſ.* L. SVRII de concubinatu dicitur: *Is qui non habet vxorem, et pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur, tantum vt vnius mulieris aut vxoris aut concubinae, vt ei placuerit, ſit coniunctione contentus.* Haec lex repetitur apud REGINONEM *de diſciplina eccleſ.* cap. XXVIII. p. 512. edit. BALVZII. In Germania noſtra abrogatus eſt concubinatus per *ordinat. politicam Auguſt.* de A. MDXXXIII. et repetita vice per *ordin. politic. Francof.* de A. MDLXXVII.

§. II.

Iure Romano licitus erat concubinatus, ita tamen, vt quis vnica ſaltim contentus eſſe debebat concubina. Ea vero inter concubinam et legitimam vxorem ſiue matrem familias erat differentia, vt iſta pro arbitrio ſine vlla ſolennitate a marito duci poſſet, haec vero ſecundum leges coram altari cum farre et pane in mariti manus conueniret, ideoque vocaretur vice-coniux (f). Ideoque VLPIANVS (g) tradit, *quod inter vxorem et concubinam praeter dignitatem, nihil interſit.* Erat autem concubinatus vel temporarius vel perpetuus (h).

§. III.

Artaxerxes Mnemon, rex Perſarum praeter Atoſſam, quam contra leges duxerat vxorem, alebat inſuper ſexaginta et trecentas praecellentisſimae formae concubinas (i), ex quibus LXV. filii fuerunt (k). Tres tamen ſal-

(f) ALBERICVS GENTILIS *ex Cuiacio, de Concubinis, de Nuptiis* lib. I. c. IV.

(g) l. 49. §. 4. *de Legatis 3.*

(h) WILLENBERG *de matrimonio imparium* §. III.

(i) PLVTARCHVS *Artaxerxe* p. 1025.

(k) IVSTINVS lib. X. c. I.

ſaltim filios reliquit legitimos, Darium, Ariatem et Ochum, ex quibus Darium, quia maximus erat natu, contra morem Perſarum, apud quos Rex non niſi morte mutabatur, per indulgentiam viuus regem fecit, ex hac potisſimum ratione, vt ſpem praeciderет Ocho filio iuniori regnum adpetenti (l). Lex autem erat apud Perſas, vt deſignatus Rex donum peteret, et daret, qui deſignauerat, modo fieri poſſet quidquid eſſet petitum. Popoſcit igitur Darius Aſpaſiam, quam Cyrus fuerat vnice complexus, et erat illa ea tempeſtate regis pellex. Phocenſis genere fuit a Ionia, parentibus orta ingenuis, atque educata liberaliter. Capta fuit, quum Cyrus in proelio occubuiſſet et diriperentur caſtra eius. Hanc Darius quum petiiſſet, momordit patrem. Barbari enim in amoribus graui aemulatione praediti ſunt, vt non ille modo qui appellauerit et attigerit regis pellicem, verum etiam, qui propius in itinere praeterlatus fuerit et praeuectus, quibus portantur, plauſtra, capite luat. Aſt poſtulatus de Aſpaſia, illam liberam ait eſſe, acciperet eam ipſius voluntate, vim ne afferret inuitae. Adcitam Aſpaſiam, vbi praeter expectationem regis elegit Darius, dedit quidem ei ex legis necesſitate, ſed datam paulo poſt eripuit.

§. IV.

De Alexandro M. dicit DIODORVS SICVLVS (m): *Concubinas inſuper prout Darius conſueuerat, circumducere ſecum cepit, quarum turba dierum numero haud inferior erat. Pulchritudine autem, vtpote ex foeminis per totam Aſiam praeſtantiſſ. delectae, eminebant. Hae ſub vnamquamque noctem re-*

(l) PLVTARCHVS et IVSTINVS c. l.

(m) POMPEIO p. 636.

gis lectum circumibant, vt quam liberet, ad concubitum Rex adoptaret.

§. VI.

In Romanorum Impp. Hiſtoria Caligula ſororibus ſuis vſus fuit concubinis, de quo SVETONIVS (n): *Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit, plenoque conuiuio ſingulas infra ſe vicisſim collocabat vxore ſua ſupracubante. Ex his Druſillam vitiaſſe virginem praetextatus adhuc creditur. Atque etiam in concubitu eius quondam deprehenſus ab Auia Antonia, apud quam ſimul educabatur, mox Lucio Casſio Longino conſulari collocatam abduxit, et in modum iuſtae vxoris propalam habuit.*

§. VI.

Io. Ducae, Conſtantinopolitani Imp. concubina erat Marceſia, de qua NICEPHORVS GREGORAS (o): *Interim Irene Imperatrice mortua, Imperator poſt longum luctum tandem ſolitudinis pertaeſus aliam vxorem duxit, Annam Alemanam, admodum adoleſcentulam, Manfredi Siciliae Regis ſororem. Quam inde nutricis et magiſtrae loco cum multis aliis mulieribus comitabatur, matrona pulcherrima facie, quae ex oculis caſſes (vt ita dicam) ineuitabiles eiaculabatur, nomine Marceſina: quae philtris et illecebris amatoris, ac morum vrbanitate paulatim etiam imperatoris oculos in ſe conuertit, amoreque ſui ſic incendit, vt iam haud disſimulanter imperatrix Anna prae ea negligeretur. Nam tandem eo dementiae redactus eſt Marceſinae amore, vt eam imperatoris inſignibus ornari pateretur, quibus imperatrici Annae nihil cederet; eandem vero et amore et propenſione imperatoris, et ſubditorum obſeruantia ac reuerentia longo interuallo ſuperaret, ne dicam ſola illis frueretur. Etſi au-*

(n) *in vita* c. XXIV.

(o) *Hiſt.* lib. II. c. III. IV. V.

autem prudens erat imperator, non tamen vitam moleſtiae, triſtitiae, angoris expertem egit: ſed conſcientiam acris inſtar ſtimuli pungentem habuit, poenitentiae occaſionem expectans, et prauitatis illius correctionem a Deo, id quod ex eo conſtat. Aiunt Marceſinam aliquando, tum ſpectandi cauſa templum Blemmidae ſumptibus exaedificatum, et piorum virorum exercitationibus dedicatum, adiiſſe magno cum faſtu et ſplendore imperatorio, ſatellitumque comitatu. Sed priusquam veſtibulum intraſſet, coetum monachorum templi fores Blemmidae praeceptoris iuſſu intrinſecus illi occluſiſſe. Erat is multis virtutibus inſignis, et varia eruditione tum ſacrarum tum prophanarum literarum perpolitus. Nefas enim iudicabat diuinus ille vir, nefariam illam et impudicam mulierculam profanis et conſceleratis pedibus ſacrum pauimentum calcare. Nec eum hoc feciſſe mirum, quippe qui prius etiam dicteriis illam tam lingua quam calamo inceſſere nunquam deſtitiſſet. Ea vero ſe grauiſſima contumelia affici rata, et tanto dignitatis faſtigio non ferenda, cum per ſeſe ira ardebat, tum ab adulatoribus magis inflammabatur. Vnde ad imperatorem magna cum indignatione reuerſa, toto impetu illum ad vindictam incitabat: eam ignominiam in ipſius imperatoris caput redundare clamitans. Accedebant aſſentatorum voces, oleum igni (quod aiunt) addentium aucupandae cauſa. At imperator ſubito moerore affectus, ac lacrymis oppletus, cum profundo ſuſpirio: Quid me (inquit) *ad virum iuſtum puniendum impellitis? Nam ſi ego ſine probro et ignominia viuere voluiſſem, imperii Maieſtatem inuiolatam conſeruaſſem. Nunc cum ipſe meae, atque adeo ipſius imperii contumeliae cauſam praebuerim: meritis meis gratia refertur, vt male ſementis malam meſſem percipiam.*

§. VII.

In Germanorum imp. Hiſtoria Carolus M. meretrices habuit Himiltrudem, nobilem puellam, quam ante legale connubium duxerat, *Mathalgardim*, *Gerſuindam* Saxonici ge-

generis, *Reginam et Adelwindam* (p). Lotharius defuncta A. 855. Ermengarda Regina duas ſibi ancillas ex villa Regia copulauit, quarum altera Doda nomine, filium edidit quem Carolomannum vocari iusſit (q). Carolomannus Ludouici Germanici filius primogenitus habuit Litowindam Carentanam (r). Arnulphus imp. concubinam habuit Ellinrath (s). Otto M. amicam habuit nobilem Slauicam (t). Fridericus II. imp. plures habuit concubinas, atque inter has Blancam Lanceam, filiam Bonifacii Dynaſtae in tractu Montisferratenſi, quam tamen per Berardum Archiepiſcopum Panormitanum ipſi coniugio fuiſſe copulatam, quidam contendunt (u).

§. VIII.

De Ottone IV. imp. ſcribit MVTIVS (x), poſtquam de Beatricis morte dixiſſet: ſuſpicabantur alii aliam cauſam fuiſſe: quidam dicebant: virginem non inuentam: quidam concubinas magis imperatori placuiſſe: fuerunt, qui putabant, per pellices veneno ſublatam, non conſcio imperatore. Inimici et Pontificii palam dicebant per imperatorem venenum illi datum.

§. IX.

(p) EGINHARDVS *vita Caroli M.* edit. du Cheſne p. 100.
(q) *Annales Bertiniani* ad A. 853.
(r) REGINO ad A. 880.
(s) Sic etiam in Diplomate Conradi I. de a. 914. apud PETZIVM *Theſ. Anecd.* Tom. I. p. III. p. 94. in quo: *qualiter matrona quaedam nomine Ellinrath, concubina videlicet Arnolfi Sereniſſimi.* Adde litteras apud HVND. *metrop. Salisb.* T. II. p. 366.
(t) DITMARVS lib. II. p. 388.
(u) ROCCHVS PIRRVS *Chronologia Regum Siciliae* p. 51. qui etiam eiusdem familiam nectit.
(x) *Chron.* lib. XIX. p. 175. Licet MEIBOMIVS *in Apologia* pag. 155. etiam ab hac iniuria Imp. abſoluat.

§. IX.

Wenceslai Imp. concubina erat Suſanna - - quae ipſum e carcere Pragenſi liberauit, et tantum apud ipſum praeualuit, vt ſolius Suſannae alloquio potuiſſet molliri (y). Maximilianus I. plures habuit concubinas, quarum nomina tamen haut memorantur (z).

§. X.

Prima Caroli V. concubina erat Margaretha Vangeſtia, ex qua filiam ſuſtulit Margaretham, Alexandro Farneſio, Duci Parmenſi nuptam, de qua FAMIANVS STRADA (a): *Margarita, prima Caroli V. proles quadriennio ante genita, quam ille vxorem duceret, matrem habuit eiusdem nominis Margaritam Vangeſtiam (quod quidem ſero innotuit) Ioanne Vangeſti ac Maria Cocquamba Nobilibus Flandris Aldenardae ortam. Quibus peſtilentia ſublatis, Margaritam quintum annum agentem, quoniam Ioannes pater percarus fuerat Antonio Lalinio Comiti Hocbſtratano, domi ſuae comes paterne ſuscepit, eiusque coniux Eliſabetha Culemburgica vti filiam educauit. Adulta quae vt erat excellenti tum forma, tum que formam conſecrabat honeſtate, compluribus expetita certatim ad nuptias, horum ſpes omnium diu fruſtrata eſt obiectu caſtitatis intra religioſa clauſtra propediem dedicandae: donec ad conuiuale tripudiantium oblectamentum inter nobilium foeminarum choros adhibita, in eo nocturnae licentiae laxamento, ſero vtique ſenſit, quam prope ſe conſequantur, proponi formam, et exponi*

(y) DVBRAVIVS lib. XXIII. p. 608. LEHMANN lib. VII. cap. LXI. LAMBECIVS *Comment. de Bibl. Caeſ. Vindeb.* lib. II. c. VIII. pag. 752. *Corpus Hiſtor. Germ.* Per IX. S. VII. §. XIII.

(z) PONTVS HEVTERVS *Rerum Auſtriacarum* lib. VII. cap. XVIII. FVGGER lib. VI. c. XXI.

(a) *de B. Belgico* lib I. p. 35.

ni pudicitiam, ſi praeſertim locuples emptor praeſto ſit. Etenim cum Feſtae huic ſaltationi Aldenardam praeteruehens intereſſet Carolus imperator, Margaritam, quam Culemburgica ſecum adduxerat, ſpecie inter omnes pulcherrimam conſpicatus, decorem eius impenſe laudauit apud comites, viſusque eligere, dum laudauit. Inde aſſeclarum vnus, ex illo videlicet aulicorum genere, qui ad Principum gratiam non niſi malis artibus aditum habent, puellam per tenebras dolo ſubreptam induxit ad Caeſarem, ex eaque haec, qua de loquimur, Margarita procreata eſt, re complures annos iuſſu Caeſaris occultata, eam maxime ob cauſam, quod cum Is ab eodem aulico forte reſciſſet, inſudatum ab illo, vt inferri ſe ad Caeſarem puella pateretur, ac non niſi inuitam minisque territam poſtremo deductam: Indignatus ad ea Caeſar homineque peracriter increpito, etiam iuratus, ſi hoc ſibi ante ſuboluiſſet numquam profecto ſe virginem fuiſſe tacturum; clam haberi partum curauit, quo matris pudori conſuleretur et famae ſuae, cuius haud ſane prodigus eo in genere Carolus fuit, nec labes ſuas cum pompa et ſcena produxit, ſed non diu arcanum latuit, ancillae cuiusdam garrulitate. Quae ob miniſterii neceſſitatem conſcia, marito ſecretum aperuit: hic cum amico eadem ſide communicauit: (Nam NEMO non aliquem habet, cui tantum credat, quantum ipſi creditum eſt) atque inde ceu pluuia tectis exceptaque ex vna in aliam tegulam imbricemque deuoluta, in publicas vias demum ſpargitur: ita pluribus in conſcientiam clam ſemper adhibitis quod ſecretum ſingulis erat, populo rumor fuit. Neque mater euulgato iam partu, aegre tulit et patrem publicari: quaſi honeſtatem conciliatura culpae a tanto nomine. Et breui ex regià educatione paruit Auſtriaca ſoboles.

§. XI.

Alia Caroli V. concubina erat Barbara Blumbergia Ratisbonenſis (b), quae poſtea Nobili Nauarrenſi vel Luxen-

(b) FAM. STRADA *de B. Belgico* lib. X. p. 506.

xenburgenſi dicto Requel nuptui fuit collocata (c). Iſta filium reliquit Piramum Conradum (d), quem Ioannes Auſtriacus ex eadem natus, pro fratre vterino adgnouit, ipſumque ſtudiorum cauſa in Burgundiam miſit, qui tamen omiſſis litteris, initaque liberiore vita, fratris iuſſu in arce fuit concluſus. Sed mortuo Auſtriaco, iuſſu Philippi II. Regis liberatus, ſub Alexandro Parmenſi Duce tyrocinium ponere iuſſus, aureis quinquaginta in ſingulos menſes attributis (e). Haec vero Barbara poſt Ioannis Auſtriaci mortem A. MDLXXXVIII. in Hiſpaniam euocata, a Philippo II. Rege benigne ſuſcepta: paucisque poſt menſibus Mazotum in Regium S. Cypriani coenobium honorifice transmiſſa, cum inter eas ſanctimoniales, addito ancillarum miniſterio, vixiſſet annos quatuor; Laredi, quo ſe contulerat, coeli ſalubritate inuitata, deceſſit

(c) BRANTONE *Vie des Capitains étrangers* Tom. II. p. 49.

(d) *La vie de Jean d'Autriche p. 11. croit que Blombergue étoit veuve, quand elle ſoufrit de paſſer pour la Maîtreſſe de Charle-Quint, et que Pirame Conrad étoit ſon fils legitime.*

(e) FAM. STRADA *de B. Belgico* Dec. I. lib. X. p. 518 *Iam quod ſpectaret ad Auſtriaci, vti credebatur, fratrem, Pyramo Conrado nomen erat, reſcriptum eſt a Rege, videret Alexander, quae eius propenſio animi foret: Vidit ipſe, retulitque, Adoleſcentem ab Auſtriaco fratre miſſum fuiſſe ſtudiorum cauſa Burgundiam: ſed intra paucos dies omiſſis literis initaque liberiore vita, fratris iuſſu in arce concluſum. Ex arce ad ſe ſcripſiſſe, mortuo Auſtriaco, vt quando fruſtra in litteris laborabatur, alieno ab his non minus animo, quam facultate, exemptum vellet ea cuſtodia atque ad arma transferret, fructu, ſicut ſperabat, haud poenitendo. Id ſibi quoque videri ſubdidit ad Regem, Alexander: orauitque proinde, vt ſi eius Maieſtati videretur, imperaret, quo is loco militiam capeſſeret. Placuit Regi ſub Alexandro tyrocinium ponere, aureis quinquaginta in ſingulos menſes attributis.*

ceſſit (f). Filius ex eadem praetenſus Ioannes ab Auſtria binas habuit concubinas, Dianam Phalangam nobilem Surrentinam et Mariam Mendokiam (g).

§. XII.

Albertus degener Thuringiae Landgrauius, Miſniae Marchio concubinam habuit Cunigundam de Yſenberg, vnam ex pediſſequis vxoris Margarethae, quae filia erat Friderici II. Imperatoris (h). Huic Margarethae dum mortem intentaret maritus, iſta A. MCCLXIX. fuga ſe ex arce Wartenburgenſi proripuit, poſt nonum exilii menſem XVII. Kl. Aprilis MCCLXX. Francofurti ex moerore defuncta (i). Albertus vero, poſtquam Margarethae coniugis mortem compeviſſet, dictam Cunigundam per copulam ſacerdotalem, vt Apitium filium legitimaret, duxit

(f) Verba ſunt FAMIANI STRADAE p. 518. In *Dialogues des morts* reperitur Dialogue de Lucrece et de Barbe Blomberg. Adde BAYLE voce *Blomberg*.

(g) STRADA Dec. I. lib. X. p. 516.

(h) *Hiſtoria Landgr. Thuringiae* c. LXV. Anno Domini MCCLXIX. *Margaretha, vxor Alberti Landgrauii, perſecuta a marito, propter vnam de pediſſequis ſuis Kunnem de Yſenbergen concubinam vsque ad mortem.* IDEM c. LXXIII. eandem vocat concubinam et PAVLVS LANGIVS *Chron. Citic.* p. 1199. GEORG. FABRICIVS *Origg. Sax.* lib. VI. p. 519. ALBERTVS *obſcurum, qua de cauſa odiſſe coepit coniugem: animum adiiciens ad puellam nobilem Cunegundam Iſenburgiam: ex qua Apitium filium, quem* GAZO BONONIENSIS *alieno nomine appellat Apollonium, progenuit. Pellicis autem tam inſano amore corripitur, vt vxori venenum pararet. Annales Vetero-Cellenſes* apud MENCKENIVM Tom. II. *ſcript. Rer. German.* p. 407. *Contigit quod idem Albertus concubinam quandam adamaret pulchram Cunegundim, dictam de Yſenberg, quam publice et occulte multis annis tenuit: ſicque legitimam ſuam vxorem Margaretham filiam imperatoris exoſam habuit.*

(i) FABRICIVS p. 590.

xit vxorem (k) quod multorum malorum cauſa fuit. Dicta vero Cunigunda A. MCCLXXXVI. fuit defuncta et deinde filius ipſius Apitius (l). vtrique ad S. Catharinam Iſenaci ſepulti (m).

§. XIII.

Wilhelmus Dux Saxoniae pellice vſus fuit Catharina a Brandenſtein, Eberhardi Brandenſteinii equitis filia, Hesbergii e nobilitate Francica vidua, ideoque coniugem ſuam, Annam tractault illiberaliter, quam cuſtodiae Eccardisbergenſi incluſit, qui locus cum conclaui et ſacello, et cum clauis ferreis adhuc monſtratur. Defuncta ve-

(k) SPANGENBERG *Manſfeld. Chronic.* CCLXIII. ALBINVS *Meiſn. Chronic.* c. CCLXIX. Tit. XVIII. p. 222. ſqq.

(l) GEORG. FABRICIVS equidem hanc mortem ad a. 1300. refert, *Orig. Saxonicis* lib. VI. p. 604. ſic ſcribens: *Dum haec aguntur, malorum iſtorum fomes atque fax Cunegundis moritur anno MCCC. eodem quoque anno obit Apicius eius filius: qui Iſenaci ſunt conditi extra muros ad Diuam Catharinam.* Verum propius *Annales Erfurtenſes: Alſs man zalte nach Chriſtus Geburt tuſend CCLXXXVII. Jar, do ſtarb Kunne von Iſenberg dy Landgrefinne zu Duringen, und darnach abir eyn halb Jar do ſtarb auch Landgrafe Apez ỏr Son.* Verum rectius annum 1286. Cunigundae emortuae definit TENTZELIVS *Supplem. Hiſt. Gothanae* p. 628. et quidem ex Diplomate ALBERTI Erfordiae pr. Kl. Nouembris 1286. ſcripto, in quo dicitur *pro remedio anime Cunegundis vxoris noſtre.* Id quod idem Friderico admorſo Sect. III. §. IV. magis adhuc confirmat, tertiam duxiſſe vxorem Eliſabetham Arnshaugenſem.

(m) *Hiſt. Landgr. Thuringiae* c. LXXX. *Mortua Kunne de Yſenberg, concubina Alberti, et filio ſuo Alberto ſepulto ad ſanctam Catharinam, a quibus totum malum pracnarratum in terris euenit, Albertus Thuringiae Landgrauius duxit in vxorem Alheidem, relictam Comitis de Arnshowe, pecunioſam multam.* FABRICIVS c. l.

vero Anna, dictam Catharinam duxit vxorem, ex qua tamen nullos liberos ſuſtulit (n).

§. XIV.

Notisſimus eſt Henrici Iunioris Guelferbytani Ducis concubinatus cum Eua Trottia (o), de quo vberius IO. SLEIDANVS ſic ſcribit: *Habebat Brunſuicenſis in matrimonio, Wirtenbergici Ducis Vlrichi ſororem, Mariam. Huius erat in gynecaeo puella quaedam eleganti forma, genere nobilis, Eua Trottia. Coepit hanc ille deperire, et cum perſuaſiſſet, proles aliquot ex ea procreauit; deinde, quo minus deprehenderetur, et vt eius frueretur conſuetudine diutius, conſilium ei dat, vt domum ad parentes velle redire ſimulet. Currum, equos, et quicquid eſſet ad profectionem neceſſarium, ipſe ſubminiſtrat. Abit illa, cumque domum ire putaretur, in quandam illius arcem abducitur. Huius arcis praefectus iam ante doctus erat ab eo, quid fieri oporteret: adhibentur etiam vna et altera muliercula quibus maxime fideret. Eua paucis poſt diebus quam eo veniſſet, in lectulum ſeſe componit, et morbum ſimulat. Ille iam ante curauerat fieri ſimulachrum ligneum, quod hominis mortui caput, ceruicem atque pectus repraeſentaret: reliquique corporis partes erant expreſſae linteo quodam. Id effarciebant mulierculae cinere vel terra, ſic vt ſolidum videretur. Poſt ligneum caput atque pectus ei linteo ſic effarcto ſuperimponunt et accommodant. Linteum vero ſic erat formatum, vt etiam obduceretur*

(n) FABRICIVS *Origg. Saxonicarum* lib. VII. p. 705. Et p. 731. *Vilhelmus vxorem incluſerat propter pellicem Catharinam vt ferebatur, quae eius animum a nobilisſima coniuge ita blanditiis alienauerat, atque ceperat, vt poſt vxorem mortuam nuptias cum ea celebraret III. Idus Iulii in arce Rosla:* ſacra fiebant à Friderico Antiſtite Magdeburgico, praeſentibus Erneſto Electore Saxonico, Vilhelmo Brunſuicenſe, Henrico Heſſo. MVLLER *Annal. Saxonicis* p. 35. MVLLERVS *Iunior Staats-Cabinet* Tom. IV. p. 260.

(o) lib. XV. p. 442.

tur capiti. Compoſitum ergo corpus ad hunc modum et obuolutum, humi reponitur, vt in mortuis fieri conſueuit. Statim ex mulierculis altera venit ante coenaculum praefecti, nunciat Euam eſſe mortuam: mox ille iubet parari thecam ad reponendum corpus: deterrendi vero cauſa ne quis propius accederet, fingunt interiiſſe peſtilentia, et iuniperi granis aliisque rebus odoratis faciunt ſuffitum, poſtea funus effertur, et cum pompa deducitur ad Franciſcanos. ii, quum humo conditum eſſet honorifice, ſuis vſitatis precibus ac ſacrificiis illud proſequuntur et Deo commendant, et totum annum deinceps pro concione populum hortantur, vt pro mortua Deum deprecentur. Mandatu quoque Brunſuicenſis funus ei fit in eius arcis, vbi mortua eſſe ferebatur, ſacello, conuocatis illuc ex agro vicino ſacrificis: idem fit in arce primaria, Vuolfebutelo, quae non procul abeſt vrbe Brunſuico nam et huc ille mortem eius nunciauerat. His autem exequiis aderat ipſius vxor cum pediſſequis et coetu virginum, omnes cultu lugubri. Venerant eo vocati multi ſacrificii, quibus deinde datum fuit epulum, et ſingulis aliquid loco mercedis, pro veteri et inter pontificios vſitata conſuetudine. Interim Eua, cuius mortem adeo multi deplorauerant, recte valet in arce STAVFFENBVRGO, *vbi ſubinde reuiſit ipſam Henricus, ab eoque tempore proles ex ea ſuſtulit ad VII. vxori quoque perſuadet, vt Euae parentibus atque propinquis mortem illius nunciet. Cum autem illam ſupereſſe et Stauffeburgi detineri, fama deinde ſpargeretur, vxor, ad quam etiam iſtud emanauit, vehementem ſuſpicionem concipit, et e ſeruulis, quid eſſet rei, percunctatur: ſed ille, ne quis omnium ad ipſam veniret, ex quo poſſet aliquid cognoſci, vetabat. Hanc vero ſuſpicionem illa, quoad viueret, in animo defixam habuit, et ſubinde datis ad eum literis, miſeriam ſuam deplorabat. Hoc eius factum inter alia fuit etiam in eo conſeſſu recitatum, vt, quid de ſua ſentiret ipſe religione, notum fieret omnibus. Accuſationis hic erat*

exi-

exitus, vt docerent, quam iuſtis de cauſis et neceſſariis arma ſumpſerint in illum, qui contemptis et Caeſaris et Ferdinandi regis edictis, pacem publicam turbaſſet, ac nihil non iniuriarum ſociis feciſſet atque confoederatis. Huic actioni Brunſuicenſis non aderat, ita volente Caeſare: nam proteſtantes optabant illum adeſſe coram, de eoque Caeſarem interpellauerant.

§. XV.

De Petri II. Arragoniae Regis concubina ſic ſcribit BERNARDINVS GOMESIVS (p): *Maria igitur Petri II. vxor multo poſt nuptiarum ſolemnia: vel quod Rex de priori ſuſpicato illius matrimonio aliquid deprehendiſſet: vel quod communis Matria cum matre ſors fuerit, vel potius quod Petrus vitio, quo fuit libidinis notatus, laboraret: paſſa eſt cum illo grauisſima. Nam eam quidem Rex foeminam alioqui pulcherrimam et honeſtisſimam, non modo ſpernebat, ſed alienas effraenate concupiſcens, ſic auerſabatur, vt ne cum ea concumberet, loca ſaepe mutare conſueſceret: ac ſi aliquando ſimul eſſe, atque ſermones inter ſe palam conferre contingeret, a pulchrioribus Reginae adoleſcentulis, ſiue matronis, oculos nunquam deiiceret: Ex quibus in vnius potisſimum perpulchrae, atque ſpectabilis viduae perſonam, mentem, aſpectumque omnem infixerat, quae nuper, mortuo viro, a ſuis Reginae commendata fuerat.*

§. XVI.

Ex Arragoniae Regibus Iacobus I. dictus Expugnator Thereſiae Vidaurae amoribus a prima aetate erat implicitus et aliquamdiu exolutus, eam denuo reconciliata gratia, ac ſi carminibus iniecta vaecordia eſſet, deperibat (q). Continuabat Iacobus hunc pellicatum, ducta licet

(p) *De vita Iacobi I.* lib. I. p. 394.

(q) Verba ſunt MARIANAE lib. XIII. c. XII. IDEM c. XI. *quod Thereſiae Viduaurae amoribus indulgeret, huius ingraueſcente aetate et regii decoris oblitus.* BERN. GOMESIVS lib. V. p. 429. 430.

cet Violanta ſiue Iolantha, Andreae, Vngariae Regis filia, atque Thereſiae ad arbitrium res priuatas et publicas gubernabat: libidinis vsque ad extremam aetatem auidus et potens, oblitus officii, neque quid de ipſo fama loqueretur conſiderans, atque adeo vt eam tum ſuperiori tempore, tum deinceps Violanta defuncta, iuſtae propemodum vxoris loco et cultu habuerit: quem illa locum ambierat ſemel et iterum apud Romanum Pontificem, pacti coniugii lite conteſtata. Nati ex Thereſia Petrus Aierbis: et Iacobus Exericae Reguli. Habuit etiam concubinam Marcheſiam de Rada (r). GOMESIVS etiam nominat nobilisſimam Aragonenſem foeminam, Berengariam (s). De aliis ita loquitur GOMESIVS (t): *Claſſi Petrum Ferdinandum filium praefecit ſtrenuum et bellicoſum iuuenem, quem ſuſceperat Rex ex Berengaria Ferdinandia Aragonenſi foemina nobilisſima, altera ab illa, inquam, Berengaria, Alfonſi domini Molinae filia; quam poſt Murcienſe bellum contubernii quoque necesſitudine Rex diu cognoſcens, nullum tamen ex ea filium habens.* De eadem idem GOMESIVS (u): *Quae, cum eſſet perpulchra, atque cum venuſtate dignitatem quandam vultu prae ſe ferret, adeo eius amore captus Rex fuit, vt matrimonii fide data in poſterum eam in contubernium acciuerit. Neque mirandum quidem, in tam continuo proſperoque ac triumphanti bello, Martem ſubito in procreatricem venerem incurriſſe, procliue enim eſt ad eam a labore omnium hominum ingenium, maxime vero ſollicitante communi rerum parente natura, cuius non parum interfuerat, multos orbi Iacobos ediďiſſe.* Pergit de eadem

(r) MARIANA lib. XIII. c. XII.

(s) *in vita ipſius* lib. XVI. ineunte.

(t) lib. XVI. p. 528.

(u) lib. XVII. p. 534.

dem idem GOMESIVS (x): *Quo etiam tempore, Narbonae mortua eſt atque ibidem ſepulta Berengaria Alfonſi Comitis Molinae filia, cum qua aliquot annis matrimonii fide data, nunquam tamen praeſtita, contubernii neceſsitudo Regi coelibi fuit, tam libere id quidem, vt ipſemet Rex (quod de ſe teſtatur) ſaepe numero, nullius ſibi conſcium peccati, praeterquam Berengariae eſſe diceret: neque aliud ſibi, cum hoſtibus proelium commiſſuro confitenti peccatum occurreret, quanquam ſub ſpe coniugii, non contemnendam putaret. Sed decedente non amplius viſus rex fuit etc.*

§. XVII.

Alphonſus V. dictus ſapiens, Rex Arragoniae in animo habuit, repudiata Maria Henrici III. Regis Caſtellae filia, cum qua ſterile matrimonium habuit, Lucretiam Alaniam pellicem ducere in vxorem. Extant Calixti Pontificis literae ipſius manu ad Reginam ſcriptae: quibus amplius quam matri ſibi eam debere ait, ſed rem tantam euulgandam non eſſe. Lucretiam regio apparatu Romam veniſſe: neque impetraſſe tamen quod maxime ſperabat, concepti ſceleris poenas vna cum illis dare noluiſſe, id maxime intemperantiae vitium in Alfonſi moribus accuſare licet. Verum peccata ſub mortem omnibus ſacris humillimo corporis habitu expiauit, corpusque ad Populeti, vbi maiorum ſepulcra ſunt, ipſo templi aditu ſepeliri mandauit, nullo excitato tumulo, modeſtiae argumentum ſingulare (y). De eodem dicit RODERICVS SANCTIVS (z): *qui ex Maria vxore nullum filium genuit, ſed ex quadam Domicella Valentina procreauit filium Ferdinandum, nunc Regem Siciliae.*

§. XVIII.

(x) Lib. XVIII. p. 548.
(y) Verba ſunt MARIANAE lib. XXII. c. XVIII.
(z) *Hiſt. Hiſpan.* p. IV. c. XXVIII.

§. XVIII.

Ioannes II. Arragoniae Rex A. MCCCCXXIX. defunctus extremam aetatem ſigillauit amoribus puellae, cui Franciſcae Roſae nomen fuit, forma conſpicua, libidinis auidus magis quam potens. (a)

§. XIX.

Ferdinandus Catholicus habuit Aldonciam Roch de Yborrn et Aleman, Comitem d'Eboly (b). Huius filius naturalis Alfonſus Archiepiſcopus Caeſar-Auguſtanus Annam Gurream adamauit (c).

§. XX.

Alphonſus VI. Caſtellae Rex concubinam habuit Ximenam Guſmanniam, Nonnii Rodrique? Gusmannii filiam (d), licet non deſint, qui Alphonſum VI. eandem poſtea in vxorem duxiſſe velint, ideoque pro legitima coniuge habeant (e), allegantes ipſam concubinam inde forſan

 fuiſſe

(a) IMHOF. p. 76,

(b) VARILLAS *pratique de l'education des Princes*, p. 98. *Ferdinand à la veritè n'etoit pas vieux, mais ſon incontinence paſſee l'avoit affoiblie de ſorte, que ſes Medecins n'oſoient plus eſperer qu'il eût encore des Enfans Il. avoit eu des commerces longs et frequens avec la Comteſſe d'Eboly et avec deux autres.*

(c) Verba ſunt MARIANAE lib. XXIV. c. XVIII.

(d) Sic RODERICVS TOLETANVS lib. VI. c. XXI. IO. MARIANA lib. IX. c. XX. eam vocat concubinam ſerenam. PELAGIVS OCCETENSIS, ſcriptor coaeuus vocat Xemenam Regis concubinam nobilisſimam apud MARIANAM c. I.

(e) Sic L. RESENDIVS *Antiquit. Luſitan.* lib. IV. p. 216. RODERICO TOLETANO eſt infenſus, quod talia proferre auſus fuit, prouocans ad Chronicon antiquum, in quo Ximena Alfonſi VI. legitima vxor dicitur, idemque vberius probare contendit ANT. de SOVSA *Luſitania liberata* Prooem. II. §. 5. ſqq. Adde VASCONELLVM p. 5. BECMANN *Hiſt. Orbis Terr.* c. II. §. 11.

fuiſſe dictam, quia primae vxoris Regiae fuerit conſanguinea, ideoque per Gregorium VII. Pontificem ab illo ſeparata (f). Filium vero ideo non dici poſſe illegitimum, quia matrimonium bona fide fuerit contractum, et coniuges Regii nullum ſciuerint impedimentum: Affinitatem enim iſtam facile neſciri potuiſſe, quippe extenſam ad ſeptimum gradum (g). Ex altera vero concubina, cuius nomen memoriae non proditur, et cum qua ſtupri conſuetudinem habuit, nullam Alfonſus prolem ſuscepit (h). Alphonſus IX. Rex Caſtellae et Legionis, qui A. MCCXXX. fuit defunctus, concubinas habuit Aldaram Lopez de Vllon, Aldonciam Martinez de Silua, Agnetem Inniquez de Mendoza, Thereſiam Gilde Soſa, ex quibus diuerſos reliquit liberos naturales (i).

§. XXI.

Alphonſus XI. Eleonorae Guſmanniae, Petri filiae, Io. Velaſci viduae amoribus indulgere coepit: ſic vt iuſtae prope modum vxoris loco eſſet. Haec mulier genere, forma, opibus, ingenio, praeterea patre Petro Guſmannio, viroque Ioanne Velaſco, paulo ante defuncto, ſatis fortunata fuerat: regio pellicatu maiori fama quam laude, prole foecunda fuit, filioque Henrico tandem Rege, felix poſt fata (k). Haec vero Eleonora poſt Regis mortem Hiſpali capta atque in cuſtodiam eſt tradita (l) atque iuſſu Petri Crudelis per Alfonſum Olmedum in carcere in-

(f) Extat Bulla Gregorii VII. apud ANT. de SOVSA c. l.

(g) ANT. de SOVSA c. l. §. 6.

(h) MARIANA lib. IX. c. XX.

(i) IMHOF. *Hiſt. Hiſp. et Ital. Gen.* p. 39.

(k) Verba ſunt MARIANAE lib. XI. exeunte.

(l) MARIANA lib. XVI. c. XVI.

interfecta (m). Tollii, qui filius eius erat naturalis, concubina fuit Eluira de Villamayor (n).

§. XXII.

In ſcenam nunc prodeat Maria Padilla, Petri Crudelis, qui dicti Alphonſi XI. filius erat atque ſucceſſor, concubina, doloſi animi foemina. Petrus iſte licet cum Blanca, Petri Borbonii Ducis filia fuiſſet deſponſatus, attamen dum Aſturiam peteret, eo in itinere Regis animus Mariae Padillae Domini de Villagera filiae, quae in Albaquerquii Ducis familia educabatur, eximia pulchritudine captus, cum ea ad S. Facundi oppidum ſtupri conſuetudinem habere coepit, ſponſae immemor, nouisque amoribus amens, vnde Reipublicae Regnique ipſi ſupremum exitium parabatur. Ioannes Hineſtroſa puellae auunculus internuncius, prauaeque conſuetudinis conciliator. Teneram Principis aetatem, praui homines obiecta ſpecie omni libidinum, conciliandisque voluptatibus, quod genus obſequii peſſimum eſt, grauisſimo reipublicae damno odioque communi Regis gratiam aucupantes. Domi laſciuia erat, foris ſaeuitia: cui ceterae Principis cupiditates cedebant (o). Vix autem Petrus nuptiarum cele-

 bri-

(m) MARIANA c. l. *Eleonoram Guſmanniam eius matrem Talauerae in Carpetanis, vbi in cuſtodia erat, interficiendam eodem tempore mandauit: caedis miniſter Alfonſus Olmedus, magna noui principatus inuidia, cuius tale ſpecimen initio cernebatur Scelere in vno multa et grauisſima peccata commiſſa. Quid praeterita gratia? Rex amicus quid profuit? numeroſaque proles? Omnia peruertit atrox noui Regis ingenium: etſi propter teneram aetatem diri facinoris inuidia penes viduam Reginam ſtetit: doloremque diuturnum ex viri pellicatu aemulae caede vlciſci velle viſa eſt.*

(n) IMHOF. *Hiſt. Hiſp. et Ital. Geneal.* p. 41.

(o) MARIANA *lib. XVI. c. XVII. et XVIII.*

britate peracta, nouam nuptam faſtidiuit, in Padillae amorem effuſus, ſi regiae ſtirpi compararetur, ignobilis, neque maiori formae pulchritudine. Tanti plerumque eſt praepoſterae animum libidini mancipari. Biduo transacto Montalbani arcem ad Tagi fluminis ripam, vbi amicam antea, nunc pellicem, reliquerat, continuato itinere feſtinare parabat: cum regina mater, Eleonora amita regis conſilio indicato, eum remotis arbitris per omnia numina, et quidquid in terris ſanctum eſt, ne ſe, regnum, fortunas, nominis exiſtimationem praecepti temeritate perditum eat, profuſis lacrymis obteſtantur. Quid orbi ſermonem, Gallis arma, iniuriam non laturis, ciuibus disſidiorum materiam daret. Ignorare videlicet integra probitatis fama humana imperia conſtare, quos deſtitui a numine, quibus infenſum caelum eſſe, ſemel fuerit perſuaſum, in eos homines mala omnia quaſi facto agmine impetum dare. Lectisſimae coniugis luctu moueretur: eiusque amore foedam libidinem commutaret: neque flagitio in exitium rueret. Ad has ille voces nihil moueri, negat tantum ſibi id eſſe propoſitum, mox clam adductis iumentis fugienti ſimilis diſcedit. Et ſumma tamen procerum contentione impetratum, vt Rex ad nouam nuptam Valliſoletum rediret, non amplius biduo apud eam ſubſtitit, tanta impudici amoris impatientia veſaniaque, vt iniectam carminibus amentiam fama vulgauerit, Zona Iudaei cuiusdam arte medicata draconis ſpecie regiis oculis obiecta. Quibusdam ſuſpicio fuit, temeraria ſane et impudens, Regem non ſine cauſa a Blanca vxore repente alienatum: vitiumque illi a Friderico fratre illatum: natumque ex eo commercio Henricum, quem Columba Iudaea Hiſpali nutrice educatum, Henricorum familia nobilisſima auctorem generis nominat, regio

gio inſerti, a regioque deducti. Neutrum nobis veriſimile viſum eſt: ac credam potius, vbi tetri amoris flamma pectori inſederit, non alia philtra amatoria quaerenda, neque alias offenſionis cauſas praepoſtere excogitandas: vt iuuenis animus in furorem agi, et de poteſtate mentis exiiſſe videretur. Valliſoleto Olmedum Rex abiit, locis finitimis ſitum oppidum. Eodem Maria Padilla eius accitu Toleto venit, coniugis Reginae nulla amplius neque memoria, neque miſeratione...... Blanca Regina Medina Campeſtri, vbi cum Regina ſocru honeſtis ſolatiis vitam tolerabat, prius propemodum vidua quam coniux Areualum ducta eſt, ſublato etiam ſermonis cum ſocru, aliisque Principibus commercio..... Rex vero ſe et Rempublicam Mariae propinquis gubernandum tradiderat, eorum arbitratu, belli et pacis conſilia gerebantur. Proceres ipſique Regis fratres tempori ſeruire, atque ad fortunae motum ſe mouere: ad Mariae gratiam donis, officiis, aſſentatione, aditum certatim captare, foeda rerum tota prouincia colluuio.... Idem Rex, qua inſtituerat ſocordia, nouo flagitio priora ſcelera cumulauit: vt ſi aliorum turpitudo excuſari poſſet, hoc crimine penitus obruatur. Ioanna Caſtria, Diegho Haro marito defuncto, vidua, cui forma comparari nulla poterat, inſigni pudicitiae laude, viduitatis incommoda ſuſtentabat, in eam Rex prauis cupiditatibus imperare neſcius, oculos iniecerat, pudicitiam expugnare non ſperabat, coniugii ſpecies praetenſa, fingit ſe coelibem eſſe: Blancae nuptias ex animo auerſatum, cuius rei teſtes, indiciaque proferebantur, neque enim deeſſe poterant. Epiſcopi Sanctius Abulenſis, Ioannes Salmaticenſis de re ea appellati, ſecundum Regis libertatem pronunciarunt, furenti Principi repugnare non auſi, vincenteque honeſta-

tis

britate peracta, nouam nuptam faſtidiuit, in Padillae amorem effuſus, ſi regiae ſtirpi compararetur, ignobilis, neque maiori formae pulchritudine. Tanti plerumque eſt praepoſterae animum libidini mancipari. Biduo transacto Montalbani arcem ad Tagi fluminis ripam, vbi amicam antea, nunc pellicem, reliquerat, continuato itinere feſtinare parabat: cum regina mater, Eleonora amita regis conſilio indicato, eum remotis arbitris per omnia numina, et quidquid in terris ſanctum eſt, ne ſe, regnum, fortunas, nominis exiſtimationem praecepti temeritate perditum eat, profuſis lacrymis obteſtantur. Quid orbi ſermonem, Gallis arma, iniuriam non laturis, ciuibus disſidiorum materiam daret. Ignorare videlicet integra probitatis fama humana imperia conſtare, quos deſtitui a numine, quibus infenſum caelum eſſe, ſemel fuerit perſuaſum, in eos homines mala omnia quaſi facto agmine impetum dare. Lectisſimae coniugis luctu moueretur: eiusque amore foedam libidinem commutaret: neque flagitio in exitium rueret. Ad has ille voces nihil moueri, negat tantum ſibi id eſſe propoſitum, mox clam adductis iumentis fugienti ſimilis diſcedit. Et ſumma tamen procerum contentione impetratum, vt Rex ad nouam nuptam Valliſoletum rediret, non amplius biduo apud eam ſubſtitit, tanta impudici amoris impatientia veſaniaque, vt iniectam carminibus amentiam fama vulgauerit, Zona Iudaei cuiusdam arte medicata draconis ſpecie regiis oculis obiecta. Quibusdam ſuſpicio fuit, temeraria ſane et impudens, Regem non ſine cauſa a Blanca vxore repente alienatum: vitiumque illi a Friderico fratre illatum: natumque ex eo commercio Henricum, quem Columba Iudaea Hiſpali nutrice educatum, Henricorum familia nobilisſima auctorem generis nominat, re-

gio

gio inſerti, a regioque deducti. Neutrum nobis veriſimile viſum eſt: ac credam potius, vbi tetri amoris flamma pectori inſederit, non alia philtra amatoria quaerenda, neque alias offenſionis cauſas praepoſtere excogitandas: vt iuuenis animus in furorem agi, et de poteſtate mentis exiiſſe videretur. Valliſoleto Olmedum Rex abiit, locis finitimis ſitum oppidum. Eodem Maria Padilla eius accitu Toleto venit, coniugis Reginae nulla amplius neque memoria, neque miſeratione ...... Blanca Regina Medina Campeſtri, vbi cum Regina ſocru honeſtis ſolatiis vitam tolerabat, prius propemodum vidua quam coniux Areualum ducta eſt, ſublato etiam ſermonis cum ſocru, aliisque Principibus commercio ..... Rex vero ſe et Rempublicam Mariae propinquis gubernandum tradiderat, eorum arbitratu, belli et pacis conſilia gerebantur. Proceres ipſique Regis fratres tempori ſeruire, atque ad fortunae motum ſe mouere: ad Mariae gratiam donis, officiis, aſſentatione, aditum certatim captare, foeda rerum tota prouincia colluuio .... Idem Rex, qua inſtituerat ſocordia, nouo flagitio priora ſcelera cumulauit: vt ſi aliorum turpitudo excuſari poſſet, hoc crimine penitus obruatur. Ioanna Caſtria, Diegho Haro marito defuncto, vidua, cui forma comparari nulla poterat, inſigni pudicitiae laude, viduitatis incommoda ſuſtentabat, in eam Rex prauis cupiditatibus imperare neſcius, oculos iniecerat, pudicitiam expugnare non ſperabat, coniugii ſpecies praetenſa, fingit ſe coelibem eſſe: Blancae nuptias ex animo auerſatum, cuius rei teſtes, indiciaque proferebantur, neque enim deeſſe poterant. Epiſcopi Sanctius Abulenſis, Ioannes Salmaticenſis de re ea appellati, ſecundum Regis libertatem pronunciarunt, furenti Principi repugnare non auſi, vincenteque honeſtatis

tis iura metu periculi ..... Sententia pronuntiata, Cuellare, quo Rex venerat, nuptiae feſtinatae ſunt, copia faſtidium vt antea faciente, paucis apud nouam nuptam diebus moratur, ſunt qui vna tantum nocte dicant. Profectioni quidem ſpecies praetendebatur, initae inter proceres coniurationes: quorum conatibus, ne tempore confirmarentur, occurrendum videbatur. Ioanna Caſtria regiam auctoritatem Donniis nominetenus tuebatur, acceptae ignominiae velamen honeſtum ſcilicet, atque praeclarum. Ioannes filius ex iis nuptiis procreatus eſt, matri ſolamen, fortunae ludibrium futurus (p). Rex vero Toleto Hineſtrôſam in vlteriorem Caſtellam amandauit, vt Blancam Reginam, belli cauſam captiuae inſtar in ea vrbe cuſtodiae mandaret. Graue id decretum fuit, innocentis puellae calamitatem non vno loco conſiſtere. Templum Toletanum ingreſſa, quaſi exoluendi voti ſpecie pedem inde efferre recuſauit, loci ſanctitate ſalutem tueri cupiens, ſi quid tamen audaci iuueni temerario ſanctum eſſet .... Proceres autem coniurati ex diuerſis locis in vnum coëuntes circum Tordeſillam, quaſi circumſeſſo Rege tendunt, armis acturi niſi iuſtisſimis poſtulatis annuiſſet. Ea erant. Ab ſtupri foeditate recederet: Blancam regio toro reſtitueret. Padillam pellicem regni finibus arceret. Eius propinquos a republica amouendos curaret, atque perficeret. Ea ſi praeſtita eſſent, vti neceſſe erat, paratos ſeſe omnia, quae imperarentur, facere. Cum his mandatis Eleonora Aragoniae Regina miſſa, quo minus violaretur, ius gentium valuit, ſexus, propinquitas, auctoritas, tutatae ſunt, re infecta, dimiſſa (q). Anno MCCCLV. Blanca Regina Seguntiam cuſtodienda amanda-

(p) Verba ſunt MARIANA *lib. XVI. c. XVIII.*
(q) MARIANA *lib. XVI. c. XX.*

datur (r). Anno MCCCLVII. dum Hiſpali Rex eſſet, Alfonſae Coroneliae amoribus ita indulſit, vt prae illa Padilla contemptui eſſet. Breuis gratia. Sic prauum animum, nullae difficultates a turpitudine libidineque auocabant. Anno MCCCLIX. Blancam Seguntiae arce Caeſarianum transferri mandauit (s). Blancae igitur Reginae calamitas gentem permouebat, vt vires armaque ſociarent. Non latuere ii conatus Caſtellae Regem. ira in Blancam, quaſi tantorum bellorum cauſam continuo vertit. Aſſidoniae, vbi in cuſtodia tenebatur, ipſam adeundi, aut cum quoquam colloquendi ſublata facultate, extincta eſt. Venenum a medico viri iuſſu temperatum, deteſtandam vaeſaniam, impium ac crudele facinus, puellam inſontem, regio ſanguine nobilisſimam, lectisſima forma, ſanctisſimis moribus prudentiaque, quinto et vigeſimo aetatis anno peremptam. Nulla ab omni memoria eo loco foemina maiori miſeratione. Alias quidem a viris interfectas pulſasue meminimus, ſed aliqua ſua culpa. Certe arridentem fortunam aliquando expertae, praeſentem dolorem melioris olim temporis recordatione lenire potuerunt. Blancae primus nuptiarum dies, funeris inſtar fuit, relictae, incluſae, deductae, vbi nihil praeter calamitatem eſſet: pulſis domeſticis, pellice validiore, auxilio ſuorum longinquo. Fama eſt, et idonei auctores confirmant, Regi ad Aſſidoniam venanti, paſtorem occurriſſe vultu veſteque horridum, capillo barbaque ſqualidum, extrema comminantem, ni mutata mente Blancae calamitate moueretur, miſſi qui indagarent, an Reginae ſuaſu ea paſtor renuntiaſſet, mixam genibus, caſtisſimis

(r) MARIANA *lib. XVI. c. XXI.*
(s) MARIANA *lib. XVII. c. III.*

mis precibus vacantem inuenerunt, aditu ita clauſo, vt omnis ſuſpicio amoueretur. Opinio hominum magis confirmata, cum paſtor e vinculis emiſſus nunquam comparuiſſet, aliquo inſtinctu inflatuque praedixiſſe futura (t). Tandem vero Mariae Padilliae obitus Hiſpali menſe Iulio MCCCLXI. conſecutus, moerorem publicum aliqua ex parte mitigauit, foeminae praeter iniuriam pellicatus magnis animi et corporis dotibus, dignaeque imperio. Blancae corpus Tudelae in templi ſummi ſacrario, translatitio funere aliquanto poſt tumulatum eſt ab iis Gallis, qui Henrico opitulatum venerunt; dum in Galliam deferre ad maiorum ſepulcra propoſuiſſent. Padilliae funus per vrbes et oppida magnifice quaſi iuſtae Reginae celebratum. Datae vbique inferiae. Cineres in Studilli monaſterio, quod in Vaccaeis eius impenſa extructum erat, conditi ſunt. Filii regio cultu, et in ſpem paterni regni educati (u). Praeter dictas concubinas habuit Petrus etiam alias, inter quas Thereſia atque Iſabella. De priori ſic ſcribit MARIANA (x): *Succeſſit Petrus noua prole ſuperiori menſe auctus ex Theraſia Calaeca, quam Agnete Caſtria a patre interfecta amicam habebat, formae excellenti venuſtate, nulla praeterea aut animi aut corporis dote.* Proli Ioanni nomen fuit: *cui coelum patrium auitumque regnum deſtinabat.* Eadem atque Iſabella MARIANAE memoratur, de quibus ita loquitur: *Tria Toleti in D.* Dominici regio virginum monaſterio ſepulcra extant: Theraſiae vnum; cui in obſequiis Reginae matris verſanti coniugii etiam ſpe facta, vitium Rex intuliſſe memoratur: ex eaque filiam genuiſſe, cui Mariae nomen fuit, duo alia: huius vnum,

(t) Verba ſunt MARIANAE lib. XVII. c. IV.
(u) Verba ſunt MARIANAE lib. XVII. c. V.
(x) lib. XVII. c. V.

vnum, cum ei virginum collegio diu praefuiſſet, alterum Sanctii et Diogni, Petri Regis filiorum ex Iſabella, nobili an obſcuro loco compertum non eſt. Sed nulla erat tanta pudicitia, tantisque virtutum praeſidiis munita, quam impudici iuuenis libido audaciaque non perrumperet. Ita experrecti viri propinqui et neceſſarii eſſe non poterant, vt ab eo cauere poſſent, ſtudia omnia omnemque diligentiam vincente temeritate (y).

§. XXIII.

Henricus IV. Caſtellae et Legionis Rex liberalis atque impotens dictus (z), poſtquam ipſo conſcio, Bertrandus Cueua ad coniugis ſuae Ioannae familiaritatem fuiſſet admiſſus, ipſiusque concubina, ipſa grauida facta, vt impotentiae ſuae opinionem hominibus eriperet, inſanis amoribus occupabatur, nulla reipublicae cura: Primum Catharinae Sandoualiae, quam noui probri compertam a ſe amouit et aliquando tamen poſt Toletanis D. Petri virginibus Praefectam dedit. Diſciplinam laxatam cauſabatur. Honeſta ſpecies, ſed qui a regia pellice aſtringeretur? De eius amaſio Alfonſo Corduba, capitis ſupplicium Medinae Campeſtris ſumptum. In Catharinae locum Guiomaris ſubſtituta, cui forma praeter Reginam comparari nulla poterat. Puellae Alfonſus Fonſeca Hiſpalenſis Praeſul fauebat: Reginae Villenae Marchio. Sic Aulae ſtudia in ambas deducta erant: famulaque in heram efferebant

(y) Verba ſunt MARIANAE c. l.

(z) Sic enim MARIANA lib. XXII. c. XV. de eo: *mores diſſoluti atque omnibus turpitudinum maculis vita deformis, quibus rebus corpus labefactatum, atque morbis obnoxium fuit nulla actionum conſtantia. Liberalis illi atque Impotentis cognomina vulgo affricta ſunt: alterum naturae vitio, alterius cauſa profuſa liberalitas extitit.*

batur. Ventum ex eo ad rixas, iurgiaque, turpitudines et probra inuicem obiecere, neutra falſo, aemula aliquando a Regina pugnis male eſt mulctata. Addita noua turpitudo. Bertrandus Cueua reginae Magiſter, Principis gratia potens, magnisque ab eo opibus auctus ad Reginae familiaritatem eſt admiſſus, nulla maieſtatis cura, vulgus in deterius pronum perſuaſione, turpem conſuetudinem interpretabatur: nonnullis etiam perſuaſum Rege conſcio, et hortante: quo impotentiae maculam elueret (a).

§. XXIV.

Philippus I. Caſtellae rex Ferdinandi Catholici gener pellicem habuit ex nobilibus nymphis vxoris ſuae Iohannae, de qua ipſa plurimum fuit contriſtata, immo ad inſaniam redacta. Audiamus de eo PETRVM MARTYREM *ad Archiepiſcopum Granatenſem et Comitem Tentillae* ſic ſcribentem (b): *Proh ſuperi! nil beatum in terris, nil quietum liqueritiam nemini, aut dulcia mella fugere fas eſt, quin zizaniae tantundem, vel horridi fellis, cumulatiorem hauſtum deglutire cogatur. Quo mentis fluctu Ioanna tot Regnorum hereditaria Princeps, Philippi Burgundi Auſtriae Archiducis et Flandriae Comitis, Viri ſui amplexus videret, arbitror vos audiuiſſe. Iuit, marito affluit, nil infelicius illa. Vbi namque in Flandriam adducta eſt, mariti animum ſenſit ob ſuſpicionem pellicis a ſe alienum, vti moris eſt foeminarum omnium maritos praeſertim caſte amantium, aeſtiuo angue turbulentius excanduit, pellicem ſuſpectam (ea erat de nobilibus ipſius nymphis vna) corde rabido, vti fertur, vultu flammas euomenti, dentibus frendens, percusſiſſe dicitur flauam, Philippo gratam, caeſariem, ad cutem abrodi illi praecepit, haec vbi ad Philippum allata, impatiens iſte*

(a) Verba ſunt MARIANAE lib. XXII. c. XX.

(b) ep. CCLXXII.

iſte praeceps in vxorem dicitur, eam contumeliis, iurgiisque affecit, atque ab ea in maiorem miſerae dolorem abſtinuiſſe aiunt. Ioanna vero puella molliter, laude ac regiis enutrita blandimentis, animo a natura peruicaci aliquantulum, immoderato cordis angore quaſſata, male valere dicitur. Vterque parens, bis, per curſores et fidos natae famulos, auditis, moerore affecti ſunt non mediocri, at regina, quae illam vtero geſtauit grauiore id animo tulit, et iram admirata borealem, cruciatur vehementer. Valete, ex Methinna Campi VI. Calend. Iul. MDIV.

§. XXV.

Inter Reges Hiſpaniae recentiores Philippus IV. Mariam Calderonam, mulierem ſcenicam habuit concubinam, puellam ſaltim ſedecim annorum. Haec poſtquam Ioannem ab Auſtria fuiſſet enixa, monaſterio ſe incluſit benedicente Io. Baptiſta Pamphilo nuntio Papali (c).

§. XXVI.

Carolus Vianae Princeps habuit Caiam infimo loco natam et Mariam Armendariam (d). Petrus de Noronna, Archiepiſcopus Vlysſiponenſis amicam habuit Blancam Diaz Celeſtrelo (e). Fridericus Henriquez de Ribera, quintus Comes de los Molares, primus Marchio Tarifa, Andelat. Andaluſiae, Eques Ordinis S. Iacobi habuit concubinam Iſabellam Martel (f). Friderico de Caſtella Alphonſi XI. filia naturali diuerſae tribuuntur concubinae. Prima foemina Cordubenſis gentis de Angulo, Eleonora Iſabella, vel Agnes dicta, ex qua Petrus. Deinde ipſum ex Blanca Barbonna, cui a Friderico, cum eam Petro

Gg 3 Regi

(c) BAYLE voce *Autriche.*

(d) MARIANA lib. XXII. c. XIX.

(e) IMHOF. p. 90.

(f) IMHOF. p. 109.

batur. Ventum ex eo ad rixas, iurgiaque, turpitudines et probra inuicem obiecere, neutra falſo, aemula aliquando a Regina pugnis male eſt mulctata. Addita noua turpitudo. Bertrandus Cueua reginae Magiſter, Principis gratia potens, magnisque ab eo opibus auctus ad Reginae familiaritatem eſt admiſſus, nulla maieſtatis cura, vulgus in deterius pronum perſuaſione, turpem conſuetudinem interpretabatur: nonnullis etiam perſuaſum Rege conſcio, et hortante: quo impotentiae maculam elueret (a).

§. XXIV.

Philippus I. Caſtellae rex Ferdinandi Catholici gener pellicem habuit ex nobilibus nymphis vxoris ſuae Iohannae, de qua ipſa plurimum fuit contriſtata, immo ad inſaniam redacta. Audiamus de eo PETRVM MARTYREM *ad Archiepiſcopum Granatenſem et Comitem Tentillae* ſic ſcribentem (b): *Proh ſuperi! nil beatum in terris, nil quietum liqueritiam nemini, aut dulcia mella ſugere fas eſt, quin zizaniae tantundem, vel horridi fellis, cumulatiorem bauſtum deglutire cogatur. Quo mentis fluctu Ioanna tot Regnorum hereditaria Princeps, Philippi Burgundi Auſtriae Archiducis et Flandriae Comitis, Viri ſui amplexus videret, arbitror vos audiuiſſe. Iuit, marito affluit, nil infelicius illa. Vbi namque in Flandriam adducta eſt, mariti animum ſenſit ob ſuſpicionem pellicis a ſe alienum, vti moris eſt foeminarum omnium maritos praeſertim caſte amantium, aeſtiuo angue turbulentius excanduit, pellicem ſuſpectam (ea erat de nobilibus ipſius nymphis vna) corde rabido, vti fertur, vultu flammas euomenti, dentibus frendens, percuſſiſſe dicitur flauam, Philippo gratam, caeſariem, ad cutem abrodi illi praecepit, haec vbi ad Philippum allata, impatiens iſte*

(a) Verba ſunt MARIANAE lib. XXII. c. XX.

(b) ep. CCLXXII.

iſte praeceps in vxorem dicitur, eam contumeliis, iurgiisque affecit, atque ab ea in maiorem miſerae dolorem abſtinuiſſe aiunt. Ioanna vero puella molliter, laude ac regiis enutrita blandimentis, animo a natura peruicaci aliquantulum, immoderato cordis angore quaſſata, male valere dicitur. Vterque parens, bis, per curſores et fidos natae famulos, auditis, moerore affecti ſunt non mediocri, at regina, quae illam vtero geſtauit grauiore id animo tulit, et iram admirata borealem, cruciatur vehementer. Valete, ex Methinna Campi VI. Calend. Iul. MDIV.

§. XXV.

Inter Reges Hiſpaniae recentiores Philippus IV. Mariam Calderonam, mulierem ſcenicam habuit concubinam, puellam ſaltim ſedecim annorum. Haec poſtquam Ioannem ab Auſtria fuiſſet enixa, monaſterio ſe incluſit benedicente Io. Baptiſta Pamphilo nuntio Papali (c).

§. XXVI.

Carolus Vianae Princeps habuit Caiam infimo loco natam et Mariam Armendariam (d). Petrus de Noronna, Archiepiſcopus Vlysſiponenſis amicam habuit Blancam Diaz Celeſtrelo (e). Fridericus Henriquez de Ribera, quintus Comes de los Molares, primus Marchio Tarifa, Andelat. Andaluſiae, Eques Ordinis S. Iacobi habuit concubinam Iſabellam Martel (f). Friderico de Caſtella Alphonſi XI. filia naturali diuerſae tribuuntur concubinae. Prima foemina Cordubenſis gentis de Angulo, Eleonora Iſabella, vel Agnes dicta, ex qua Petrus. Deinde ipſum ex Blanca Barbonna, cui a Friderico, cum eam Petro

(c) BAYLE voce *Autriche.*

(d) MARIANA lib. XXII. c. XIX.

(e) IMHOF. p. 90.

(f) IMHOF. p. 109.

Regi deſponſam e Gallia in Hiſpaniam deduceret, vitium oblatum fuerit, Alfonſum ſusceptum, atque a foemina Iudaicá, cui Columbae nomen tribuitur, Hiſpali educatum, eamque cauſam alienati repente Regis a Blanca animi fuiſſe perhibuerunt (g) ſed Saluzaro duce (h) absque fundamento, quoniam Fridericus iſtae Blancae Comes iſto in itinere neutiquam fuerit. Alii grauiore errore ex ſtupro nouercae, Mariae Reginae, alii ex vulgari foemina Guadalcanalenſi, cui Columbae nomen, ortum putarunt, quemadmodum idem auctor refert, illi opinioni accedens, quae iſtum cum nobili muliere, praefecto domi ſuae nupta, furtim genitum, et Guadalcanalae a foemina Columba nominata, nutritum fuiſſe ſtatuit (i). Io. Emanuelis Dominus Villenae et Eſcalonae concubinam habuit Agneten de Caſtaneda (k).

§. XXVII.

In Luſitaniae Regno Henricus primus Rex Portugalliae habuit Eluiram Gualtam (l). Sanctius I. habuit Mariam Agnetem de Fornellos (m). Dionyſius I. concubinam

(g) MARIANA *lib. XVI. c. XVIII. Quibusdam ſuſpicio fuit, temeraria ſane et impudens, Regem non ſine cauſa a Blanca vxore repente alienatum: vitiumque ille a Friderico fratre illatum: natumque ex eo commercio Henricum, quem Columba Iudaea Hiſpali nutrice educatum, Henricorum familia nobilisſima auctorem gentis nominat, regio inſerti, a regioque deducti. Neutrum nobis veriſimile viſum eſt, ac credam potius vbi tetri amoris flamma pectori inſederit, non alia philtra amatoria quaerenda, neque alias offenſionis cauſas praepoſtere excogitandas: vt iuuenis animus in furorem agi, et de poteſtate mentis exiiſſe videretur.*

(h) ORIGEN. de las dign. Seg. I. p. 88.

(i) Verba ſunt IMHOFII p. 116.

(k) IMHOF. p. 127.

(l) IMHOF. *Stemm. Luſitan. p. 3.*

(m) LOBKOWITZ *Philippo prudente p. 19.*

nam habuit Garcian (n). Alfonſi IV. filius Petrus I. defuncta Conſtantia, Emanuelis Alfonſi II. Regis Caſtellae ex filio Petro nepte, Agnetem de Caſtro, Petri Ferdinandi de Caſtro, qui ex praecipuis Galliciae Dynaſtis, Caſtellae et Portugalliae Regum ſanguine erat propinquus (o) filiam, quam ante iamdum adamauerat, clandeſtino matrimonio duxit vxorem (p). Aegre hoc ferebat Alfonſus IV. Petri Pater, quae de neceſſitudine immo de clandeſtino matrimonio Petri et Agnetis circumferebantur, vnde omnimode ſollicitat, vt eam reiiciat, ſed fruſtra, quin eo magis Petrus ardebat, quo magis flammas Rex extinguere deſiderabat, atque vt populi ſeu ſcandalo, ſeu murmurationi ſatisfaceret, decernit occidendam Agnetem (q). Petrus Luſitanorum Infans, percuſſus pulcherrimae Agnetis morte, totus accenditur, accingitur ad iram et vindictam. Praeficit deſcribendo militi Agnetis fratres, qui li-

(n) ANSELME *Hiſtoire Genealog. p. 266.*

(o) Genealogiam, nectit LOBKOWITZ *p. 138.*

(p) MARIANA *lib. XVI. c. XII. Conſtantia Emanuelis filia Petri Luſitani uxor, morbo extincta eſt proximo anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto, eo minori ſuo virique dolore; quod Agnetis Caſtriae, quae in obſequiis Conſtantiae erat, eximia formae venuſtate, amoribus indulgebat: atque ita vt eam iuſtae propemodum vxoris loco cultuque haberet: quod nefas impiumque erat, Ludouico Petri filio, qui in primis annis defunctus eſt, ab ea ex ſacro fonte ſuſcepto.*

(q) MARIAMA *lib. XVI. c. XX. cum Agnete Caſtria, vti antea memoratum eſt, Petro Luſitaniae iuuentutis Principi ſtupri vetus conſuetudo erat: eandem ſuperiori anno vxorem contra leges duxerat, ſugillata in eo regia maieſtate, vt ignominiae depelleret, filiumque ſanaret, Rex pater Conimbricae interficiendam curauit, tametſi iniquum erat filii libidines amicae interitu lui: praeſertim Alfonſo, quem in primis annis mors rapuit, Ioanne, Dionyſio, Beatriceque ex Agnete nepotibus.*

liberrime regionem deuaſtabant. Compoſitum tamen A. MCCCLV. hoc Regis Infantisque disſidium. Poſt biennium defungebatur Alfonſus, et ſufficitur ipſi Petrus, cognomento ſeuerus, qui memor violentiae, quae Agnetem ſurripuerat, decernit poenam in eos, qui eius vitam abſtulerant. Inde A. MCCCLXI. decreto publico omnibus voluit notum eſſe, ſe duxiſſe Agnetem clandeſtine in vxorem legitimam, exponitque filios, quos ex illa ſuſceperat, non eſſe nothos. Agnetis vero oſſa ad Alcobaziae Monaſterium marmori magnifico conduntur (r). Quidquid tamen ſit, concubinatus potius erat, quam matrimonium legitimum, eo quod clandeſtinum contra patris conſenſum contractum. Idem Petrus Agnete Caſtria a patre interfecta, Theraſiam Calaecam habuit amicam, forma excellentem, nulla praeterea aut animi aut corporis dote. Ex hac A. MCCCLVII. prolem ſuſtulit Ioannem, cui coelum auitum regnum deſtinabat (s). Petri Crudelis filius Ferdinandus I. Eleonoram Tellez, Martini Alfonſi Tellez de Meneſes filiam Io. Laurentis de Acugna viro ſuo rapuit, quam tamen poſtmodum duxit vxorem (t). Eduardi I. pellex erat Ioanna Emanuela Ferdinandi Manuelis de Villena filia (u). Iohannes nothus

con-

(r) Ideoque hanc Agnetem pro legitima Petri vxore habent VASCONCELLVS *Hiſtoria Luſitaniae*, Anacephaleoſi X. §. 2. MORITZ in Dial. III. IV. et V. LOBKOWITZ p. 141.

(s) Verba ſunt MARIANAE *lib. XVII. c. I.*

(t) IO. MARIANA *lib. XVII. c. IX. Eleonorae Meneſiae nouus Rex amoribus indulgebat, nulla honeſtatis cura, Laurentio Acunio viro detractae, unde in Caſtellam profugus, conſueuit in pileo argentea cornua geſtare, regiae intemperantiae ſuaeque ignominiae argumentum inſigne.* Adde *lib. XVII. c. XVI.*

(u) LOBKOWIZ p. 55. ANSELME p. 269. IMHOF. *Hiſt. Hiſpan. et Ital. Geneal.* p. 127. *Stemmat. Luſit.* p. 12.

concubinam habuit nobilem puellam, Agnetem Pirez, quam Comitem de Barcelos creauit, eaque poſtea Parthenonis Vlysſiponenſis, cui nomen eſt a Sanctis, Antiſtita fuit (x). Iſti etiam vitium Beatrici Caſtriae, quae in obſequio Reginae erat, illatum obiiciebatur, illa quoque aula fuit exacta (y). Ioannes II. Nunnii Furtadi de Mendoza natam Annam Mendozam (z), Emanuelis I. filius Violantam habuit et Annam Barboſam (a). De Ludouico Luſitano, Henrici Cardinalis fratre, dubium adhuc ſupereſt, an Iolanta Antonii mater, concubina fuerit, an vero clandeſtino matrimonio ipſi copulata (b).

§. XXVIII.

Vix in vlla illuſtrium familia plura reperientur exempla, quam Franciae Reges primae Periodi Merouingicae ſiſtunt, id quod tamen P. DANIEL excuſare conatur, dum ita ſcribit (c). *A voir la maniere, dont parlent nos anciens Hiſtoriens, on diroit, que nos Rois de ce temps là auroient eû une eſpece de Serrail, et qu'ils changeoient de femmes auſſi aiſement que de domeſtiques. On ne peut pas diſconvenir, que les déſordres de Clotaire Premier, de Caribert et de Chilperic n'ayent eſté exceſſifs en cette matiere et infiniment ſcandaleux: Il ne faut pas cependant s'imaginer qu'ils ayent toûjours eû en meſme temps toutes les femmes que les Hiſtoriens joignent dans la liſte qu'ils en font. Mais ce qui eſt ſurprenant, c'eſt que Gre-*

(x) IMHOF. *Stemm. Luſit.* p. 12. 22.
(y) MARIANA lib. XX. c. I.
(z) LOBKOWIZ p. 67. ANSELME p. 269. IMHOF. *Stemm. Luſit.* p. 50. MARIANA lib. XXV. c. XIV.
(a) ANSELME p. 271.
ſe conſerva dans les bonnes graces de Charles tant qu'il vêcut, et lui coûta cher pour ſon entretien. Le Duc de Buckingham m'a dit un jour, que, dans la premiere entrevüe, elle ne demanda que cinq cent livres ſterlin de rente; que le Roi lui refûſa; et, qu'en quatre ans, elle en avoit arraché plus de ſoixante mille. Son Alteſſe merveilleuſe à contrefaire tout le monde au naturel, et l'Eſprit dont elle accompagnoit cette comedie, divertiſſoient ſi fort ſon Galant, qu'il n'y eut point de nouvelles Amours qui l'en pûſſent détacher. On ne vit pourtant jamais qu'il la traitât avec les mêmes égards que ſes autres Maitreſſes. Il en eut une que Mylord Shaftsbury lui avoit procurée. Elle s'appelloit Roberts. Son Pere, qui étoit Miniſtre, l'avoit élevée dans un grand amour de la vertu. Ces ſemences de l'Education ne s'étoufferent point tout à fait au millieu des Debauches de la Galanterie. Parmi ſes Deſordres, où il lui arriva quantité d'Avantures deſagréables elle conſerva toûjours des ſentimens de Religion, qui bien que trop foibles pour la retenir, furent néanmoins aſſez forts pour lui donner tant d'horreur de ſes Vices, qu'elle vecut avec des remords continuels, et qu'elle mourut dans une pénitence amére de ſes fautes paſſées. Je la viſitai ſouvent pendant les trois derniers mois de ſa vie. La Ducheſſe de Cleveland, devenue plus libre par le nombre de ſes rivales, s'abandonna elle même à tout le monde, et y gardoit ſi peu de meſſures, que le Roi, averti par le Duc de Buckingham, d'un rendez-vous qu'elle avoit donné à quelqu'un, vint la trouver à l'heure marquée, et mit ce galant dans la néceſſité de ſauter par la Fenêtre, pour n'être pas découvert. D'ailleurs elle parloit de ce Prince avec ſi peu de reſpect, qu'elle l'expoſoit au mépris public, ſans qu'il parût y être ſenſible.

§. LXVII.

Poſtea adamare coepit Aloyſiam de Querouалle, Gallo-Britannam creatam primo Baronem de Petersfeld, poſt-

ea Duciſſam de Portsmouth. De eodem GILBERTVS BVRNETVS (i): *Cette même année, Charles reconnut publiquement une Nouvelle Maîtreſſe, qu'il créa Ducheſſe de Portsmouth. Elle avoit été Fille d'Honneur de Madame, qu'elle accompagna dans le Voyage de Douvre. Le Monarque Anglois en parut épris et le Duc de Buckingham fut ravi de l'occaſion de mortifier la Ducheſſe de Cleveland qu'il haiſſoit. Il inſinua donc à ſon Maître de l'appeller à ſa cour, quand ce ne ſeroit que pour montrer au monde l'Amour qu'il portoit à ſa défunte ſoeur, en prenant ſoin de quelqu'une de ſes Demoiſelles. La peine ne fut pas grande d'obtenir le conſentement de Louïs XIV.; car, ce qu'on lui dit étoit viſible, qu'il ne pouvoit mieux s'aſſurer de Charles, qu'en mettant ſon coeur entre les mains d'une Dame bonne Françoiſe. Mademoiſelle de Querovalle fut donc envoyée à Dieppe avec les Equippages du Duc, qui promit de la ſuivre, et de la conduire à Whitehall. Ce Seigneur, le plus changeant et le plus diſtrait de tous les hommes, ne ſongea plus à elle des qu'elle fut partie, et paſſa par un autre endroit en Angleterre. Montaque, nôtre Ambaſſadeur à Paris, ayant ouï dire à quoi cette Fille étoit deſtinée, et qu'elle ſe morfondoit ſur les Cotes, fit venir un yacht tout exprés pour elle, lui envoya des Domeſtiques, lui fournit de l'Argent, et la fit conduire à Londres, où Mylord Arlington le reçut et l'introduiſit chez ſon Galant. Le Duc de Buckingham perdit ainſi le mérite qu'il auroit pû s'en faire auprés de l'Amante et de l'Amant, et donna, par ſon imprudence, à ſes Ennemis une Protectrice redoutable pour lui. Les feux du Roi ſe rellumérent à la prémiere vûe. Elle s'étudioit uniquement à lui plaire et à le connoître. C'étoit le vrai ſecret de s'en faire aimer tendrement toute ſa vie. En effet, elle y réüſſoit; et de ſon côté, le Prince Amoureux ne plaignoit point la dépenſe pour l'entretenir. A la faveur de quelques indiſpoſitions ou feintes ou réelles, il n'y avoit rien qu'elle n'en obtint. Le Roi ſe partagea deſormais entre elle et Mademoiſelle Gwin, aux quelles ils ne donna point de Rivales, à ce qui parut en public. On peut dire pourtant, que la Françoiſe l'emportoit ſur l'Angloiſe: et comme la premiere fut toûjours dans les Intérêts de ſa Patrie, elle fut*

(i) Memoires liv. I. p. 682.

fut auſſi le prémier mobile de certaines Démarches de Charles II. qui le jetterent en de grands embarras, et qui en l'expoſerent pas moins au Mépris qu'à la Defiance de ſes ſujets. Hunc Portusmouthium moribundus fratri ſuo Iacobo vna cum liberis naturalibus commendauit, de quo BVRNETVS (k): *Il lui recommanda Mylord di Portsmout à pluſieurs repriſes. Il dit, qu'il l'avoit toujours aimée, et qu'il l'aimoit jusqu'au dernier ſoupir; et ſe ſeroit des Expreſſions les plus touchantes qu'il put trouver, pour prier ſon Frere d'avoir de la bonté pour elle et pour ſon Fils. Il le conjura auſſi de prendre ſoin de ſes autres Enfans; et finit, en diſant, ne laiſſez pas mourir de faim la pauvre Nelly. Il vouloit parler de Mle Gonin, dont le Nom de Bâteme Eleonor, ſe contracte ainſi, par mignardiſſes en Anglois* (l).

§. LXVIII.

Aliam nominat GILBERTVS BVRNETVS (m), Mademoiſelle Roberts, cum qua familiarem habuerit conſuetudinem, quae tamen poſtmodum egit poenitentiam, ita ſcribens: *Charles avoit entretenu pendent quelque temps Mademoiſelle Roberts. Cette Demoiſelle, au lit de la Mort, m'envoya chercher, pour faire auprès d'elle les Fonctions Paſtorales. Je la viſitai ſouvent pendant quelques ſemaines; et dans une de ces Viſites, je la priai d'écrire au Roi, pour lui marquer le repentir qu'elle avoit de ſon Commerce criminel avec lui. Elle me conjura de lui dreſſer le Plan de la lettre. Je le fis; mais elle n'eut jamais aſſez de force pour la copier. J'en écrivis donc une autre en mon nom, mais en conformité de cette que nous avions concertée. J'y peignois au Roi les Dereglemens de ſa conduite paſſée; je lui marquois le mavais Effet que cela faiſoit ſur la Nation; je lui repreſentois que les Embarras de ſon Regne étoient des jugemens d'une Providence qui le châtioit; J'ajoûtois que ce n'é*

(k) lib. II. p. 599.

(l) Haſce concubinas recenſet etiam IMHOF. Tab. XIII.

(m) lib. II. p. 390.

n'étoit-là encore qu'une foible partie des Peines qu'il avoit à craindre, et je finiſſois, en le priant, par les plus preſſans motifs, de changer de vie. Je laiſſai ma lettre à Chiffinch, pour la rendre à ſon Maître.

§. LXIX.

Frater ipſius atque ſucceſſor Iacobus II. concubinam habebat Arbellam Churchill, Ioannis Baronis de Churchill poſtea facti Ducis Marleborougii ſororem (n) et Catharinam Sidley, creatam Comitiſſam de Dorcheſter Baroniſſam d'Arlington, quae apud ipſum plurimum praeualebat. Licet autem Rex ad Reginae et quorundam ſacerdotum inſtantiam, eandem in Hiberniam ablegaſſet, poſt aliquot tamen menſes fuit reuerſa, atque in priſtinos Regis amores reſtituta, de quo GILBERTVS BVRNETVS (o): *Ces Commencemens firent eſpérer un Regne d'Action et d'Eclat et bien différent de l'autre, ou les Plaiſirs avoient été le Mobile et le centre de toutes les affaires. Jaques qui déclamoit en toutes rencontres contre la Debauche du Vin et des femmes, paſſoit pluſieurs heures du jour à régler les délibérations du Conſeil, de la Thréſorerie, et de l'Amirauté. La Reine ſon Epouſe, et les Directeurs de ſa Conſcience, profitérent de ces heureuſes Diſpoſitions, pour le détacher de Melle Sidley, de la quelle il avoit eu quelques Enfans. Cette Dame s'étoit vantée à ſes confidens, qu'elle alloit ſuccéder au Pouvoir comme à la Place de la Ducheſſe de Portsmouth, et qu'elle gouverneroit en Maîtreſſe abſoluë. Le Roi, preſſé de rompre un Commerce, ſi criminel, et de mortifier cette inſolente, promit de ne la plus voir, et la fit ſortir de Whitehal où elle étoit logée. Elle s'eloigna du Palais; mais, ſon Galant la vit toûjours en ſecret.* Pergit ille (p): *Ce Deſſein ne pouvoit être plus bizarre, par rapport à un Monarque, qui n'avoit point d'Enfans Catholiques, et qui n'étoit guere en état d'en attendre.*

La

(n) IMHOF. *Geneal. M. Britanniae* Tab. XIII. p. 119.

(o) lib. III. p. 13.

(p) c. l. p. 135.

La Reine ſon Epouſe devenoit valetudinaire, ſembloit être en train de tomber en conſomption; et la nature de ſa maladie faiſoit craindre, que quand elle vivoit encore quelques années, elle ne pourroit plus concevoir. Les chagrins, que lui donnoient les Galanteries de ſon Mari, n'étoient pas pour la remettre. Il voyoit toujours Mademoiſelle Sidley; et cette Belle lui fit ſi bien oublier ce qu'il avoit promis au commencement de ſon Regne, qu'il la créa Comteſſe de Dorcheſter. La Reine n'en eût pas plûtôt la nouvelle, qu'elle fit aſſembler dans ſon cabinet tous les Prêtres qu'elle honoroit de ſa confidence. Quand ils y furent tous, elle envoia prier le Roi de lui venir parler. Il y vint; et quelle fut ſa ſurpriſe d'y voir la compagnie qui l'y attendoit! Cette ſurpriſe s'augmenta, quand il vit que tous ces Gens à la fois ſe mirent à genoux devant lui. La Reine alors lui fit de cruels Reproches du Titre, qu'il venoit d'accorder à Mademoiſelle Sidley, et ajouta qu'il ne reſtoit plus que de la reconnoître publiquement pour ſa Maîtreſſe. Les Prêtres prirent enſuite la parole, et repréſenterent au Prince, que les Tâches de ſa vie en imprimoient à ſa Religion; que plus ces Irregularitez de Moeurs paroitroient, plus elles retarderoient l'Exécution du grand deſſein. Iaques, confus et touché, promit, pour avoir la Paix, qu'il ne verroit plus cette Dame, et dit même qu'il ne lui avoit donné tout fraichement ce Titre d'Honneur que pour rompre avec plus de Bienſéance. La Reine faiſant ſentir qu'elle n'en croyoit rien, ſon Epoux l'aſſura qu'il alloit releguer la favorite en Irlande, où elle alla effectiuement, mais d'où elle revint au bout de quelques mois, auſſi Favorite qu'auparavant. Les Prêtres n'avoient pas certainement raiſon de l'aimer; car étant vive et hardie, elle leur lançoit quelque fois des Traits qui les demontoient.

§. LXX.

Decantatiſſima Chriſtiani II. Daniae, Sueciae, ac Nor-

Norwegiae Regis meretricula erat Columbula, vulgò Duveke. Ea mulier, referente Io. Meurſio, natione Hollanda erat; ac, parente ſuo orba, in Norvegiam et emporium eius Bergam, pridem venerat vna cum Sigbritta matre: quae annona ibi multo viliore, huc conceſſerat, vt facilius tolerare vitam poſſet. Vbi cum fixiſſet ſedem, et bellariis, aliisque iſtiusmodi, diuendendis aliquamdiu aegre ſe ſuſtinuiſſet, imprudenti commendatione Erici Walkendorfii cancellarii, quanquam poſtea poenitentis, et mutare cupientis, adamata a Chriſtiano, tunc Norvegiam nomine Ioannis patris gubernante, in lectum eſt abducta. Quo cum poſtea nihilominus, quanquam ducta in vxorem Iſabella, tam illuſtris loci foemina, potiretur; idque ad ipſius regis, ac reginae, et totius adeo regni ignominiam pertinere cenſeretur; ſua morte, an veneno e medio ſublata fuit. Interim Io. Foburgius, ſcriba regis primarius, peculatus, criminumque aliorum reus, accuſante Forberno Oxio, arcis Hafnienſis praeſide, ipſum familiaritatis indecorae, cum Columbula, vſurpata accuſatum, in ſuſpicionem primo, et malam Chriſtiani gratiam, dein exitium quoque adduxit (q). Sigbritta vero Columbulae mater, ita ſe in regis pariter ac reginae gratiam inſinuauit, vt conſilia de grauisſimis regni rebus rex cum hac communicaret, ac ſententiam quoque eius ante ſenatorem poneret. Qua elata beneuolentia, foemina ambitioſa, eo tandem eſt progreſſa, vt in poteſtate ſua regem haberet; et negotia cuncta regni, quamuis maxima, ſola gereret; nec omnino fieri quicquam pateretur, etſi decernente ſenatu, quod non ipſa ratum prius habuiſſet. Tanta denique inſolentia eius fuit, vti cuncta pro libidine agitaret, ac proceribus quoque regni quibuscunque et or-

(q) MEVRSIVS *Hiſt. Danica* lib. III. p. 63. 64.

ordinibus, inſultaret: omnia haec probante rege, aut ferente, et conniuente (r).

§. LXXI.

Chriſtianus IV. Daniae Rex quatuor habuit concubinas. Primae nomen non conſtat. Altera erat Catharina Andreae. Tertia Chriſtina Munckia, quam etiam poſt Annae Catharinae Brandenburgicae, coniugis ſuae mortem, per matrimonium ad Morganaticam ſibi copulauit. Iſta vero, dum nefaria foueret conſilia, ab ipſo fuit ſeparata, atque in exilium miſſa. Quarta ex prioris Gynecaeo erat Wibecke, quae Dominae ſuae nefaria conſilia detexerat. Iſta paullo poſt Regem ex moerore fuit defuncta, Vhlefeldii iuſſu carro impoſita, in coemiterio pauperum ſepulta (s). Chriſtianus V. Rex concubinam habuit Sophiam Amaliam, Pauli Mothii Medici ſui aulici filiam, quam Samſae comitiſſam creauit (t).

§. LXXII.

De Auguſti I. Poloniae regis atque Saxoniae Electoris amoribus hic dicere ſuperſedemus, dum de iisdem B. de PÖLNITZ *dans la Saxe Galante* ſeparatim egerit, ad quem prouocamus libellum (u).

§. LXXIII.

De Haraldo Rege Norwegiae THORMODVS TORFAEVS (x): *cum eſſet Haraldus prope ſeptuagenarius, nobilem*

(r) Verba ſunt IO. MEVRSII p. 68. Qua deinde Sigbritta mala peregerit idem narrat vberius.

(s) HOIER p. 402. Tabula V.

(t) HOIER Tab. V. c.

(u) Adde EIVSDEM *L'Etat abbregé de la Cour de Saxe*, vbi potiſſimum de liberis naturalibus ſed legitimis agit.

(x) *Hiſt. Norweg.* p. II. p. 63.

quandam virginem venuſtate eximia, Thoram, in inſula Hordiae Moſtus natam, indeque per contemtum ab inuidis poſtea Mislrarstong perticam Moſturenſem dictam, in familiam recepit; quam licet inter ancillas Regias reputabat, more tamen id potius iam a Monarchiae tempore recepto fiebat, quo nobiles etiam multi Regi obnoxii erant, quam generis ratione, nam cognatione attingebat Ketillem Hordakarium, virum primarium.

§. LXXIV.

De Ottocari V. Bohemiae Regis concubina narrat DVBRAVIVS (y): *quanquam adhuc legitimum tunc haeredem nullum habuerit, vxorem ſterilitatis ſaepius inſimulans, ſemper illa tamen valde reclamante, donec ei Rex hanc conditionem offerret, dicens: Da mihi e gynecaeo tuo puellam aliquam in cubiculum meum, ſi illa ex me praegnans intra annum non fuerit, reusſim ego impotentiae et ſterilitatis: ſin illa hoc temporis ſpacio conceperit, infantemque ediderit, inter infelices, infoecundasque arbores te renumerato. Probata conditione, puellaque ex Auſtriaco genere Regi oblata naſcitur ei decimo menſe filiolus, cui Nicolao nomen Rex indidit, dein altero, filia; tertio item, et quarto geminae filiae quas poſtea adultas proceribus ſuis deſpondit, vnam Vartembergo, alteram Straconicenſi, tertiam Crauaro, dote cuilibet attributa, quae notham maculam deleret. Nam (vt ille dixit) vbi dos adeſt, nullum vitium vitio vertitur. Ergo et filium Nicolaum nothum regione Opauienſi a Morauia auulſa dotauit appellauitque Ducem Opauienſem. Caeterum ſtatim poſt datum foecunditatis ſpecimen diuortium cum Margaretha vxore fecit, ad flaminicas illa in coenobium, vnde prius abducta fuerat, relegata quartoque demum anno, Kunigunde, Rotislai Bulgariae Ducis filia legitima rurſus vxore ſuperducta, ex qua Venceslaum regni haeredem pro-*

(y) *Hiſt. Bohem.* lib. XVII. p. 139.

procreauit. WENCESLAVS HAGECIVS (z) etiam auctor eſt, Wenceslaum Regem hoc ad inſtantiam Procerum feciſſe, Papam etiam facile diſpenſaſſe, eo quod dicta Margaretha, poſt mortem prioris mariti Henrici voto facto, de non amplius ſe maritando in monaſterium ſeceſſiſſet, nihilominus eiusdem voti oblita, iteratum iniiſſet matrimonium (a).

(z) *Chron. Bohemiae* p. 438. Anno 1261. *Die Böhmiſchen Herren haben ſich zu Primislao ihrem Könige verſamlet, und ihme vorgehalten, daß es billig wäre, damit er die Böhmiſche Crone annehmen, und darneben einen Erben hinter ſich laſſen möchte. Der König betrachtete ihre Meinung, und erwog dieſelbe nach aller Nothdurfft und gab ihnen zur Antwort: Er wolle nach ihren Rathe alles gerne thun. Derowegen wurde zum Pabſt geſandt und angehalten: Sintemahl ſichs im Werck befinde, daß des Königs Gemahl unfruchtbar, damit man ſie voneinander ſcheiden, und dem Könige von wegen Erhaltung des Königl. Stammes, ein ander Gemahl zu nehmen, erlaubet werden mögte. Es wurde dem Pabſt daneben auch angezeigt: daß dieſe Königin Margaretha, Primislai Gemahl zur Zeit und nach Abſterben ihres vorigen Gemahls Henrici, ein Gelöbdnis gethan, daß ſie keinen mehr ehligen, ſondern in ihren Wittben-Stande bleiben, und über das eine Cloſter-Frau werden wolte, wie ſie denn albereit das Cloſter-Leben angenommen gehabt, als ſie aber von Primislao zur Ehe geworben, hätte ſie ihr Gelübde freywillig vergeſſen, und ſich verehliget. Als der Pabſt dieſe Urſachen vernommen, hat er ſeinen Willen drein gegeben. Frau Margaretha die Königin hatte deſſen alles, was zu Rohm gehandelt und ausgerichtet, einen Bericht, und begab ſich in daſſelbe Cloſter, und nam die Regul ſamt der Kleidung an. Aber ſie lebte darinnen nicht viel über ein Jahr, und ſtarb. Nach ihrem Auszuge aus dem Böhmer-Lande, nahm ihme König Primislaus Kunigundam, des Hertzogen Roſtislai aus Bulgarien Tochter zum Gemahl, und hielt mit Bewilligung des Königs aus Hungarn eine herrliche Hochzeit zu Preßburg.*

(a) lib. XII. p. 600.

§. LXXV.

De Caſimiro, Poloniae Rege, MARTINVS CROMERVS (b): *Reuerſus a Ruſſico bello Cazimirus, cum luctum annuum poſt mortem Hedvigis matris expleuiſſet, vxorem alteram duxit Adleidam ſiue Hedvigim, Henrici Hſſorum Landgrauii filiam, cum dote duum millium ſexagenorum Pragenſium (ſic enim in pactis ſcriptum eſt) promiſſa. Quae cum eſſet deformior, mox eam deſpicatui habere coepit, et concubinarum, quas pluribus in locis alebat, amoribus et illecebris captus atque faſcinatus ſegregatam a ſe in Zurnouecenſem arcem relegauit, quo maiore licentia libidinibus indulgeret.* Pergit de eodem CROMERVS, ſcribens (c): *Caeterum domeſtica vita fuit impurior in cibo, potuque intemperans: in libidines vero ita proiectus, vt praeter greges concubinarum, cum quibus magis quam cum iuſtis vxoribus conſueuerat, Bohemam quandam Rocbicianam, captus eius pulchritudine, in loco iuſtae vxoris haberet, promiſſa et conceptis verbis (cum aliter potiri ea non poſſet) fide matrimonii interueniente Abbate Tinecenſi Hyara ornato: quem mulier epiſcopum Cracouienſem eſſe credidit. Sed eam deinde cum caluam et ſcabioſam eſſe comperiſſet, eiecit, et Iudaeae cuiusdam Heſter conſuetudine vſus eſt, de qua Nemirum et Pelcam filios ſuscepit. Nam filias natas, vt Iudaica religione permanerent, matri indulſit. Huius Heſter opera gens Iudaica magnas praerogatiuas in Polonia a rege adepta eſt, cum nouas, tum quas ipſis olim Boleslaus dux Caliſſenſis in ſua ditione conceſſerat. Quin et periculi illius, quod Carolus rex Vngarorum cum vxore et duobus filiis a Feliciano intentatum adiit, Cazimiri huius libidinem in cauſa fuiſſe exiſtimant. Itaque iuſta poena diuinitus affectus eſſe videtur Cazimirus, quod nullos poſt ſe mares liberos reliquit.*

§. LXXVI.

(b) lib. XII. p. 600.
(c) c. l. p. 612.

§. LXXVI.

Apud Italos, de Theodorico, Oſt-Gothorum Rege, ſic ſcriptores Rerum Francicarum (d): *antequam ergo de Andeſleda ſobolem haberet, naturales ex concubina quas genuiſſet adhuc in Moeſia, filias habuit: vnam nomine Theudigotham, et aliam Oſtrogotham. Quas, mox vt in Italiam venit Regibus in coniugio copulauit, id eſt, vnam Alarico Weſegothorum, et aliam Sigismundo Burgundiorum.*

§. LXXVII.

De Martino Siciliae Rege narrat MARIANA (e): *ex duobus Siculis pellicibus, ex Thereſia Fridericum, ex Agathoſa Violantem filiam reliquit. Nieblae Comitis coniugem. Famaque vulgatum, eum non ſatis confirmata valetudine, puellae pulcherrimae, in Sardinia natae, complexibus importunis ſibi exitum attuliſſe.*

§. LXXVIII.

Alfonſus Rex Siciliae et Neapolitanus, qui imperante Friderico III. Imp. vixit, concubinam habuit Lucretiam, de qua ſic ſcribit AENEAS SYLVIVS (f): *Poſt ſacros dies et Dominorum concilia facta et ſaltationes habitae inter Dominas. Prima fuit imperatrix, ſecunda filia Principis Tarenti, coniux Ferdinandi Ducis Calabriae, filii Regis. Et quamuis aliae quam plures adeſſent illuſtriſſimae tum Virgines tum Matronae, tertius tamen locus Lucretiae datus. Ea ſeu virgo ſeu mulier (nam de hoc varius in populo rumor fuit) forma decenti, facundia praeſtabili, mundiſſimis moribus, neque alto neque obſcuro loco, ſed inter Neapolitanos honeſtis nata parentibus, Regem, vt ſe amaret, miro modo pellexerat; atque ab eo in palatium re-*

(d) Fragmenta de amoribus et Geſtis Regum Francorum apud DV CHESNE Tom. I. p. 231.

(e) lib. XIX. cap. XIX.

(f) Hiſtoria Friderici III. p. 83.

recepta multis donata bonis, et ſe et ſuos adeo ditauerat, vt pares Principibus viderentur: fratrem ad metropoliticam et ſuae ciuitatis dignitatem euexerat; Patri et reliquis fratribus latiſſimas poſſeſſiones acquiſierat; ſorores cum magna dote inter primos curiae Proceres nuptui dederat. Fuerunt, qui Regi cum ea conſuetudinem ſtupri eſſe dicerent. Nonnulli adhuc eam Virginem intactam aſſeuerauerunt Regemque tantum verbis ſecum agere, oblectarique viſu; eamque aliquando dixiſſe, non ſe ſui nominis oblitam, nihil turpitudinis habere cum Rege, neque Regem id petere; quod ſi peteret, non vt altera Lucretia Collatini coniux admiſſo ſcelere, ſed caſtam ſe potius occideret. De his alii alia loquuntur. Illud certum eſt, ſaepe Regem eſſe cum ea ſolum: illam, quaecunque petit, obtinere; Regi dilectiſſimam eſſe familiam, curiamque propemodum reginalem tenere; gratiam Regis, quibus velit impetrare. Id multi non probant in Rege maxime coniugato, aetate graui, cui de morte quam de voluptate cogitandum inſtat. quidam mitiori mente, magno regi ignoſcendum aiunt, ſi poſt duros ſuperioris aetatis labores ſenectutem mollius agit, ſi ſibi conſulit, ſi feſſam animam ac pene fugientem dulci ſermone leniendam tenendamque voluptate aliqua nititur: Nam ſenes homines, vt cibi leuiores, ſic mores manſuetiores in vita conſeruant. Plerique autem arbitrantur, ſi coniux Alfonſi moreretur, hanc Reginam futuram, ac propterea ſeruari intactam, quod ſi ita eſt, laudari in eo Rex poteſt, qui Sacramenta Eccleſiae ludibrio non habet, neque ab lege diuina recedere praeſumit, vt aliquos partim vidimus partim legimus agitaſſe, qui ſe ſupra leges exiſtimantes aut fortaſſe falſa putantes, quae de poenis ſceleratorum apud inferos referuntur, vxores accepere vel dimiſere, quas ſacri canones prohibebant. Ladislai Siciliae Regis recens memoria eſt: qui repudiata legitima coniuge alteram ſuperduxit. Idem Lotharius Rex egit: Idem Rex Bohemiae Ottocarus. Ludouici Bauari Caeſaris Filiam Comitiſſam Tirolis, quae a viro ſuo Iohanne

Be-

Regis Bohemiae filio ſine lege diuerterat, vxorem duxit, quos pro ſuis iniquitatibus etiam in hoc ſaeculo poenas dediſſe, manifeſtum eſt. Nec plura de Lucretia, cuius amores potenti Regi, quamuis ſeni, tolerandos vel damnandos exiſtimare par ſit, aliorum iudicio relinquamus.

§. LXXIX.

Ex Regibus Neapolitanis Carolus II. ex familia Andegauenſi habuit filium naturalem Galeatium per Marchionem Montisferratenſem A. MCCCI. Tortona pulſum (g). Robertus Rex Neapolitanus reliquit filiam naturalem Mariam Io. Boccatio plurimum addictam, quae iuſſu Caroli Ducis Dyrrachienſis A. MCCCLXXXI. capite fuit plexa, eo quod Andreae Vngariae et Neapolitani Regis mortem promouerit (h). Ladislaus Rex Hieroſolymitanus, Neapolis, Siciliae atque Vngariae reliquit Renaldum Dyrrachienſem Principem Capuanum, a quo reliqui Principes Capuani deſcendunt, et Catharinam, Camillam atque Hippolytam. Renatus ex familia Andegauenſi reliquit Ioannem filium naturalem Andegauenſem, Marchionem Ponti-Muſſitanum, Dominum de S. Cannat et S. Remy Prouinciae, qui nupſit Margaretham de Glandeves, variis proeliis interfuit et menſe Iunio MDXXXVI. fuit defunctus; Blancam filiam naturalem Andegauenſem d. XX. Nouembris MCCCCLXVII. Ioanni de Beauvau, Bertrandi de Beauvau filia nuptam d. XVI. Aprilis MCDLXX. defunctam; et Magdalenam, filiam naturalem Andegauenſem Ludouico Ioanni, Domino de Bellenave nuptam (i). Ioannes I. reliquit Ioannem filium naturalem de Calabria, qui exeun-

(g) ANSELME p. 194. IMHOF. Tab. XIV.
(h) ANSELME p. 197.
(i) ANSELME p. 197. 204. IMHOF. Tab. V.

eunte ſeculo XV. vixit (k). Ex Regibus Neapolitanis deſcendunt Principes Tarantini, e quibus Ludouicus Tarantinus reliquit Eſclabundam Tarantinam, Ludouico Capuano Comiti d'Altavilla nuptam, ex qua Comites d' Altavilla deſcendunt, et Clementiam Tarantinam, vxorem Antonii, Domini de la Mendolée. Philippus I. reliquit duas filias, quarum nomina non memorantur. Prior quidem nupſit Leonardo de Focco, Comiti Zepha, Ioniae et Zacynthi: altera Ludouico Imperatori titulari Bulgariae, dicto Nicolaus Zapinus, qui ſe pro Sismanno, filio Michaelis Regis Bulgariae venditabat. Verum Impoſtor erat ex Raguſa oriundus, ſeruilis conditionis (l). Sic etiam Renati I. nepos Nicolaus, Dux Calabriae reliquit Margaretham de Calabria notham, nuptam Ioanni de Chabannes, Comiti de Dammartin (m). Ioannes, Cypri Rex Mariam Patras habuit concubinam (n).

§. LXXX.

Hugo Comes Arelatenſis et Prouinciae, factus Ann. CMXXVI. Rex Italiae. Hic ex Teutonicorum genere, vxorem acceperat, nomine Aldam, quae filium ei genuerat, nomine Lotharium. Habuerat ſane tunc temporis ex quadam muliere nobilisſima, dicta Wandelanda, filium nomine Hubertum, et Tuſciae Prouinciae potentem Principem (o). Idem quoque multarum concubinarum deceptus illecebris praefatam coniugem ſuam Bertam maritali non ſolum non coepit amore diligere, verum modis

(k) ANSELME *Hiſtoire Genealog.* p. 116. Tab. LI.

(l) DU CANGE *Hiſt. de Conſtantinople* lib. VIII. n. 21. ANSELME p. 159.

(m) IMHOF. Tab. XIII.

(n) GUICHENON p. I. p. 518.

(o) LUITPRANDUS lib. III. c. VI.

dis omnibus execrari. Quod quam Deus iuſte punierit, ſuis in locis ponere non pigebit. Verum cum nonnullae eſſent concubinae, in tres ſupra ceteras turpisſimo ardebat amore, Bezolam vilisſimorum Suecorum ſanguine ortam: ex qua et natum genuit nomine Beſonem; quem in Placentina poſt Widonis obitum epiſcopum ordinauit eccleſia: Rozam deinde, Walberti filiam decollati (p); quae ei mirae pulchritudinis peperit natam: tertiam Stephaniam genere Romanam; quae ei filium peperit nomine Theobaldum: quem poſtmodum in eccleſia Mediolanenſi Archidiaconum ea ratione conſtituit, vt defuncto Archiepiſcopo, eius ipſe vicarius poneretur. Quid autem fuerit, quod effectum Deus habere haec non ſiuerit, vita comite, ſcribendus ordo nudabit. Sed et has tres, ob turpis impudicitiae facinus, dearum nominibus, Bezolam videlicet Venerem, Rozam Iunonem, ob ſimultatem et odium perpetuum; quandoquidem ea ſecundum pulchritudinem carnis, haec ſpecioſior videbatur, Stephaniam vero Semelem appellabat. Et quoniam non Rex ſolus his abutebatur, earum nati ex incertis patribus (q) originem ducunt.

§. LXXXI.

Nec deſunt apud Romanos Pontifices famoſarum concubinarum exempla. Inter has Theodora eiusdemque filiae, Marozia et Theodora, praeualebant, de quibus ſic LVITPRANDVS (r): *Quo tempore venerandae Romanae ſedis Ioannes Rauennas ſummum Pontificatum tenebat* (hic autem tum nefando ſcelere contra ius fasque Pontificii culmen obtinuit) *Theodora ſcortum impudens, huius Alberici, qui nu-*

(p) De quo LVITPRANDVS lib. III. c. XI.
(q) Verba ſunt LVITPRANDI lib. IV. c. VI.
(r) lib. II. c. XIII.

per hominem exuit auia (quod dictu etiam foediſſimum eſt) *Romanae ciuitatis non inuiriliter Monarchiam obtinebat. Quae duas habuït natas Maroziam atque Theodoram, ſibi non ſolum coaequales, verum etiam Veneris exercitio promptiores. Harum vna Marozia ex Papa Sergio, cui ut ſupra fecimus mentionem, Ioannem, qui poſt Ioannis Rauennatis obitum ſanctae Romanae Eccleſiae obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio; ex Alberto autem Marchione Albericum, qui noſtro poſt tempore Romanae vrbis Principatum vſurpauit. Per idem tempus Rauennatis ſedis; qui ſecundus poſt Romanum Archiereum Archipraeſulatus habebatur, Petrus Pontificatum tenebat. Qui dum ſubiectionis officio debitae nominatum Ioannem Papam, qui ſuae miniſter Eccleſiae tunc temporis habebatur, Romam ſaepius et iterum Domino dirigeret Papae: Theodora, vt teſtatur vita eius, meretrix impudentiſſima, Veneris calore ſuccenſa, in huius ſpeciei decorem vehementer exarſit, ſecumque hunc ſcortari non ſolum voluit, verum etiam, atque etiam poſt compulit. Haec dum imprudenter aguntur, Bononienſis Epiſcopus moritur, et Ioannes iſte loco eius eligitur. Paulo poſt, ante huius diem conſecrationis, nominatus Rauennas Archiepiſcopus mortem obiit; locumque eius Ioannes Theodorae inſtinctu, priore Bononienſi Eccleſia deſerta, ambitionis ſpiritu inflatus, contra ſanctorum Patrum inſtituta ſibi vſurpauit. Romam quippe adueniens, mox Rauennatis Eccleſiae ordinatur Epiſcopus. Modica vero temporis intercapedine, Deo vocante, qui eum iniuſte ordinauerat, Papa defunctus eſt. Theodorae autem Glycerii mens peruerſa, ne amaſii ducentorum milliariorum interpoſitione, quibus Rauenna ſequeſtratur a Roma, rariſſimo concubitu potiretur, Rauennatis hunc ſedis Archiepiſcopatum coegit deſerere, Romanumque* (proh nefas!) *ſummum Pontificium vſurpare. Hanc Maroziam Wido Tuſciae Marchio A. CMXXVI. vxorem ducebat* (s). *Haec*

(s) LVITPRANDVS lib. III. c. IV. *Quo tempore, Berta matre Hugo-*

Haec vero dum Ioanni X. Papae plurimum eſſet infenſa, Wido maritus eius vna cum ipſa de eiusdem deiectione coepit vehementer tractare; atque hoc propter inuidiam in Petrum, fratrem Papae habebant: quoniam quidem illum Papa quaſi fratrem proprium honorabat. Contigit itaque, Petro Romae degente, Widonem clam multos habuiſſe milites congregatos. Cumque die quadam Papa cum fratre paucisque aliis in Lateranenſi palatio eſſet; Widonis et Maroziae milites ſuper eos irruentes, Petrum fratrem ipſius ante oculos interfecerunt; eumdem vero Papam comprehendentes cuſtodiae manciparunt: in qua non multo poſt defunctus: Aiunt enim, quod ceruical ſuper os eius poſuerint: ſicque eum peſſime ſuffocarint. Quo mortuo, ipſum Maroziae filium nomine Ioannem, quem ex Sergio Papa meretrix ipſa genuerat, Papam conſtituunt. Wido vero non multo poſt moritur, fraterque eius Lambertus ipſi Vicarius ordinatur. Marozia vero, ſcortum impudens nimis, ſuos nuntios poſt Widonis mariti ſui mortem Hugoni[e] Regi (qui Widonis frater erat vterinus) *dirigit; eumque inuitat, vt ſe adeat, Romamque nobiliſſimam ciuitatem ſibi aſſumat.* Hoc autem non aliter poſſe fieri teſtabatur, niſi eam ſibi Rex Hugo vxorem faceret:

Quid Veneris facibus compulſa Marozia ſaeuis?
Coniugis ecce tui ſpectas tu ſuauia fratris
Nubere germanis ſatagens Herodia binis,
Immemor aſpiceris praecepta coeca Ioannis,

gonis Regis mortua, Wido filius eius, quem ex Adelberto genuerat, ſicut praediximus, Tuſciae Marchiam tenebat, qui Maroziam, ſcortum Romanum, ſibi vxorem acceperat. SIGONIVS lib. VI. p. 156. *Eodem anno Marocia Alberti, marchionis mortui vxor, quae diu in imperio fuerat, priuata viuere neſciens, Vidoni Tuſciae marchioni nupſit, atque vrbis Romanae ad eum principatum, qui fuerat Alberti, traduxit, eumque ad coeptas inimicitias cum pontifice exercendas incendit.*

Qui fratri vetuit fratris violare maritam.
Haec tibi Moyſeus non praeſtant carmina Vatis.
Qui fratri ſobolem fratris de nomine iusſit
Edere, ſi primus nequeat ſibi gignere natum.
Noſtra tuo peperiſſe viro te ſaecula norunt.
Reſpondes, ſcio, tu: Nihil hoc Venus ebria curat.
Aduenit optatus ceu bos tibi ductus ad aram
Rex Hugo, Romanam potius commotus ob vrbem,
Quid iuuat o ſcelerata virum ſic perdere ſanctum
Crimine dum tanto ſatagis Regina videri,
Amittis magnam Domino tu iudice Romam.

Quod recte ad ſe actum non ſolum ſenſata, verum etiam inſenſata animaduertunt. In ingreſſu Romanae vrbis quaedam eſt miri operis miraeque fortitudinis conſtituta munitio: ante cuius ianuam pons eſt pretioſisſimus ſuper Tiberim fabricatus, qui primus Romam ingredientibus atque egredientibus eſt: nec eſt alia niſi per eum transeundi via. Hoc tamen niſi conſenſu munitionem cuſtodientium fieri non poteſt. Munitio autem ipſa, vt cetera deſinam tantae altitudinis eſt, vt Eccleſia, quae in eius vertice videtur, in honore ſummi et coeleſtis militiae Principis Archangeli Michaelis fabricata, dicatur Eccleſia ſancti Angeli vsque ad coelos. Rex denique ob munitionis confidentiam, relicto longe exercitu, cum paucis Romam aduenit. Qui decenter a Romanis ſuſceptus, in praedictam munitionem, ad praedictae Maroziae meretricis thalamum declinauit. Cuius inceſto dum potitus eſſet concubitu, Romanos quaſi iam ſecurus deſpicere coepit. Habuerat ſane Marozia filium nomine Albericum, quem ex Alberico Marchione ipſa genuerat. Qui dum matris hortatu Regi Hugoni, vitrico ſcilicet, aquam funderet, vbi manus ablueret, ab eo pro correctione in faciem caeſus eſt, eo quod non moderate et prudenter aquam effunderet: is vero vt illatam ſibi poſſet vlciſci iniuriam, Romanos contra ipſum concitauit, vt eum iterum de-

deiicerent (t). *Hic enim Albericus iunior impactae ſibi a vitrico alapae contumelia prouocatus Hugonem ab vrbe Romana expulit, Ioannem Papam, qui frater eius erat, ſub cuſtodia detinuit; matrem quoque ſuam Mauroziam clauſam ſervans, Romam contra Hugonem Regem tenebat* (u).

§. LXXXII.

Alexander VI. Papa mulieribus maxime addictus, ex quibus quatuor filios et duas filias tulit. Omnium praecipua fuit Vannocia Romana, quam a formae venuſtate, et morum illecebris miraque demum foecunditate, in minori fortuna legitimae prope vxoris loco habuit (x). IO. MARIANA (y) de eo ſic loquitur: *Cardinalis factus tum alia intemperantia foedus extitit, tum iuſtae propemodum vxoris loco et cultu habuit Lunoſiam Romanam puellam. Hanc amaſiam poſtea Dominico Ariomano in vxorem dedit.*

§. LXXXIII.

Seculo quinto apud Longobardos viuebat Gundeberga regina, de qua FREDEGARIVS (z): *Gundeberga Regina eo*

(t) LVITPRANDVS lib. III. c. XII Papae factum etiam deſcribit HIER. RVBEVS *Hiſt. Ravennatenſi* lib. V. addens, *ſi vel ſacroſanctam ſummae dignitatis Maieſtatem, vel eius praeclare acta, omni Italiae hoc tempore admodum ſalutaria, ſpectemus, hoc nequaquam exitu dignum.*

(u) Verba ſunt FLODOARDI ad a. CMXXXIII. SIGONIVS lib. VI. p. 157. Adde VALENTINI ERNESTI LÖSCHERI *Hiſtoriam des Römiſchen Huhren-Regiments*, vbi artes atque libido *Theodorae* aeque ac *Moroziae* deſcribuntur.

(x) Verba ſunt PLATINAE p. 360. Huius etiam ſit mentio in IO. BVRCHARDI *Hiſt. Anecdot.* p. 36.

(y) lib. XXVI. c. II.

(z) Chron. c. LXX.

eo quod omnes Longobardi eidem fidem cum ſacramentis firmauerant, Chrotharium quemdam vnum ex Ducibus de territorio, Brixiae ad ſe venire praecipit: eum compellens, vt vxorem quam habebat, relinqueret, et eam matrimonio acciperet: per ipſam omnes Longobardi eum ſublimabant in regno. Quod Chrotarius libenter conſentiens, ſacramentis per loca ſanctorum firmans, ne vnquam Gundebergam poſtponeret, nec de honore gradus aliquid minueret, ipſamque vnico amore diligens in omnibus honorem praeſtaret condigne. Gundeberga attrahente, omnes Longobardorum primates Chrotharium ſublimant in regno. Chrotarius cum regnare coepiſſet, multos nobilium Longobardorum pacem ſectantes fecit. Chrotharius oblitus ſacramenti, quod Gundebergae dederat, eamque in vnum cubiculum Ticini in aula palatii retrudit, eamque ad priuatum habitum viuere fecit: quinque annos ſub ea retruſione tenetur. Chrotharius per concubinas debachabatur aſſidue. Gundeberga, eo quod eſſet Chriſtiana, in hac tribulatione benedicebat Deum omnipotentem, ieiuniis et orationibus aſſidue peruocabat.

§. LXXXIII.

Emanuel Philibertus Dux Sabaudiae concubinam habuit Lucretiam Probam, puellam Taurinenſem, Lauram Creuolam, puellam Vercellenſem et Beatricem de Langusque Marchioniſſam de Pianezze. Eiusdem filius naturalis Amadeus de Sabaudia habuit Martini Doriae Generalis Nauium Sabaudicarum filiam (a). Carolus Emanuel Dux Sabaudiae habuit Ludouicam de Duyn-Mareſchall, Argentinam Prouanam, Franciſci Prouanae, Comitis de Collegno, Magni Sabaudiae Cancellarii filiam, Mariam Margaretham Rosſillonenſem de Chaſtellard, Marchioniſſam

(a) GVICHENON *Hiſtoire de Savoye* p. 705. 706. IMHOF. Cl. Tab. XXVIII.

niſſam de Riue, filiam Gabrielis de Rosſillon, Domini de Chaſtellard in Sabaudia (b).

§. LXXXIV.

De Franciſci Sfortiae concubina dicta Perpetua, ſic ſcribit AENEAS SYLVIVS (c): *Picentium regionem* (quam noſtra aetas Marchiam vocat) *Franciſcus Sfortia Vicecomes Eugenio quarto Pontifice maximo tum rebus Baſileenſibus occupato ac non ſolum Philippi Mariae, ſed Alphonſi quoque Regis inimicitiis implicito, vna quodammodo excurſione ademit: nonnullisque poſt annis continuata poſſesſione retinuit. Interim captus amore puellae, quae inter virgines coniugis ſuae ſeruiebat, et ſibi multarum moleſtiarum et illi necis cauſa fuit. Perpetua ea vocata eſt, apud Nouarienſes honeſtis parentibus orta, forma egregia, et ingenuis moribus: niſi potentis domini decepta blanditiis, virginitatem cum adulterio permutaſſet. Haec, cum iam paulatim intumeſceret vterus, ad tegendum facinus quaeſito, qui eam duceret, viro deſpondetur. Conſtituta nuptiarum die vocatis amicis, apparato grandi conuiuio, ſponſus in oppido, quod a Franciſci curia non longe inhabitabat, laetus aduentum nouae nuptae praeſtolabatur, ducitur illa multis comitata nobilibus. Sed ingreſſa oppidum, cum deſcendere in domo ſponſi crederetur, iuſſa vlterius pergere, in arcem rapta eſt; nec vlterius infelici viro videndae ſponſae copia fuit. Quod cum Blanca Franciſci coniux cordatisſima mulier cognouiſſet; nunquam deinde quieuit, dimisſis percuſſoribus puellam quamuis diligenter cuſtoditam interfecit. Franciſcus quamuis ea re valde commotus, vxoris tamen iuſto dolori cenſuit ignoſcendum.*

§. LXXXV.

(b) GVICHENON p. 873. 874.
(c) de Statu Europae c. LV.

§. LXXXV.

Ex Medicaeis Ioannes, Coſmi, primi Magni Ducis Florentiae filius nothus, concubinam habuit Eleonoram Albiciam (d), Ludouici Albizii Patricii Florentini filiam adoleſcentulam, inſcio eius patre ſeductam. Illa deinde derelicta, et ciui nobili nuptui data, Camillam Martelliam adamare coepit, hancque tandem in vxorem duxit. (e) Singularia ſunt, quae de Franciſco Coſmi filio Magno Etruriae Duce eiusdemque vxoribus, nec non Iſabella ſorore et Eleonora Toletana fratria ipſiusque concubina Blanca Capella referuntur in Thuano reſtituto, quae ſingula hic referre licebit (f). Anno MDLXXVIII. Florentiae detecta eſt coniuratio, quae geminatis funeribus familiam principalem infeſtauit. Nam cum Helionora Toletana, Garſiae, quondam Siciliae Proregis et Hiſpanorum triremium Praefecti, ante biennium Neapoli mortui filia, quae Petro, Franciſci Etruriae Ducis fratri nupſerat, et Iſabella vtriusque ſoror, quae cum Paulo Iordano Vrſino Bracciani Duce familiae ſuae Principe matrimonio coniuncta erat; vtraeque a maritis perditae vitae ac luxus hominibus relictae, ſolitudinem ſuam moerentes, cum quibusdam illius aulae nobilibus familiaribus conſueſcere crederentur; ex ea conſuetudine ſuſpicio Franciſcum inceſſit, amatores illos in ſe conſpirare: is itaque ad priuatum periculum diſcutiendum, ne proprias manus ſuorum ſanguine commaculare neceſſe haberet, aliena ad id opera vti cupiens, Petrum fratrem et Paulum Iordanum ſororium euocat, et adulterii indicia aperit libertatemque vtrique facit, vt priuatas iniurias vltum irent, ſimul-

(d) IMHOF. *Geneal. illuſtr. in Italia Famil.* p. 113.

(e) IMHOF. p. 134.

(f) IMHOF. p. 135.

hinlque hoc dedecus et opprobrium ex illuſtrisſima familia tollerent, quod et illi ſedulo executi ſunt, ne haberent, quae viciſſim vitae infamiam, cuius ſibi vterque conſcius erat, exprobrarent. Itaque Helionora et Iſabella a viris eadem nocte faſcia iniecta praefocatae ſunt: Fama nihilominus ſparſa, quaſi vtraque ex angina, ex nimio bolethorum vſu contracta periiſſet. Capti quidam ex amatoribus, nec non ex amorum parariis, qui in ſecretum carcerem coniecti, citra iudicis officium, vt in talibus caſibus Florentiae fieri amat, exquiſitis tormentis ſubiecti, ad extremum ſummo ſupplicio affecti ſunt. Inter quos vnus fuit, Paccius nomine, iuuenis magni animi et rarae fidei, qui veritus, ne tortus confesſione ſua cuiquam amicorum periculum crearet, enchiridio, quod ad maleficium ſemper ſecum in occulto geſtabat, cum in carcerem duceretur, ſe ipſum inter ſtipatorum manus interfecit. Troilus Vrſinus, Pauli Iordani gentilis, qui in Gallia ſub Henrico II. inter nobiles domeſticos puer educatus fuerat, et Etruriae Ducibus iam pridem ſuam operam addixerat, nuper in Poloniam a Franciſco ad Regem ſalutandum miſſus, cum Iſabella incertos amores fouere creditus, ſibi metuens paulo ante ad nos transfugerat, ſed nec miſera Iſabellae mors, nec diſtantia locorum, aut temporis longinquitas, ab ira ſeu Franciſci, ſiue Pauli Iordani defendere potuerunt, quin a ſacrifico Rauennate cuiusmodi plerosque ſicarios Franciſcus, ad tollendos ſibi ſuſpectos, per omnes Chriſtiani orbis partes ex domeſtico praecepto conductos habebat: poſtea, dum ſe profunda iam nocte domum reciperet, Lutetiae interficeretur: quod ex alterius ſicarii, qui aliquo poſt tempore Franciſcum Bernardinum Lutetiae itidem occidit, ob id ſupremo ſupplicio affecti, confesſione iudicibus conſtitit.

Tunc certe ad facti atrocitatem Ioanna Auſtria Franciſci vxor ita cohorruit, exemplum in ſe, licet ob diuerſam longe cauſam, verita, quippe quae de inſanis viri cum Blanca Capella amoribus iam dudum cognouiſſet, vt ex vehementi doloris cogitatione contractis vitalibus, inter grauisſimos partus cruciatus expirauerit, filio, ex quo praegnans erat, in vtero, antequam educeretur, ſuffocato: quod ad manifeſtum diuinae irae exemplum multi retulerunt, quae ſuffocatas ſorores optatisſimi in ſpem tantae ſucceſsſionis filii, eodem mortis genere perempti exitio mox vlta ſit, adempta etiam vxore lectisſima foemina, qua ſublata nec multum deſiderata, Franciſcus in infames Blancae amores ſtatim effuſus incertum reliquit, turpiusne fecerit, cum eam poſtea in matrimonium duceret, an cum antea ſuperſtite Ioanna, eiusdem contubernio ſe per adulterium pollueret. Erat Blanca Capella patricio apud Venetos ſanguine creta cumque a Franciſco in coniugem adſcita fuiſſet, a ſenatu Veneto adoptata et maritum nono abhinc anno repentino obitu ſublatum quinque poſt horis ſiue ex fato, ſiue ex moerore praecipitata morte ſecuta eſt.

§. LXXXVI.

Ex illuſtri Piccolomineorum apud Italos ſtirpe prognatus erat Aeneas Syluius, poſtea ſub Pii II. nomine Papa factus. Hunc ex muliere quadam Britanna filium naturalem Argentinae A. MCDL. progenuiſſe, dictum aeque Aeneam, ipſe teſtatur in epiſtola ad patrem ſcripta, quam hic exhibemus (g): *Laeteris, an doleas, quod mihi ſobolem dominus dederit, incertum te ſcribis pater. At ego laetitiae cauſam video, doloris non video. Quid enim dulcius in humanis eſt,*

(g) Extat apud MÜLLERUM *Reichstags-Theatro unter K. Fridrich dem* V. P. III. c. IV. p. 577.

eſt, quam gignere ſibi ſimilem, tanquam extendere ſanguinem et habere, quem poſt te relinquas? quod in terris beatius, quam natos videre natorum? Mihi equidem ingens voluptas eſt, quod ſemen meum foetificauerit, quodque antequam moriar aliquid de me ſuperſit, gratiasque domino refero, qui partum foeminae figurauit in marem, vt apud te patrem meamque matrem aliquis paruus ludat Aeneas, et ſolatia praeſtet auis, quae debebat pater impendere. Quod ſi tibi genitor gaudio fuit meus ortus? cur filius meus mihi non ſit laetitiae? Anne te quoque laetificabit infantuli vultus, cum meam videbis in illo effigiem. Numquid tibi iucundum erit, cum paruulus pendebit ex collo Aeneas? puerilesque blandicias aequitabit? ſed ais fortaſſe dolere meum crimen, quod ex peccato genuerim filium. Neſcio quam de me finxeris tibi opinionem. Certe nec lapideum nec ferreum genuiſti filium, cum eſſes tu carneus. Scis qualis tu gallus fueris. At nec ego caſtratus ſum, neque ex frigidorum numero. Nec ſum hypocrita, vt videri bonus quam eſſe velim. Fateor ingenue meum erratum, quia nec ſanctior ſum Dauid rege nec Salomone ſapientior. Antiquum et vetus eſt hoc delictum, nec ſcio quis hoc careat. Late patet haec peſtis (ſi peſtis eſt, naturalibus vti) quanquam non video, cur tantopere damnari coitus debeat, cum natura, quae nihil perperam operatur, omnibus ingenuerit animantibus hunc appetitum, vt genus continuaretur humanum. Sed dicis, vt arbitror, certos eſſe limites, intra quos hoc liceat, nec extra legitimos matrimonii fines progredi debet hic appetitus. Ita eſt, ſane et ſaepe inter ipſa nuptiarum clauſtra ſcelus admittitur. Ex bibendi quoque comedendi et loquendi certi ſunt termini, ſed quis ſeruat illos? quis tam iuſtus, vt ſepties in die non cadat? loquatur hypocrita, ſeque nullius culpae ſcium dicat, ego nullum meritum in me ſcio, ſolaque mihi diuina pietas ſpem facit miſericordiae, quae nos labiles ſcit, et ad laſciuiam procliues. Nec nobis, qui patet omnibus, fontem veniae claudet. Sed de

Tunc certe ad facti atrocitatem Ioanna Auſtria Franciſci vxor ita cohorruit, exemplum in ſe, licet ob diuerſam longe cauſam, verita, quippe quae de inſanis viri cum Blanca Capella amoribus iam dudum cognouiſſet, vt ex vehementi doloris cogitatione contractis vitalibus, inter grauisſimos partus cruciatus expirauerit, filio, ex quo praegnans erat, in vtero, antequam educeretur, ſuffocato: quod ad manifeſtum diuinae irae exemplum multi retulerunt, quae ſuffocatas ſorores optatisſimi in ſpem tantae ſucceſsſionis filii, eodem mortis genere perempti exitio mox vlta ſit, adempta etiam vxore lectisſima foemina, qua ſublata nec multum deſiderata, Franciſcus in infames Blancae amores ſtatim effuſus incertum reliquit, turpiusne fecerit, cum eam poſtea in matrimonium duceret, an cum antea ſuperſtite Ioanna, eiusdem contubernio ſe per adulterium pollueret. Erat Blanca Capella patritio apud Venetos ſanguine creta cumque a Franciſco in coniugem adſcita fuiſſet, a ſenatu Veneto adoptata et maritum nono abhinc anno repentino obitu ſublatum quinque poſt horis ſiue ex fato, ſiue ex moerore praecipitata morte ſecuta eſt.

§. LXXXVI.

Ex illuſtri Piccolomineorum apud Italos ſtirpe prognatus erat Aeneas Syluius, poſtea ſub Pii II. nomine Papa factus. Hunc ex muliere quadam Britanna filium naturalem Argentinae A. MCDL. progenuiſſe, dictum aeque Aeneam, ipſe teſtatur in epiſtola ad patrem ſcripta, quam hic exhibemus (g): *Laeteris, an doleas, quod mihi ſobolem dominus dederit, incertum te ſcribis pater. At ego laetitiae cauſam video, doloris non video. Quid enim dulcius in humanis* [illegible] *eſt;*
[illegible]

(g) Extat apud MÜLLERUM *Reichstags-Theatro unter K. Fridrich dem V.* P. III. c. IV. p. 577.

eſt, quam gignere ſibi ſimilem, tanquam extendere ſanguinem et habere, quem poſt te relinquas? quod in terris beatius, quam natos videre natorum? Mihi equidem ingens voluptas eſt, quod ſemen meum foetificauerit, quodque antequam moriar aliquid de me ſuperſit, gratiasque domino refero, qui partum foeminae figurauit in marem, vt apud te patrem meamque matrem aliquis paruus ludat Aeneas, et ſolatia praeſtet auis, quae debebat pater impendere. Quod ſi tibi genitor gaudio fuit meus ortus? cur filius meus mihi non ſit laetitiae? Anne te quoque laetificabit infantuli vultus, cum meam videbis in illo effigiem. Numquid tibi iucundum erit, cum paruulus pendebit ex collo Aeneas? puerilesque blandicias aequitabit? ſed ais, fortaſſe dolere meum crimen, quod ex peccato genuerim filium. Neſcio quam de me finxeris tibi opinionem. Certe nec lapideum nec ferreum genuiſti filium, cum eſſes tu carneus. Scis qualis tu gallus fueris. At nec ego caſtratus ſum, neque ex frigidorum numero. Nec ſum hypocrita, vt videri bonus quam eſſe velim. Fateor ingenue meum erratum, quia nec ſanctior ſum Dauid rege nec Salomone ſapientior. Antiquum et vetus eſt hoc delictum, nec ſcio quis hoc careat. Late patet haec peſtis (ſi peſtis eſt, naturalibus vti) quanquam non video, cur tantopere damnari coitus debeat, cum natura, quae nihil perperam operatur, omnibus ingenuerit animantibus hunc appetitum, vt genus continuaretur humanum. Sed dicis, vt arbitror, certos eſſe limites, intra quos hoc liceat, nec extra legitimos matrimonii fines progredi debet hic appetitus. Ita eſt, ſane et ſaepe inter ipſa nuptiarum clauſtra ſcelus admittitur. Et bibendi quoque comedendi et loquendi certi ſunt termini, ſed quis ſeruat illos? quis tam iuſtus, vt ſepties in die non cadat? loquatur hypocrita, ſeque nullius culpae ſcium dicat, ego nullum meritum in me ſcio, ſolaque mihi diuina pietas ſpem facit miſericordiae, quae nos labiles ſcit, et ad laſciuiam procliues. Nec nobis, qui patet omnibus, fontem veniae claudet. Sed

de hoc ſatis. Nunc quia coniecturas petis, ne alienum pro meo nutrias, quomodo res ſe habuerit, paucis exponam. Nondum anni duo effluxerunt ex eo tempore, quo Argentinae gerebam Oratoris munus. Quinquageſima tunc currebat, quae ante proximam praeteritam fluxit. Ibi cum ocioſus diebus eſſem pluribus, mulier ex Britannia veniens, diuerſorium meum petens in vnis aedibus mecum fuit, non inuenuſta, nec aetate confecta. Haec, quia ſermonem Italicam egregie norat, me verbis ſalutabat Hetruſcis, quod illa in regione tanto magis placuit, quanto rarius erat. Oblectatus ſum facetiis foeminae, cuius in ore maximus lepor erat. Moxque in mentem venit Cleopatrae facundia, quae non ſolum Antonium, ſed Iulium quoque Caeſarem eloquentia ineſcauit. Mecumque quis reprehendet inquam, ſi ego homuncio faciam, quod maximi viri non ſunt aſpernati. Interdum Moyſen, interdum Ariſtotelem, nonnunquam Chriſtianos in exemplum ſumebam. Quid plura! vicit cupido, incalui, mulierem arſi, multiſque blandimentis adorſus ſum. Sed vt aſperis cautibus vnda repellitur freti, ſic verba mea haec contempſit, triduoque ſuſpendit. Erat illi filiola annorum quinque quam Milinthus pater hoſpiti noſtro commendauerat, verebaturque mulier, ne quid hoſpes praeſentiret, filiamque poſthac quaſi moris materni abdicaret. Inſtabat nox ſequentique die mulier receſſura erat, timeo, ne abeat praeda. Rogo, in noctem ne oſtio camerae peſſulum obdet, dico me intempeſta nocte venturum, negat, nec ſpem vllam facit. Inſto, ſemper idem reſponſum eſt, itur domitum. Mecum ego quid? ſciam an illa, vt iuſſi, fecerit. Recordor Zimae Florentini forſitan illius amicam haec imitabitur. Tentandum eſt inquam. Poſtquam ſilentium vndique ſentio, thalamum mulieris accedo. Clauſum oſtium eſt, ſed non obfirmatum, aperio, ingredior, muliere potior, hinc natus eſt filius. Mulier Eliſabeth vocatur. Ex idibus Februarii vſque ad alias idus Nouembris menſes currunt, qui partui dantur. Haec mihi dixerat

mu-

mulier, dum Baſileae poſtea erat. Ego quamuis ipſam non pecunia vlla, ſed maximis emiſſem precibus (vt eſt ars feminarum) credebam haec auri corrodendi cauſa dici, nec verbis praebui fidem. Nunc quia eam hoc aſſerere, quando nihil ſperare a me poteſt, quando nomen conuenit tempusque, puerum meum puto: teque mi pater rogo, vt nepotem ſuſcipias, alasque donec grandiusculus factus ad me valeat proficiſci meisque imbui diſciplinis, nec puta foeminam diuitem mentiri velle in filio.

CAPVT IV.

DE TVTELIS ILLVSTRIVM EXTERORVM.

SECTIO I. IVRIS SISTENS PRINCIPIA.

SVMMARIA.

§. I.

Rex minorennis vt tutelae ſubſit, iubet recta ratio.

§. II.

Rex ſub tutela exiſtens ſumma gaudet poteſtate.

§. III.

Cuinam in regnis et imperiis tutela deferenda.

§. IV.

Tutoris illuſtris poteſtas, quae fere regia eſt.

§. V.

Aſſ maieſtatem non habet, niſi aliud regni legibus cautum.

§. VI.

An nothus Regis tutor eſſe queat?

§. VII.

§. VII.

An Regi pupillo priuatus dari poſſit tutor.

§. VIII. IX.

An Rex minorennis ſine tutoris auctoritate pacem concludere, Inſtrumentumque ſubſcribere poſſit, et quod deſuper in tractatibus P. W. actum.

§. X.

Quid in Ryſuicenſi congreſſu hic obſeruandum veniat.

§. XI.

Absque tutore geſta ſunt nulla.

§. XII.

Aſt, quae a tutore geſta, impugnari nequeunt a pupillo, qui maiorennitatis annos eſt conſequutus, niſi dolo tutor egerit.

§. XIII.

Hinc inter paciſcentes interdum de ratihabendo conuenit, quando ad maiorennitatem pupillus peruenerit.

§. XIV.

Ex quonam iure tutor illuſtris ſit iudicandus.

§. I.

Infelicem eſſe rempublicam, cuius princeps infans eſt, non diuino ſolum effato, ſed etiam exemplis docemur (a). Dum igitur, teſte Imperatore (b): *naturae iuri ſit conueniens, vt qui perfectae aetatis non ſunt, alterius tutela regantur*, idem circa reges, principesue obtinebit, dum ab ipſorum prudente educatione atque inſtructione non ſolum totius Reipublicae dependeat felicitas, ſed etiam, dum princeps adhuc minorennis iuſta deſtitutus ſit ratione, per iuſtam tutoris vel curatoris adminiſtrationem, ne respublica capiat detrimentum, erit praecauendum.

§. II.

Vt in omnibus capitibus illuſtres ſupremos imperantes ab imperii Rom. Germ. ſtatibus diſtinguimus, ita quo-

(a) Agnouit illud etiam IO. MEVRSIVS dum *hiſtor. Dan.* Lib. I. p. 16. ſic ſcribit: *nunquam infeliciora regna, quam ſub regis, licet boni, pueritia. In qua regem ſe exiſtimat, quisquis regi ſit praefectus.*

(b) §. *pen. I. de Attiliano tutore.*

quoque hic vtrosque ſeparatim conſiderabimus. Et quidem hoc capite de principum ſupremae poteſtatis tutoribus regnique adminiſtratoribus, ſequentibus vero capitibus de imperii ſtatuum tutela ſumus acturi. Prae caeteris vero hic quaeſtio ſuboritur: An Rex vel princeps ſupremi iuris adhuc minorennis ſub tutoris vel curatoris poteſtate conſtitutus, ideo ſumma deſtituatur poteſtate? Et licet ſint, qui hoc affirmant, eorum tamen minus recte ſe habet ſententia. Si enim ſupremi iuris principem ſumma deſtitutum fingeres poteſtate, tunc haec vel penes populum reſideret, vel penes tutorem curatoremue. Non penes populum, quippe qui in regno haereditario omni circa regimen ſe abdicauit iure, cuique proinde nullum ius competit. Neque tutori vel curatori ſumma poteſtas poterit tribui, prout tamen Grotius autumat, dum poteſtas ipſorum non ſit propria, ſed pupilli nomine exerceatur atque illud exinde ſequeretur abſurdum, etiam regem vicarium ſumma poteſtate gaudere. Dicendum igitur, potius Regem eorum minorennem ſummam habere poteſtatem, licet adminiſtratio Regni, cuius ipſe ob aetatis defectum nondum eſt capax, per tutorem vel curatorem exerceatur. Hinc optime CASP. ZIEGLERVS (c): *Si penes Reges pupillos non eſſet Maieſtas eadem ratione nec dormienti aut aegroto principi Maieſtatem competere dixeris: ſed iis potius, qui curam boni publici interea habent.* Eiusmodi igitur regna dicuntur Tutoria (d).

§. III.

Licet vero pupillus maieſtatem habere queat, nihilominus tamen eius aetas valde eſt imperfecta et qui ſibi ipſi prae-

(c) De *Iur. Maieſt.* lib. I. c. I. §. XLII.

(d) De quibus IO. NICOL. HERTIVS ſingulari egit Diſſertatione inter ipſius opuſcula Tom. II. p. 461.

§. VII.

An Regi pupillo priuatus dari poſſit tutor.

§. VIII. IX.

An Rex minorennis ſine tutoris auctoritate pacem concludere, Inſtrumentumque ſubſcribere poſſit, et quod deſuper in tractatibus P. W. actum.

§. X.

Quid in Ryſuicenſi congreſſu hic obſeruandum veniat.

§. XI.

Absque tutore geſta ſunt nulla.

§. XII.

Aſt, quae a tutore geſta, impugnari nequeunt a pupillo, qui maiorennitatis annos eſt conſequutus, niſi dolo tutor egerit.

§. XIII.

Hinc inter paciſcentes interdum de ratihabendo conuenit, quando ad maiorennitatem pupillus peruenerit.

§. XIV.

Ex quonam iure tutor illuſtris ſit iudicandus.

§. I.

Infelicem eſſe rempublicam, cuius princeps infans eſt, non diuino ſolum effato, ſed etiam exemplis docemur (a). Dum igitur, teſte Imperatore (b): *naturae iuri ſit conueniens, vt qui perfectae aetatis non ſunt, alterius tutela regantur*, idem circa reges, principesue obtinebit, dum ab ipſorum prudente educatione atque inſtructione non ſolum totius Reipublicae dependeat felicitas, ſed etiam, dum princeps adhuc minorennis iuſta deſtitutus ſit ratione, per iuſtam tutoris vel curatoris adminiſtrationem, ne reſpublica capiat detrimentum, erit praecauendum.

§. II.

Vt in omnibus capitibus illuſtres ſupremos imperantes ab imperii Rom. Germ. ſtatibus diſtinguimus, ita quo-

(a) Agnouit illud etiam IO. MEVRSIVS dum *hiſtor. Dan.* Lib. I. p. 16. ſic ſcribit: *nunquam infeliciora regna, quam ſub regis, licet boni, pueritia. In qua regem ſe exiſtimat, quisquis regi ſit praefectus.*

(b) §. *pen. I. de Attiliano tutore.*

quoque hic vtrosque ſeparatim conſiderabimus. Et quidem hoc capite de principum ſupremae poteſtatis tutoribus regnique adminiſtratoribus, ſequentibus vero capitibus de imperii ſtatuum tutela ſumus acturi. Prae caeteris vero hic quaeſtio ſuboritur: An Rex vel princeps ſupremi iuris adhuc minorennis ſub tutoris vel curatoris poteſtate conſtitutus, ideo ſumma deſtituatur poteſtate? Et licet ſint, qui hoc affirmant, eorum tamen minus recte ſe habet ſententia. Si enim ſupremi iuris principem ſumma deſtitutum fingeres poteſtate, tunc haec vel penes populum reſideret, vel penes tutorem curatoremue. Non penes populum, quippe qui in regno haereditario omni circa regimen ſe abdicauit iure, cuique proinde nullum ius competit. Neque tutori vel curatori ſumma poteſtas poterit tribui, prout tamen Grotius autumat, dum poteſtas ipſorum non ſit propria, ſed pupilli nomine exerceatur atque illud exinde ſequeretur abſurdum, etiam regem vicarium ſumma poteſtate gaudere. Dicendum igitur, potius Regem eorum minorennem ſummam habere poteſtatem, licet adminiſtratio Regni, cuius ipſe ob aetatis defectum nondum eſt capax, per tutorem vel curatorem exerceatur. Hinc optime CASP. ZIEGLERVS (c): *Si penes Reges pupillos non eſſet Maieſtas eadem ratione nec dormienti aut aegroto principi Maieſtatem competere dixeris: ſed iis potius, qui curam boni publici interea habent.* Eiusmodi igitur regna dicuntur Tutoria (d).

§. III.

Licet vero pupillus maieſtatem habere queat, nihilominus tamen eius aetas valde eſt imperfecta et qui ſibi ipſi prae-

(c) De *Iur. Maieſt.* lib. I. c. I. §. XLII.

(d) De quibus IO. NICOL. HERTIVS ſingulari egit Diſſertatione inter ipſius opuſcula Tom. II. p. 461.

praeeſſe non valet, multo minus rempublicam regere poterit. Hinc neceſſe eſt, vt regni adminiſtratio durante lubrico pupillo iudicio committatur tutori. Cuinam vero et tutela pupilli et regni committenda ſit adminiſtratio, plerumque legibus regni fundamentalibus eſt determinatum, aut iis deficientibus, ad mores conſuetudinesque temporum reſpici ſolet anteriorum. His autem deficientibus (e), filio de educatione regnique tutela teſtamento vel alio modo proſpicere, patri ius eſſe, omnino putarem. De liberorum educatione in euentum mortis patrem diſponere poſſe, nemo forſan in dubium vocabit clareque patebit ex iis, quae ſupra iam adduximus (f). An vero idem quoad imperii adminiſtrationem a patre fieri posſit, ſunt qui dubitant (g). Nobis affirmatiua placet ſententia. Primo enim pater ius habet liberorum proſpicere bonis eorumque curare adminiſtrationem. Ad bona vero minorennis imperantis ſine dubio referenda ſunt imperii iura, de quorum proinde adminiſtratione tamdiu ac liberi minorennes ſunt et inter viuos et in mortis euentum pater et debet et poteſt proſpicere, niſi regni legibus conſuetudinibusue haec circumſcripta ſit poteſtas patria. Deinde quoque pater ſupremus ſimul imperans vi legislatoriae, qua gaudet, poteſtatis, durantibus filii minorennitatis annis de regni adminiſtratione recte ſtatuit. Vi enim huius poteſtatis legibus poteſt determinare, quae ad vtilitatem reipublicae eiusque tranquillitatem faciunt; haeque leges tamdiu valiturae ſunt, donec a legitimo abrogentur

(e) AERODIVS lib. IV. D. *rerum indic.* Tit. 19. c. I. *Vetus eſt quaeſtio, An mater, an vxor, an proximi praeferantur. Quae quia nunquam ſine vi et tumultu facta eſt, cur cam iure et legibus definirem?*

(f) Cap. I. Sect. I. §. VIII.

(g) COTHMANN Vol. I. Reſp. 41. n. 11.

tur ſucceſſore. Hinc deficientibus regni legibus fundamentalibus, ſi pater liberis vel actu inter viuos et vltima voluntate ſcribit tutores, eius de tutela voluntatem inſtar legis omnino valere oportet, tamdiu ſaltim, donec ſucceſſori in imperio eam abrogare placet. Si vero pater de liberorum tutela regnique adminiſtratione nil plane conſtituit, tunc ſine dubio potiores in vtraque matris erunt partes. Deficientibus enim regni legibus, naturae iura in ſubſidium vocantur, haec vero mortuo patre matri liberorum educationem, eorumque bonorum curam deferre, ſupra eſt monſtratum (h). Tandem ſi et mater non amplius ſupereſſet in rebus humanis, ius regni gubernacula dirigendi tutelamque gerendi praecipuum pupilli haberent agnati (i). Hi enim ex primaeua regni delatione, deficientibus proximioribus, ad regni vocantur ſucceſſionem. Deficere vero cenſendus eſt Rex, qui ad gubernandam rempublicam inhabilis et pupillus eſt et dum alium, qui ei praeſit, tutorem conſtitutum non habet, agnati durantibus regentis pupillaribus annis ſibi recte regni vindicant gubernacula. Accedit, quod agnatorum ob ius ſuccedendi quaeſitum interſit, rempublicam bene adminiſtrari eiusque imperium, in aliorum manus non peruenire.

(h) Cap. I. Sect. I. §. VIII.

(i) Sunt tamen regna, in quibus tutelam agnatis deferre nolunt. Superiori ſaeculo in Scotia Hamiltonius tutelam Regis petebat, quod eſſet, genere proximus et heres adeo. Contra Regis protectores rem periculi plenam eſſe dicebant, Reges et principes pueros tutelae ſucceſſoris permitti, cum multi ex iis pueros veneno aut armis ſuſtulerint, vt regno potirentur. Apud BVCHANANVM l. 19. Rer. Scot. p. 686. THVANVM l. 42. hiſtor. ad A. 1568.

§. IV.

Rege intra minorennitatis annos exiſtente, tutor eſt inſtar Regis eique iura competunt omnia, quae regi, niſi forſan regni legibus eius poteſtas ſit circumſcripta. Vnde certum eſt, idem belli pacisque arbitrium, eandem circa leges ferendas, magiſtratus conſtituendos, dignitates conferendas competere poteſtatem tutori, quae regi. De officio tutoris ſic ſcribit COCCEIVS (k): *Officium tutoris Regni idem eſt, ac Regis; vtrumque in tuendo legitimo iure Regni, ac ciuium, et poteſtate agendi ea omnia, quae ad feliciorem iſtius iuris executionem pertinent, conſiſtit. Vnde certum quoque eſt, apud eum eſſe arbitrium belli et pacis, vti vel hoc ſeculo ſatis apparuit exemplis Galliae, et Sueciae, in impubere horum Regum aetate. Nec minus conſtat, teneri tutorem ad ea, ad quae a natura obligatur adminiſtrator alienae rei, puta, vt non tantum ex fide gerat, ſed et, vt geſtae rationem pupillo adulto reddat, et reliqua praeſtet. Sicubi ergo ea non exigatur, id fieri manifeſtum eſt, quia adultus, vel indulgentia ſua, vel veneratione tutoris id remiſerit, aut alias id ita in Regno iure conſtitutum ſit. Nam et ita conſtitui tutores Regum ſolent, vt interim ſolo cognomine a Regibus differant, vti de Antigono Philippi tutore loquitur* Liv. lib. XL. c. LIV. *et hodieque exempla ſunt in Anglia, vt tutores interim dominorum inſtar habeantur, nec rationes perceptorum reddere teneantur.*

§. V.

Cum penes pupillum ſit poteſtas ſumma (§. II.), illam non habet tutor. De quo HERTIVS (l): *Sane vniuerſum loquendo, tutores ſummae poteſtatis haud eſſe compotes, vix quisquam negabit: quoniam in Regibus pueris ius ceſſat, non*

(k) *De tutelis illuſtrium* Cap. II. §. VIII.
(l) *De tutela Regia* Cap. III. §. X.

non exſtinctum eſt, vt verba Pauli huc accommodemus (*), *ſeu vt Plutarchus loquitur, dominium bonorum habent* ἐν κτήσει *etſi non* ἐν χρήσει. *Hinc experientia docemur, tutores non ſuo, ſed pupilli nomine reſcripta, programmata et alia eius generis ſcribere expedireue, quod pluribus exequitur* CALDAS de PEREYRA ad L. III. C. *de reſtit. minor.* n. 118. GVTIEREZ d. c. XVIII. n. 45. et 46. Interdum tamen legibus regni fundamentalibus poteſt aliter eſſe cautum, ita nempe, vt durante minorennitate Regis tutor habeat imperium. Sic Balduino II. imp. Conſtantinopolitano adhuc in puerili aetate conſtituto, nec dum rebus gerendis idoneo, quippe vix annum duodecimum attigerat, delectus eſt Ioannes Brienenſis Exrex Hieroſolymitanus, qui et filiam Balduino paciſceretur, et imperium tutoris vice adminiſtraret, conceſſo inſuper imperatoris titulo, eoque et vt imperii mos eſt ſolenniter coronato, hac tamen conditione vt quando Balduinus ad iuſtam aetatem peruenerit, imperio cederet illudque genero reſignaret. Exemplum etiam praebet Philippus imp. Hinc Henricus VI. imp. moriens ſuum filium Fridericum commendauerat, eidemque regnorum adminiſtrationem commiſerat, verum dum Fridericus iſte vix eſſet triennis ideoque regimini nondum aptus, Ludouicus Dux Bauaricus, Bernhardus Dux Saxoniae, Dietericus Marchio Miſnenſis cum caeteris Baronibus et epiſcopis Ichtershuſae habito concilio, Philippum Imperii defenſorem eligunt, quoad vsque Fridericus, qui in Apulia verſabatur, in Alemanniam veniret. Inde Imperium Ottoni plane detulerunt (m). Ludouicus Balbus, dum Carolum ſimplicem impuberem adhuc filium re-

(*) l. 98. §. 8. de ſolut.

(m) Teſte OTTONE *de S. Blaſio* cap. XLVI. GODEFRIDO MONACHO ad a. 1198. CONRADO VRSPERGENSI p. 320. Vide *Corpus Hiſt. Germ.* Per. VII. S. IV. §. III.

reliquiſſet, Galli temporarium Imperium Eudoni ſiue Ottoni Pariſienſi Comiti detulerunt, de quo ALBERICVS (n): *Guido, ad reprimendam quorundam inſolentiam ſuperborum, et retundendam late bacbantium rabiem Normannorum, de conſenſu principum, conſenſus ad regalis coronae geſtamen eſt conceſſus Odoni, quousque ſpatia regius puer nudum ad regnandum idoneae percurriſſet aetatis; ſed Odo, cum quod optauerat, obtinuiſſet, et regium puerum non ſatis regaliter et minus fideliter adoptaſſet, videns et inuidens ob eiusdem pueri gratiam et debitam ei fidelitatem ſeparatus ab amicitiis ſuis et a Domino ſuo regni Principes, exuere ſe paratos et in regem vngere puerum adultum, fiſci detrimento, regni diſpendio, ſibi augmentare vires, illi minuere, diſtribuendo, ſuas ciuitates, caſtra, prouincias, regiones, quod attendentes, Karoli profectibus intendentes, raptum ſub ala tutoris, ſolio regali ſublimant.* Sic etiam Maximilianum I. Imp. mortua Iſabella, caſtellae regina, vt aduecto Carolo nepote, rerum in eodem regno procurationem tutelae iure et nomine arriperet, pro virili curaſſe, tradit MARIANA (o). Simile exemplum nobis praebet Fridericus Victorioſus, Palatinus, Philippi Impuberis tutor, Elector atque Regens declaratus (p). Ludouicus enim moriturus filium hunc vnicum Philippum vndecim menſes habentem, vxorem Margaretham; et totum principatum ſuum Friderico fratri ſuo commendauit, ſub tali conditione, vt ipſe tutoris ageret officium, quousque Philippus octauum decimum aetatis compleuerit annum, quo completo, tutoris officium exſpiraret, et Philippus paternum libere haberet dominium. Verum hoc adulto, Fridericus Electoratum nihilominus retinuit, coeliba-

(n) ad a. 894.

(o) lib. XXIX. c. V.

(p) Formul. Succeſſ. Palat. S. I. §. XXIX.

libatum promittens, Philippum in filium adoptans. De Scotiae Regno dicit BVCHANANVS (q): *Ferguſius decedens tres reliquit filios adhuc impuberes*, Eugenium, Dongardum et Conſtantinum. *Eis omnium magno aſſenſu, Graemus auus maternus tutor eſt datus: interim, dum pueri adoleſcerent, pro rege futurus. In eo tanta fuit virtus, vt temporibus turbulentisſimis ingenti ferocia nec ſemper ſuis regibus morigera, nullus domi ſub peregrino principe motus extiterit. Eugenius, ſiue Euenus maximus natu filiorum Ferguſii, nomen regium habebat: poteſtas penes Graemum erat.*

§. VI.

De eo disquiritur, an etiam nothus principis fieri posſit tutor. Poſtquam Maria Scotiae Regina A. MDLXVII. Regno ſeſe abdicaſſet, atque filius ipſius Iacobus VI. pupillus adhuc in Regem fuiſſet inauguratus frater ipſius Nothus a Maria et Scotiae Proceribus prorex ſiue Regens fuit declaratus. Aſt, poſt Reginae captiuitatem Hamiltonius Dux contradicebat, eandemque adminiſtrationem praetendebat, de quo CAMDENVS (r): *Aduenerat hoc tempore e Gallia Hamiltonius Dux Caſtri Heraldi a Guiſiis ſubmiſſus, vt quaeſtionem contra Morauium de Regno Scotiae adminiſtrando, in pupillari Regis aetate moueret, qui coram Elizabetha, ex patriae inſtitutis ſe vt Regi genere proximum Morauio notho in adminiſtratione praeponendum contendit. Contra Morauius et Regis Legati edocuerunt, regni gubernaculum non genere coniunctisſimis, ſed maxime idoneis ordinum conſenſu electis committendum. Iniusſtiſſimum autem eſſe tenellum Regem ei in manus tradere, qui ex generis propinquitate regno ambitioſe inhians facile regnandi cupidine ius violaret. Id inprimis in Hamiltoniis verendum, qui grauisſimas cum regis maioribus Leno-*

(q) lib. V. p. 139.

(r) Annal. P. I. p. 145.

noxiae comitibus exercuerant inimicitias, Regis proauum paternum nefarie occiderant, Matthaeum auum inopem e Scotia expulerant et hic ipſe Hamiltonius Henricum Regis patrem acerbo odio exagitauerat, matremque vt regno facilius potiretur, Gallo tradiderat. Quibus auditis, Elizabetha Hamiltonio denunciat iniquiſſimum eſſe quod petebat, ſimulque iuſſit, ne ex Anglia diſcederet, priusquam Morauius in Scotiam rediiſſet. Eadem de re ſic dicit THVANVS (s): *Cumque in eo prorex eſſet, vt domum cum ſuis rediret, id quo minus facere poſſet, aduentus Iacobi Hamiltonii Caſtri-Eraldi Ducis quondam proregis in cauſa fuit, is rerum ſuarum pertaeſus relicta patria in Galliam ſeceſſerat, tunc vero a Lotharingis perſuaſus cum de conuentu Londinenſi intellexiſſet, aliqua ſumma exigua donatus in Angliam venit, vt quaeſtionem de regni adminiſtratione Morauio moueret, igitur cauſſa coram Eliſabetha agitata fuit magna contentione; cum Hamiltonius diceret, omnium paene gentium moribus ac legibus, et potisſimum inſtituto patrio locum hunc ſibi vt genere proximo et heredi deberi, idque annalium Scotorum adductis in medium exemplis confirmaret, a qua dignitate cum non legitimis ſuffragiis, ſed a rebellibus per vim ac ſummam iniuriam, et quod indignius ferat, per legitimi ſanguinis contemptum, notho in eius locum aſſumpto, excluſus ſit, petere vt is bonos ſibi reſtituatur; ſic enim breui fore, vt omnes motus domeſtici conquieſcant et Regina ſine vi aut armorum tumultu priſtinae dignitati reſtituatur contra Regis legati diſputabant, et Hamiltonium rem non modo legibus et veterum inſtitutis repugnantem, ſed etiam iniquisſimam poſtulare allatisque in contrarium exemplis, regni gubernaculum, non genere proximis, ſed magis idoneis, et a conuentu publico delectis delatum ſemper fuiſſe oſtendebant, iniuſtam vero eam eſſe periculo propoſito demonſtrabant, nam quid minus iuſtum eſſe, quam aetatem innoxiam atque infirmam eius fidei credere, qui pupilli ſibi commisſi mor-*

(s) lib. XLIII. p. 504. ſeqq. Adde BVCHANANVM lib. XIX.

mortem ſemper aut expectet aut optet? qui auaritiae facibus ad crudelitatem inflammatus de pueri praeceptam regni ſpem remorantis ſucceſſione perpetuo cogitet? quod externis etiam exemplis cum comprobaſſent, ſubiecerunt, id in eo multo magis metuendum, cuius familia huius regis proaui caede non contenta, auo etiam materno, quoad vixit, inſidiata eſt. Paternum vero cum occidere non poſſet, inopem regno extruſit, patrem velut victimam mactandum produxit, matrem regnumque eius, cum ipſi potiri non poſſet, peregrinis vendidit. haec ad Gallici nominis inuidiam addita erant, eoque Eliſabethae auribus plauſibiliora; quae ſtatim his auditis per concilium Hamiltonio denunciat, eum rem iniuſtam petere, neque vllum a ſe ſperandum auxilium: ſe autem a regis legatis rogatam, ne ipſum, in cuius praeſentia, qui ſeditionem in Scotia meditabantur, fiduciam ponebant, prius dimitteret, quam illi veniam abeundi accepiſſent, quod aequum peterent, promiſiſſe proinde prohibere, ne ante id tempus diſcedere feſtinaret. Illud Eliſabethae reſponſum tanquam declarationem egregiae erga ſe voluntatis accipiens Prorex, quo magis eam a Reginae Scotiae partibus alienatam in ſuas partes pertraheret, litteras, quibus illa ſe minus ab Angla digne, ac ſecus, quam promiſiſſet, habitam conquerebatur, et auxiliorum aliunde ſuis ſpem faciebat, interceptas ad ipſam detulit, iis Eliſabetha cum ſe fidei non ſeruatae argui videret, et ineſſe alia, quae ſuſpicionem nouarum rerum darent, eo ſibi diligentius in poſterum cauendum cenſuit, ne dum alienas reſpicit, ipſa rerum ſuarum incolumitatem neglexiſſe videretur. Prorex vero, petita ab ea venia, cum ſuis in Scotiam exeunte anno rediit. Sane, ea ratione, qua Nothi ſaepe ad regnum fuerunt prouecti, etiam illuſtris pupilli tutela ipſis minime erit deneganda.

§. VII.

§. VII.

De eo etiam eſt diſpiciendum, an pupillo illuſtri tutor eſſe poſſit priuatus. Plerique Iureconſulti (t) illud omnino adfirmant, ex ea ratione, quod reſpectu adminiſtrationis tutelae, inter illuſtres et alias perſonas nulla ſit ratio diuerſitatis. Deinde, quod ſeruus etiam Iure Romano per tabulas tutor dari potuiſſet, nec vllibi ſit prohibitum, priuatos illuſtribus dari tutores. Immo magnum in principum tutelis verſari periculum, vt ideo priuati quoque ad easdem ſint admittendi. Verum, aliam eſſe rationem tutelae illuſtrium ac priuatorum, varia nos docent, et illuſtres non vbique ad iurisprudentiam priuatam, maxime vbi diuerſitatis ratio eſt, ſunt adſtricti. Hanc vero quoad adminiſtrationem tutelae omnino obſeruamus. Illuſtres enim vel ſupremi iuris ſunt, vel ſtatus Imperii, vel etiam illuſtres mediati et Landſasſii. Priorum tutelam priuatum minime gerere poſſe, dum auctoritate ſit deſtitutus, nec Iura Gentium exercere poſſit, facile patet. Nec priuatus Principis et ſtatus Imperii tutor eſſe poterit, dum nec iura Gentium nec Iura territorii poſſit exercere. Et licet in camera obtineat, quod Tutores immediatorum non aeque debeant eſſe immediati, hoc tamen ſaltim nobiles immediatos concernit. Immo Marchioni Badenſi ex teſtamento paterno cancellarius datus fuit tutor, licet mediatus, idemque a Camera fuit confirmatus (u); vix tamen eſt credendum, illum fuiſſe tutorem primarium. Et li-

(t) CARPZ. Deciſ. CXX. BRVNNEM. ad l. 10. ff. de *Teſtament. tutela* MYLER ab EHRENBACH de *Princip. et Stat. Imperii* p. I. c. XXIX. n. 11.

(u) Adlegante ADR. GYLMANNO Quaeſt. in iure Controuerſis verbo tutor p. 347. MYLER ab EHRENBACH de *Princip. et Stat. Imp.* p. I. c. XXIX. §. 13.

licet nullibi ſit prohibitum, priuatos etiam vel Regibus et Principibus dari tutores, ipſa tamen et ſtatus illuſtrium illos reiicit. Nec obeſt, quod etiam priuatus per legationem perſonam Regis vel principis ſui repraeſentet, dum alia plane ſit ratio legationis ac tutelae, eo quod legatus a Principali ſuo dependeat et ipſius vtatur auctoritate, tutor vero illuſtris pupilli auctoritatem in ipſum exerceat, hicque ab ipſo dependeat, qualitas etiam feudalis et ſtatus Imperii interim a tutore eſt gerenda, quaſi ipſe eſſet vaſallus aut ſtatus Imperii, quod tamen in priuatum haud poteſt cadere. Prouocatur deinde ad conſtitutionem Valentiniani, Theodoſii et Arcadii (x), vbi decernunt: *Illuſtribus Praefectus vrbi adhibitis decem viris e numero Senatus ampliſſimi et Praetore clariſſimo viro, qui tutelaribus cognitionibus praeſidet, tutores* (curatoresue) *ex quolibet ordine idoneos faciat retentari, et ſane id libero iudicio expertesque damni conſtituent iudicantes. Et ſi in regendis pupillaribus ſubſtantiis ſinguli creandorum pares eſſe non poſſunt, plures ad hoc* (ſecundum veteres leges) *conueniat aduocari: vt quem coetus ille adminiſtrandis negotiis pupillorum digniſſimum iudicabit, ſola ſententia obtineat Praefecturae (ſuper cuius nomine, ſolennitate ſeruata, poſtea per Praetorem interponat decretum.* Licet autem haec conſtitutio id ſecum ferat, vt illuſtribus et in altiori loco conſtitutis pupillis ex alio ordine etiam conſtitui poſſint tutores, iſta tamen illuſtres noſtros, qui vel ſupremi Iuris ſunt vel immediate Imperio ſubſunt, hodie non tangit. Immo ſi etiam tangeret, nec tamen priuatis facultatem concederet, tutelam illuſtrium, quae ad illorum dignitatem pertinent, ge-

(x) Extat in l. 1. c. de *Tutor. vel curator. illuſtrium* et in Codice Theodoſiano de Curatoribus creandis.

(y) SCHILTER. *Exerc. ad Pand.* XXXVII. §. X.

rendi. Diſtinguit enim Imperator inter tutelae delationem, eiusdemque adminiſtrationem, atque decernit, vt illi, qui ius tutorem conſtituendi habent, vnicum ſaltem, quem per iudicium tutelare dignisſimum iudicauerint, conſtituant tutorem, plures vero ad regendos pupillares cenſus, vel ſubſtantiam. Hinc circa tutelas illuſtrium, maxime ſtatuum Imperii vnus vel plures conſtituuntur tutores, alii Principes Imperii, qui illa obſeruant, quae ad dignitatem vel negotia publica illuſtris pupilli faciant, quorum nomine omnia expediuntur, quibus adminiſtri ſtatus et Conſiliarii ad negotia expedienda atque adminiſtrationem adiunguntur, qui ſunt ſubalterni. De illuſtribus vero mediatis atque Landſasſiis, qui ſtatus cuiusdam ſubſunt ſuperioritati, recte ſe habet, quod etiam mediati ipſorum posſint eſſe tutores.

§. VIII.

De eo igitur disquiritur, an Rex minorennis ſine tutoris auctoritate pacta inire, pacem concludere, Inſtrumenta ſubſcribere posſit. Scrupulus oriebatur circa plenipotentiam Gallicam inter Tractatus Pacis Monaſterienſis, ad quam legati Caeſarei haec monebant (z): *Re igitur, cum quibus oportet, diligenter ponderata, priusquam negotium ipſum pacis adgrediamur, tria nobis puncta circa Regis Chriſtianisſimi Legatorum plenipotentiam expendenda eſſe videntur. Et primo quidem animaduertimus, totum inſtrumenti contextum ſub nomine, perſona, et ſubſcriptione Regis, directe factam et deſcriptam eſſe, nulla prorſus pupillaris aetatis, vel adminiſtrationis tutelaris, mentione facta. Cum tamen notorium ſit, Rege in pupillari aetate ſubque tutorum auctoritate conſtituto nullum adminiſtrationis actum, niſi tutorum auctoritate, geſtum va-*

(z) *In protocollo pacis Weſtphalicae* p. 53. et in MEYER Actis Tom. I. lib. II. §. 50. p. 205.

valere poſſe. Ex eo vero legitime conſtare debet, actum tali auctoritate geſtum eſſe, quod quidem ex ipſo Plenipotentiae Inſtrumento probari poſſe, nobis minime videtur. Et ſi enim illa verba adiiciantur: par l'advis de la Reyne regente. *Tamen praeterquam a Rege in pupillari aetate conſtituto proferantur, conſilium illa denotant, non auctoritatem; nec etiam Regina ipſa, nec coeterorum adminiſtratorum, quisquis nomen ſuum ſubſcripſit. Dicent fortaſſe Plenipotentiarii Gallici, hanc eſſe conſuetudinem et ſtylum Curiae Regiae tempore minorennitatis regis, atque ita ſub praedefuncto Rege, cum adhuc in minoribus conſtitutus eſſet, obſeruatum eſſe. Sed iſta conſuetudo in iis tantum rebus locum habere videtur, vbi in ipſa Gallia cum ſtatibus, ordinibus et ſubditis Regni agitur, quibus forma adminiſtrationis ignota eſſe non poteſt, et in quam ipſa voluntate parendi conſenſiſſe, praeſumuntur. In iis vero, quae cum exteris geruntur, non ad vſum cuiusque Regni, ſed ad ius commune et Gentium reſpiciendum eſſe, neminem credimus negare poſſe, ſane non deſunt haud contemnendae auctoritatis ICti, qui expreſſe doceant, Regem, qui eius eſt aetatis, quae maturitatem iudicii non habet, pacem facere non poſſe, hoc enim caſu remanente, quidem in regis patrimonio ipſo imperii iure ſeorſim conſiderato, exercitium tamen adminiſtrationis penes populum aut cui id populus commiſerit, eſſe. Et merito, cum enim pacis executio non tam Regem, quam populum vniuerſum concernat, nec ſine maximo ſingulorum damno ſubditorum frangatur, omnino rationi conueniens eſt, ea cautione in huiusmodi negotiis gerendis progredi, vt ne in Regis arbitrio ſit, poſt finitam tutelam ſolo minorennitatis obtentu, excuſſa pace, ad bellum redire. Exemplum huius rei perilluſtre habemus, quando inter Carolum V. Caeſarem et Franciſcum I. Galliarum Regem, pax inita fuit Madriti An. Dn. MDXXVI. ibi enim, cum Rex quaſi capite minutus, valide transigere non poſſe videretur, ab eius Matre, Domina*

Aloyſia, Duce Sabaudia, quam ille antequam ad Bellum Italicum proficiſceretur, Regentem, et adminiſtrat tricem Regni conſtituerat, oratores cum Mandatis et Plenipotentiis ab ipſa, tanquam Regente expeditis, et quidem a curia Parlamenti, vt loquuntur, verificatis, quod claro nobis argumento fuerit, conſuetudinem illum nec perpetuam nec extra Regni fines extendendam eſſe. Sic etiam ARCANA PACIS WESTPHALICAE: *Huic errori alium ſuperaddi non exigui momenti, quod videlicet Plenipotentiae contextus integer ſub nomine, perſona et ſubſcriptione Regis editus eſſet, nulla prorſus vel pupillaris aetatis vel adminiſtrationis tutoriae facta mentione, quam conſuetudinem et ſtylum, vt vt in Gallia ille obtineat, in tractatu tamen cum exteris inſtituendo, haud eſſe ſufficientem: ſed eo caſu ad alienarum quoque actionum iura et conſuetudines reſpiciendum eſſe.*

§. IX.

Quid nuntius Papalis contra hoc dubium propoſuerit, Meyerus exponit (a), dicens: *Dem erſten Punct könnte dadurch leichtlich abgeholffen werden, wenn künftig die ratification des Friedens, auch von der Königl. Mutter als Vormünderin erfolgte, welchen Vorſchlag auch die Spaniſchen Geſandten ſich hätten gefallen laſſen.* Legati Gallici vero in Relatione ſua ad reginam regentem hoc dubium ſine momento eſſe praetexebant ſcribentes (b): *La quatrieme difficulté qu'ils font, eſt ſur ce que le Roy eſt Mineur, et que V. M. qui eſt ſa Tutrice et Regente du Royaume, n'a point autoriſé par ſa ſignature, l'Acte de nôtre Pouvoir, ce qui le rend nul par les Loix de la Jurisprudence. Nous avons repondu, que ce n'eſt pas par ces Loix, que la Puiſſance Royale en France doit être reglée: que nous avons celles du Royaume ſelon les quelles on ſe gouverne*

(a) Extat in MEYERI *Actis Pacis Weſtphal.* Tom. I. lib. II. §. 21.
(b) c. I. §. LIII.

ne en nos anciennes formes, qui ne peuvent etre changées, que toutes les Lettres Patentes pendant la Minorité du Roy, doivent bien être autoriſées par la préſence de V. M. mais qu'il n'eſt pas neceſſaire, qu'elle ſe donne la peine de les ſigner; qu'il ſuffit, que ce ſoit un des ſecretaires d'Etat, et que le Grand ſceau y ſoit mis par Mr. le Chancellier que ce ſont les ſeules formalites neceſſaires, pour rendre les Actes de cette nature valables, et qu'il ſeroit inutile, d'y en chercher d'autres; qu'on pouvoit voir dans tous les Traités, qui ont etè faits pendant la Minorité, que les Pouvoirs ont toujours été expediés, et les Traités memes ſignés de cette ſorte. Les Commiſſaires Eſpagnols en ſont demeurés d'accord, et ont confeſſé d'avoir vû un Traité de Neutralité, qui fut fait, en MDCXI. avec la Franche-Comte, qui n'étoit ſigné que par le feu Roi, quoi qu'il fût Mineur. Auſſi la difficulté n'eſt pas tant venue d'eux, que des Commiſſaires Imperiaux; mais comme nous avons témoigné, qu'il ſeroit malaiſé, qu'on ne les pût contenter là deſſus, ni aporter aucun changement à ce qui a été accoutumé d'être fait, nous avons remarqué en diſcours de Mr. Contarini qu'ils ne s'y arrêterons pas, et qu'il croyent que l'on trouvera d'autres voyes pour s'aſſurer de l'execution du Traité, quand il ſera fait. FERDINANDVS III. Imp. deſuper legatis ſuis declarabat (c): *Die vierdte Differentz betreffe die Authoriſirung der Vollmacht. Nun wolte man zwar in die Subſcription des jungen Königs, und daſs das rechte Siegel, praeſente et iubente Matre, von dem Secretario angehängt worden, weil ſolches die Spanier atteſtirten, keinen Zweiffel ſetzen: Weil aber Hiſpanici erinnerten, daſs ſolches Inſtrument mit mehrerer Autorität der Königin und der Vormünder, oder principum ſanguinis hätte geſchehen müſſen, zumahl deſſelben neben der andern, deren in der Vollmacht ſelbſt gedacht wird, daſs auf ihren Rath daſſelbe gemacht worden ſey, keine Er-*

(c) c. l. lib. III. §. IV. p. 258

Erwehnung geſchehe; de iure aber ein Pupillus nichts mit Beſtand concludiren oder beſtätigen könne, und bekant ſey, daſs Franciscus I. gar den Madritiſchen Vertrag, ex eo capite impugniret, und nicht gehalten habe, weil das Parlament demſelben nicht ratificiret, ohngeachtet ſelbiger ein Mannbarer und ſtreitbarer König geweſen, ſo würde die Confirmation des Parlaments jetzo um ſo viel mehr nöthig ſeyn. Zwar hätte der Kayſer die Ratification des Lützauiſchen Receſſus, auf eben die Weiſe, wie die Vollmacht laute, vom jetzigen König angenommen; Die Geſandten aber ſolten doch weil ſumma rei darauf beruhete, ratione der Sicherheit, mehrere Erkundigung einziehen, immittelſt aber ſich ia, weder coniunctim noch diviſim, in keine Tractaten mit den Franzoſen einlaſſen. Und dieſes ſolten ſie in Schrifften nervoſe verfaſſen, und den Mediatoribus zuſtellen. Dum igitur Caeſarei huic capiti inſtarent, Regina Regens d. XIV. Maii MDCXLIV. hanc mittebat inſtructionem (d): *Il m'a ſemblé, que je ſuis entré dans vôtre ſentiment en blâmant celui des Imperiaux, et du Roy Catholique dont les Pouvoir étant entierement défectueux, veulent chercher et condamner ceux, que je vous ai faits expedier. S'ils avoient conſideré que je m'oblige à ratifier ce que vous aurez promis et arrêté, ils auroient changé d'opinion; cette clauſe eſt la plus preciſe, pour donner Pouvoir de conclure et d'arrêter les conditions d'un Traité; que la Patente dût être ſignée de moi c'eſt une choſe toute nouvelle, du moins depuis l'ordonnance de Philippe le Long, qui porte, que pendant le tems des Minorités, le Royaume ne laiſſera pas d'être adminiſtré ſous le nom du Roy Mineur; la ſignature comme l'intitulation aux Actes de Iuſtice et publics, à été ſuperflue, mais pour la validité d'iceux émanans de la autorité du Regent, il y eſt écrit, qu'ils ont été commandes et reſolus par le Roi, le Regent preſent, et il ſuffit, que le ſecretaire l'eût ſigné, et qu'il ſoit ſcellé, et bien que je puiſſe*

(d) lib. III. §. IV. p. 258.

puiſſe defendre ledit pouvoir comme auſſi que le narré et la raiſon, et que l'exemple ſoient de mon côté, ſans devoir crainדre, que les Eſpagnols en publiaſſent, qui puiſſent laiſſer le Public en ſuſpens, de qui les armes ſont les plus juſtes; Je prend volontiers le parti de remettre à vos deux Aſſemblées, avec les Plenipotentiaires de l'Empereur, et du Roi Catholique, d'en concerter reſoudre un; et tel, que vous me l'envoyerez je le ferai expedier, ſachant tres-bien, que vous meſurerez les termes en ſorte, qu'ils ne donneront aucun avantage aux autres. Ad haec Gallici legati regerebant (e): *So viel aber vierdtens die Solenniſirung der Plenipotenz beträffe, da wären noch einige momenta zu erwegen. Dann die Könige in Franckreich pflegten nach der älteſten Gewohnheit, kein Inſtrumentum, mit eigener Hand zu unterſchreiben, ſondern dieſes verrichte ein gewiſſer Secretaire d'Etat, welcher auf ausdrücklichen Befehl des Königs, deſſen Nahmen unterſchriebe: Hiernechſt ſeye es dem beſtändigen Stylo gemäs, daſs dergl. Inſtrumenta, mit Conſens der Printzen von Geblüth, ausgefertiget würden, dahero deſſen in der Vollmacht gedacht worden wäre, daſs aber eine Königin das Inſtrumentum unterſchreiben ſolle, wäre nicht nur etwas gantz ungewöhnliches, ſondern auch dem Stylo publico der Crone Franckreich gäntzlich zuwider, vornehmlich darum, weil das weibliche Geſchlecht von der Succeſſion ſolcher Crone völlig ausgeſchloſſen ſey. Die Approbation des Parlaments, wäre ebenfalls unvonnöthen, in deme Franckreich eine abſolute Monarchie ſey, und dependire zwar die Authorität des Parlaments vom König, nicht aber des Königs ſeine von dem Parlament. Zwar wäre nicht ohne, daſs kein Edict in Franckreich vor gültig erkant würde, wenn es nicht bey dem Parlament enregiſtriret wäre: Allein, dieſes geſchehe nicht darum, als wann das Parlament ſolches erſt bekräfftigen müſte, ſondern es geſchehe nur futurae memo-*

(e) lib. III. §. XVI. p. 268.

moriae ergo, und quaſi pro iure Archivi. Doch wolten ſie, die Franzoſen, vernehmen, auf was Arth und Weiſe die Kayſerl. Geſandten etwa dieſen difficultäten abzuhelffen vermeynten. Tandem vero Imp. concedebat (f): *So viel aber den 4ten punct, wegen der Solenniſirung der Vollmacht anlanget, ſo hätte man zwar Urſache auf der ſubſcription, und allem, was vorhin deſideriret worden ſey, billig zu beſtehen: Ihro Kayſerl. Majeſt. aber, wolten aus Liebe zum Frieden, und um das Negotium deſtomehr zu befördern, ſolches alles nachgeben, und ſich nur dieſes reſerviren, daſs wann der Friede würcklich geſchloſſen ſeyn würde, die Ratification künftig dergeſtalt gefaſſet werden ſolte, damit man der Feſthaltung wegen gnugſam und völlig geſichert ſeyn möge.*

§. X.

In tractatibus Pacis Ryſvicenſis, Sveciae Rex mediatoris ſuſtinebat partes, aſt licet Rex minorennis adhuc ſub tutela exiſteret, nihilominus tamen mandatum legato datum nomine Regis eſt conceptum, et ab auia regente vnacum reliquis tutoribus ſubſcriptum (g). Inter eosdem tractatus Eleonora duciſſa Lotharingiae tutorio nomine filii Leopoldi mandatum dedit ſuo ad pacis congreſſum legato illudue ſolum ſubſcripſit (h), dum nomine ducis eſſet conceptum.

§. XI.

Haec autem Illuſtrium Tutorum auctoritas in tantum praeualet, vt ea, quae impuberes ſine ipſorum fecerint auctoritate, pro nullis declarentur, prout Ludouicus Bauarus Imp. in Curia Norinbergenſi MCCCXXXIII. Lu-

(f) §. XXIII. p. 277.

(g) *Actes et memoires de la Paix de Ryſwick* P. II. p. 1.

(h) *Actes de la Paix de Ryſwick* p. 274.

Ludouici Marchionis Brandenburgenſis filii ſui primogeniti factum pro nullo declarauerit, prout ipſius ſententia docet (i).

§. XII.

Durante minorennitate tutor eſt inſtar imperantis, hinc cum exteris agit valideque paciſcitur, et huiusmodi pacta legitime inita Rex ſub minorennitatis obtentu reuocare nequit, dum alias nemo facile cum Rege minorenni ſecure poſſet paciſci. Eaedem etenim hic obtinent rationes, quae circa contractus legatorum. Hinc quaeſtio oritur, an Reges Impuberes in minore aetate laeſi, ex aequitate posſint reſtitui. SCHEINEMANNVS equidem CONRINGIVM ſecutus, hoc autumat. Neque tamen hoc in totum procedet. Quodſi enim libera facultas tutoribus fuerit relicta, eadem poteſtate gaudent ac Reges, ſolo nomine a Regibus differunt, ſi modo bona fide egerint, atque tunc reſtitutio locum non habebit. Quod ſi vero tutor a ſenatus auctoritate dependeat, vel ſaltim ad ſenatus conſenſum ſit obligatus, atque ſolus contrahat, vel alias ex mala fide agat, contractus omnino erit illegitimus atque nullus, vt locus ſit reſtitutioni, niſi Rex maiorennis factus, tutoris acta ratihabuerit ac confirmauerit.

§. XIII.

Interim melioris ſecuritatis cauſa inter paciſcentes interdum conuenit, vt quae durante pupilli minorennitate ſunt acta, confirmari debeant, poſtquam Rex ad maiorennitatis peruenerit annos. Hinc de foedere Gallos inter atque Anglos concluſo ad A. MDCXX. dicit GRAMONDVS (k):

(i) Apud Dn. de LVDEWIG *Reliqu.* Tom. II. n. LXVIII. p. 289.
(k) lib. V. p. 275.

per ea tempora nouo ſacramento renouatur foedus Gallos inter et Anglos. Fine anni MDLX. Legatus Galliae fidem iure iurando adegerat Britanno Regi, futurum, vt a Ludouico pubere firmarentur foedera pacta ab impubere. Dilatum in eam diem negotium, magnis celebritate et pompa transigitur, pari vtrinque affectu, nec manſit fides, quod haud rarum eſt, inter vicinos Principes. De Scotorum etiam Regibus dicit BVCHANANVS (l): *ſed regi, dum in ius ſiſti diligentius* (ne dicam acerbius) *inquirit; viſum eſt poteſtatem ignominiae demendae exules reuocandi, et bona ob crimen perduellionis in fiſcum illata, reſtituendi, maiorem eſſe, quam vt eam alieni vicarius imperii et qui tutoris loco eligatur, vſurpare debeat: quando etiam largitiones in regum aetate immatura factae, poſſint ex veteri Scotorum inſtituto reuocari, niſi a Regibus aetate maturis confirmentur.* Hinc Legatus Svecicus A. MDCXXXVI. Electori Brandenburgico reſpondit: *Re ad caſum minorennitatis deuoluta tutores ac adminiſtratores nomine pupilli vel minoris diſceptare negotia, concludere, ac ſubſcribere, quae poſtea in conuentibus regni publicis ratihabeantur et confirmentur* (m). In inſtrumento etiam PACIS OLIVENSIS cautum fuit: *vt Rex Sveciae ſolenni inſtrumento pacta illa nomine ſuo et regni Sveciae per ſubſcriptionem reginae, matris ſuae et Dominorum Regni Sveciae Adminiſtratorum in forma conuenta rata habeat* (n).

§. XIV.

Caeterum id quaeri poteſt, num tutela Regni, ita hominum facto conſtituta, legibus ciuilibus obnoxia ſit, cum pupillus, cuius tutela geritur, iis ſolutus ſit: Equidem multum intereſt inter ius illud, quod conſtituitur in-

(l) lib. X. p. 364.

(m) Vide HERTIVM *de Tutela Regia* S. II. §. XII.

(n) Art. XXXIV.

inter tutorem, et pupillum et illud, quod inter pupillum et ſubiectos ipſius, vel alios. Prius, quod inter tutorem pupillumque eius intercedit, iure ciuili definiendum, et ex eo tutela gerenda eſt, cum tutores iſti ſummam poteſtatem non habeant, ſed adminiſtrent, eique ſubiecti ſint, omnes autem ſubiectorum actus obnoxii indubie ſunt legibus ciuilibus: niſi moribus, aut legibus regni remisſum quid fuerit, vti cautio eſt, etc. Inuentaria vero confici ideo plerumque neceſſe non eſt, quia in regni camera, archiuisque, ea publica autoritate confecta, deſignataque habentur. At, alterum ius illud, quod vertitur inter pupillum, et ciues, alioſue, et a tutore nomine pupilli exercetur, ex ſolo iure naturae cenſetur: vti ſi teſtamento minus ſolenni aliquid pupillo relictum ſit, vel foederum, aut belli denuntiandi negotium, ſimilisque cauſa agitetur: et in omni denique iure pupilli, quippe, qui reuera ius maieſtatis, ſummaeque poteſtatis habet, etſi ab alio adminiſtratum. Pupillus itaque, et ipſius nomine tutor iure Gentium vtuntur et obligantur, at aduerſus pupillum ipſum tutor iure ciuili (o).

(o) Sunt verba COCCEII *ex diſſ. de tutelis illuſtrium* Cap. Sect. II. §. VIII.

SECTIO II.

TVTELA ILLVSTRIVM EXTERORVM ILLVSTRATA EXEMPLIS.

SVMMARIA.

§. I.

In Macedonia, mortuo Alexandro M. in euentum, quo poſthumus naſceretur, a proceribus tutores nominantur.

§. II.

In eodem R. Demetrii filio Antigonus datur a proceribus tutor.

§. III.

Variae tutelae legitimae exempla apud Lacedaemones et Macedones.

§. IV.

Aegypto Antiochi Epiphanis filio adſignati a populo tutores.

§. V.

Ptolomaeus Aeg. R. populum Rom. filio dedit tutorem.

§. VI.

Hiero Siciliae R. XV. tutores filio ordinauit.

§. VII.

Trypho tutor a populo conſtitutus Antiocho Syriae R.

§. VIII.

Atrybae Epiri R. a populo aſſignantur tutores.

§. IX.

Odenati principis orient. vidua Zenobia filiorum tutrix.

§. X.

Theodoſius M. filiis Arcadio et Honorio tutores adſignauit, quod etiam Arcadius fecit.

§. XI.

Theophilus orientis imp. dedit tutores filiis.

§. XII.

Theodorus Laſcares Graecorum imp. Iohanni filio tutorem dedit Mutzalonem cum Arſenio Patriarcha.

§. XIII.

Andronicus iunior poſthumo tutorem et adminiſtratorem imperii teſtamento dedit.

§. XIV.

Alia exempla tutelae maxime maternae ex hiſtoria graecorum impp.

§ XV.

In Luſitaniae Regno Alphonſi V. R. mater Eleonora tutelam ex teſtamento ſibi delatam ſuſcepit quidem, aſt diu non geſſit.

§. XVI.

Catherina mater Sebaſtiani R. Luſitaniae tutrix.

§. XVII.

Iohannis IV. Regis Luſit. vidua Ludouica Franciſca Guſmannia.

§. XVIII.

Apud Gothos Amalaſwintha Athalarici filii Regis tutrix.

§. XIX.

In Hiſpania Romanus III. Legionis R. ſub tutela fuit materna.

§. XX.

Iohannes Caſtellae R. filio Henrico teſtamento ordinat tutores, quibus tamen praeteritis alii a proceribus conſtituuntur.

§. XXI.

Ferdinandi IV. R. Caſtellae tutrix Maria mater.

§. XXII.

Iohannis II. Caſtellae et Leg. Regis tutelam habuit Catharina mater.

§. XXIII.

§. XXIII.

Philippus II. filio Philippo III. conſtituit tutorem Albertum Cardinalem.

§. XXIV.

Caroli II. tutelam adminiſtrauit Maria Anna Auſtriaca.

§. XXV.

In Nauarrae R. Theobaldi R. filiorum tutrix Margaretha regina.

§. XXVI.

Renati Choppini de Galliae R. tutela ſententia.

§. XXVII.

Aliud ſcriptoris Gallici de eadem iudicium.

§. XXVIII.

In Galliae Regno Brunechildis et Fredegunda filiorum et regni tutelam habuere.

§. XXIX.

Chlotarii II. tutor fuit Guntramnus Rex Burgundiae.

§. XXX.

Ludouicus Balbus filio Carolo ſimplici Eudonem dedit tutorem.

§. XXXI.

Tutelae teſtam. vſus in Gallia exemplo Philippi I. docetur.

§. XXXII.

Philippi Aug. G. R. tutelam definierunt proceres.

§. XXXIII.

Blanca Ludouici VIII. vidua, Ludouici IX. tutelam geſſit.

§. XXXIV.

Ludouicus Hudinus et Carolus Pulcher poſthumis ſuis tutores nominant, quod etiam

§. XXXV.

A Carolo V. et VI. eſt factum.

§. XXXVI.

Quae poſt Henrici II. G. R. mortem de tutela ſint agitata.

§. XXXVII.

De tutela Franciſci II. an matri ſit deferenda, diſceptatum eſt diuerſimode.

§. XXXVIII.

Ludouici XIII. tutrix fuit mater Maria Medicea,

§. XXXIX.

Ludouici XIV. tutela.

§. XL.

Ludouici XV. tutor fuit Dux Aurelianenſis.

§. XLI.

Maria Cliuia Ludouici Aurelian. Ducis tutrix.

§. XLII.

Eduardus III. Angl. R. ſub tutela vixit materna.

§. XLIII.

Henricus VIII. A. R. filio Eduardo XVI. conſtituit tutores.

§. XLIV.

Lex Scotiae publica de tutela regni.

§. XLV.

Motus in Scotia orti occaſione tutelae maternae mortuo Iacobo II.

§. XLVI.

Iacobi IV. Scotiae R. tutrix mater Margaretha.

§. XLVII.

§. XLVII.

De tutela Daniae R. regni proceres proſpiciunt.

§. XLVIII.

Margaretha Daniae Regina Olai VI. Norvegiae R. tutelam geſſit.

§. XLIX.

In Sveciae R. Erici VII. tutelam ſimul cum Valdemaro habuit mater Margaretha.

§. L.

Chriſtinae Sv. R. a proceribus V. conſtituti tutores.

§. LI.

Carolus Guſtauus filio Carolo XI. matrem Hedwig Eleonoram nominanit tutricem.

§. LII.

Eadem nepotis Caroli XII. tutelam geſſit.

§. LIII.

In Poloniae Regno reges ſororum ſuarum erant tutores legitimi.

§. LIV.

Popieli iun. Poloniae R. tutores fuerunt eius patrui.

§. LV.

Caſimiri Polon. R. tutrix Rixa mater.

§. LVI.

Iolanda Ludouici II. R. Neap. vidua liberorum tutrix.

§. LVII.

Quae de tutela materna Guilielmi III. Arauſionenſis ſint acta.

§. LVIII.

Apud Longobardos poſt mortem Agilulfi pro filio Adeloaldo imperium geſſit Theodelinda.

§. LIX.

Ioannis Galeacii tutrix fuit mater Bona.

§. LX.

In Sabaudica domo poſt Amadei IX. mortem Philiberti tutelam habuit mater.

§. LXI.

Poſt Victoris Amadei mortem tutela materna locum habuit.

§. LXII.

Poſt Franciſci Mantuae Ducis mortem filiae tutrix fuit mater.

§. LXIII.

Robertus Flandriae comes a Balduino fratre teſtamento nominatur filiorum tutor.

§. LXIV.

Carolo Hiſp. Infanti dati tutores Auia et Magnus Florentiae Dux.

§. I.

Progredimur ad exempla. Dum poſt Alexandri M. mortem ſuper ſucceſſione eſſet controuerſia, vicit auctore IVSTINO Perdiccae ſententia, conſenſu vniuerſorum. Placuit itaque Roxanis exſpectari partum, et ſi puer na-

natus fuiſſet, tutores Leonatum, Perdiccam, Crooteron et Antipatrum conſtituunt confeſtimque in tutores iurant.

§. II.

Idem poſtmodum in Macedonia obtinuit, de quo IVSTINVS (a): *His in Epiro geſtis, interim in Macedonia Demetrius rex, relicto filio Philippo, paruulo admodum, decedit. Cui Antigonus tutor datus, accepta in matrimonium matre pupilli regem ſe conſtitui laborabat.*

§. III.

In Regno Macedoniae, Philippus, Aminta patre defuncto, fratris ſenioris, Perdiccae, filii tutelam, tanquam proximior adgnatus, gerebat (b). In Lacedaemoniorum Regno Lycurgus, cum fratri ſuo Polybitae Spartanorum regi ſuccesſiſſet, regnumque ſibi vindicare potuiſſet, Charillo, filio eius, qui natus poſtumus fuerat, cum ad adultam perueniſſet aetatem, ſumma illud fide reſtituit, vt intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis iura, quam omnes opes valerent. Medio igitur tempore dum infans conualeſcit, tutelamque eius adminiſtrat, non habentibus Spartanis leges inſtituit, non inuentione earum magis, quam exemplo clarior: ſi quidem nihil lege vlla in alios ſanxit, cuius non ipſe primus in ſe documenta daret (c).

§. IV.

Antiochus Epiphanes a Romanis Aegyptum relinquere coactus (d) decesſit, relicto paruulo admodum filio, cui

(a) lib. XXXVIII. c. III.
(b) IVSTINVS lib. VII. c. V.
(c) Verba ſunt IVSTINI lib. III. cap. II.
(d) Teſte IVSTINO lib. XXXIV. c. III.

cui cum tutores dati a *populo* eſſent, patruus eius Demetrius, qui obſes Romae erat, cognita morte Antiochi fratris, ſenatum adiit, obſidemque ſe viuo fratre veniſſe, quo mortuo cuius obſes ſit, ſe ignorare. Dimitti igitur ſe ad regnum petendum, aequum eſſe, quod ſicuti iure gentium maiori fratri ceſſerit, ita vt nunc ſibi, qui pupillum aetate antecedat, deberi. Cum ſe non dimitti animaduerteret a ſenatu, tacito iudicio tutius apud pupillum quam apud eum regnum futurum arbitrante, ſpecie venandi ab vrbe profectus, Hoſtiae tacitus cum fugae comitibus nauem conſcendit. Delatus in Syriam, ſecundo fauore omnium excipitur: regnumque ei, occiſo pupillo, a tutoribus traditur.

§. V.

Cum Ptolomaeus Rex Aegypti tutorem populum Rom. filio reliquiſſet, ſenatus L. Aemilium Lepidum pont. max. bis conſulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam miſit: ampliſsimique et integerrimi viri ſanctitatem reip. vſibus et ſacris operatam externae procurationi vacare voluit, ne fides ciuitatis noſtrae fruſtra petita exiſtimaretur. Cuius beneficio regia incunabula conſeruata pariter ac decorata incertum Ptolemaeum reddiderunt, patrisne fortuna magis an tutoris maieſtate gloriari deberet (e).

§. VI.

Sic Hiero Siciliae Rex, nepoti Hieronymo quindecim conſtituit tutores, de quo LIVIVS (f): *Non facile erat nonageſimum iam agenti annum, circumſeſſo dies noctesque muliebribus blanditiis liberare animum, et conuertere ad publica pri-*

(e) Verba ſunt VALERII MAXIMI lib. VI. c. VI.

(f) lib. XXIV. c. IV.

priuatam curam. Itaque tutores numero quindecim puero reliquit, quos precatus eſt moriens, vt fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab ſe cultam, inuiolatam ſeruarent, iuuenemque ſuis potisſimum veſtigiis inſiſtere vellent diſciplinaeque, in qua edoctus eſſet. Poſt haec mandata, quum exſpiraſſet, tutores prodeunt, teſtamento prolato, pueroque in concionem producto, (erat autem quindecim tunc ferme annorum) *paucis, qui per concionem ad excitandos clamores diſpoſiti erant, approbantibus teſtamentum, coeteris velut patre amiſſo in orba ciuitate omnia timentibus. funus fit regium, magis amore ciuium et caritate, quam cura ſuorum celebre. Deinde coeteros tutores ſummouet Adronodorus: iuuenem iam eſſe dictitans Hieronymum, ac regni potentem; deponendoque tutelam, quae ipſi cum pluribus communis erat, in ſe vnum omnium vires conuertit.* De eodem PETRVS AERODIVS (g): *Moriens Hiero, Rex Syracuſanorum, nepote ſuo Hieronymo, nato XV. ferme annorum Andronodorum, Zoilum aliosque tutores, numero quindecim, reliquit teſtamento. Cum expiraſſet, prolatis tabulis, pueroque in concionem producto, pauci, qui per concionem diſpoſiti erant ad clamores excitandos, apportarunt teſtamentum.*

§. VII.

Antiochi, Syriae Regis iuuenis, tutor a populo conſtitutus erat Trypho, de quo IVSTINVS (h): *Dum haec aguntur, interim in Syria Trypho, qui ſe tutorem Antiocho, Demetrii priuigno, ſubſtitui a populo laborauerat, occiſo pupillo, Regnum Syriae inuadit.*

§. VIII.

De Epiri Regno dicit IVSTINVS (i): *per ordinem deinde, regnum ad Arribam deſcendit, cui, quoniam pupillus et vni-*

(g) *Rerum iudicat.* lib. IV. Tit. XIX. cap. I.
(h) lib. XXXVI. c. III.
(i) lib. XVII. c. III.

vnicus ex gente nobili ſupereſſet, intentione omnium cura ſeruandi eius educandique publice tutores conſtituuntur.

§. IX.

Qua ratione, poſt Odenati, Principis orientis mortem, vidua ipſius Zenobia regimen orientis, atque filiorum tutelam ſuſceperit, docent nos ſcriptores, vtpote TREBELLIVS POLLIO (k): *Tum Zenobia vxor eius, quod paruuli eſſent filii eius, qui ſupererant; Herennius et Timolaeus, ipſa ſuscepit imperium diuque rexit non muliebriter, neque more foemineo: ſed non ſolum Gallieno virago melius imperare potuiſſet, verum etiam multis, imperatoribus fortius atque ſolertius.* De eadem iterum dicit (l): *poſt Odenatum maritum imperiali ſagulo perfuſo per humeros habitu, donis ornata, diademate etiam accepto, nomine filiorum Herenniani et Timolai diutius quam foemininus ſexus patiebatur, imperauit.* FLAVIVS VOPISCVS (m), de Aureliano dicit: *contra Palmyrenos id eſt contra Zenobiam, quae filiorum nomine Orientale tenebat imperium, iter flexit.* IDEM vero alio loco (n) dicit: *Hoc quoque ad rem pertinere arbitror, Balbati filii nomine Zenobiam, non Timolai et Herenniani, imperium tenuiſſe, quod tenuit.*

§. X.

Theodoſius M. A. CCCLXXXXV. moriens duos reliquit filios Arcadium atque Honorium. Arcadio viginti iam dum annos nato, noua Roma attributa eſt cum finitimis regionibus, et orientali parte: Honorio Roma vetere ceteriſque occidentalibus prouinciis aſſignatis. Illo licet maiorenne, Rufinus tamen orientis Imperium mo-

(k) *Gallienis duobus* c. XIII.
(l) *Tyrannis* c. XXX.
(m) in vita Aureliani c. XXII.
(n) *Aureliano* c. XXXVIII.

moderabatur. Honorius vero Romae veteris Imperator admodum adoleſcens, decem duntaxat natus annos, relictus a patre, de illius ſententia tutorem habuit Stiliconem, virum Romae principem, a quo respublica adminiſtrabatur (o). Arcadius iſte eodem iure vtebatur. Cum enim Byzantia eſſet, iamiam moriturus et de ſucceſſore ſollicitus, Theodoſio ſcilicet filio, paruo admodum in cunis adhuc exiſtente, cogitans, quemnam curatorem ſociumque adminiſtrationis ſimul et inſtitutionis optimum adhiberet, qui et inimicos virtute expelleret, et rem poſtremo incolumem traderet. Multi ei tum offerebantur, ſed ſecundum PROCOPIVM (p) Tyranni potius, quam adminiſtratores futuri: quoniam Byzantii iam nullus conſanguineus erat: Honorius autem Imperator, patruus (infantis ſcilicet) ſatis idoneus non videbatur, quod res Italicae turbatae iam erant, et bellum in oriente *Perſarum* nihilominus formidabat, aetatem pueri admodum ſpernentium. In hac animi anguſtia Arcadius Imperator conſtitutus, quanquam alias minime natura ingenioſus erat, ſalutare conſilium iniit, quo filium pariter et Imperium ſeruauit: ſiue de Procerum ſuorum (qui ei adſiſtebant) ſententia, ſeu diuino impulſus ſpiritu teſtamentum condidit, in quo haeredem quidem filium inſtituit, tutorem vero illius Isdigertem Perſarum Regem: cui cum plurima mandauit, tum vt Theodoſio imperium ſua et prouidentia pariter et potentia incolume ſeruaret: Hoc itaque modo rebus conſtitutis e vita deceſſit Arcadius: Isdigertus vero, vbi teſtamentum Arcadii oblatum legit, cum prius indole ac magnitudine animi clarus haberetur, tunc maxime admiratione dignus apparuit. Arcadii nam-

(o) Verba ſunt ZONARAE Tom. III. p. 122.

(p) De *Bello Perſico* lib. I. ineunte.

que mandata fidemque in eum minime ſperneris, pacem cum Romanis toto tempore, tum Imperium Theodoſio ſeruauit: Ac literas ſtatim ad ſenatum ſcribens, officium, continuo aſſumto negotio, ſeſe praeſtiturum, et hoſtes, ſi opus, prohibiturum promiſit. Idem AGATHIAS (q) retulit, quanquam miretur, Arcadium Imperatorem Romanum et quidem Chriſtianum, commendaſſe tutelam Imperii filiique homini alieno et nationis Imperatoribus Romanis infenſiſſimae, alienaeque opinionis et mentis viro, nec ſatis iam cognito, vtrum aequitatem fidemque ſeruaret ac propterea refert, Isdigertum benignitatis potius collaudandum, quam Arcadium facti.

§. XI.

De Theophilo orientis Imp. ſic loquitur ZONARAS (r): *Theophilo, ad hunc modum defuncto, imperium ad Michaelem eius filium eſt translatum, puerum adhuc, cui pater tutores reliquit, Manuelem magiſtrum et Theodiſtum patritium. Rerum autem adminiſtratio penes Theodoram Imperatricem fuit.*

§. XII.

Theodorus Laſcares, Graecorum Imp. Ioanni filio tutorem conſtituit Mulzalonem cum Arſenio Patriarcha, de quo NICEPHORVS GREGORAS (s): *Nam vir quidam cognomento Muzalo, nomine Georgius, non claro genere ortus, ſed ob familiaritatis notitiam tantum, et vrbanitatem morum, a puero in aulam Imperatoriam aſcitus, vt ſcilicet Imperatori Theodoro cum multis aliis aequalibus colluſor eſſet: etiam cum is adoleuiſſet, ita ſe ad mores eius accommodauit, vt vnus illi eſſet omnia:*

(q) lib. IV. Adde DIONYSIVM GOTHOFREDVM *de Tutela Teſtamentaria.*

(r) Tom. III. p. 148.

(s) lib. III. c. II.

omnia: ac quicquid Imperatori gratum eſſet, continenter et diceret et faceret: Quantum autem aetate procedebat, tantum hic affectus et amor eorum augebatur: adeo vt apud eum iam Imperatorem, principem et gratiae, et autoritatis locum obtineret, ſolertisſimus coniector quid illi placeret, dexter negociorum adminiſtrator, fidus arcanorum particeps. Quas ob res celeriter Protoueſtiarii dignitate ornatus, vxorem ex Imperatoria familia duxit. Hunc vna cum Arſenio patriarcha Imperator moriens curatorem Imperii reliquit, donec filius Ioannes, ſextum tum agens annum, ad maturam aetatem perueniſſet, ſub nutricibus adhuc agens et parentum vel maxime egens, cum vtroque orbatus eſſet.

§. XIII.

De Andronico Iuniore idem dicit GREGORAS (t): *Ore porro mandauit, vt omnes Romani iurarent, ſe coniugem ipſius vt Dominam veneraturos eſſe, et* (ipſa enim aderat grauida eaque verba audiebat) *puerum, ſi filius naſceretur, vt Imperatorem, cuius tutor eſſet Cantuzenus Magnus Domeſticus: quae ſola in literas relata, vim teſtamenti habuerunt.*

§. XIV.

Porro inter imperatores Graecos poſt Conſtantini Copronymi mortem A. DCCLXXIX. vidua eius Irene tanquam filii ſui Conſtantini, qui decimum aetatis annum agebat, tutrix regimen ſuſcipiebat atque omnia turbabat. Conſtantinus Ducas imp. vxori Eudociae commiſit et imperium et minorennium tutelam filiorum, de quo ZONARAS (u): *Eudocia igitur cum liberis ſuis ex teſtamento defuncti imperatoris in imperio ſucceſſit et rerum communium tractationem ſuſcepit, filiorum quaſi magiſtra atque vna cum iis pro tri-*

(t) ibid. p. 172.
(u) ZONARAS *Ann.* T. III. p. 140.

tribunali ſedit, medium ipſa occupans, illis vtrinque aſſidentibus. Sic in comitiis, ſic in ciuilium controuerſiarum quaeſtionibus, ſic in audiendis legationibus, ſic in ſolemnibus progreſſionibus ſe gerebant.

§. XV.

In Luſitaniae Regno Alfonſi V. ſextum annum agentis tutelam poſt Eduardi mariti mortem, ex eius teſtamento, ſuſcipiebat mater Eleonora, ſed a Regni ordinibus inde fuit deturbata, de quo IO. MARIANA (x): *Rex ipſe Eduardus ad Tomarem coenobium, quo ſe ad vitandum periculum contulerat, febri correptus deceſſit die veneris ad XIII. Kalendas Octobris ipſo interlunio Regni Luſitani Procuratio Eleonorae viduae, viri teſtamento, demandata eſt. Tulere id aegre Luſitani, foeminae imperium, externae praeſertim, auerſantes. Itaque in Comitia euntes, eo teſtamento abdicato, Petrum Conimbriae Ducem pueri Regis patruum regni procuratorem nominarunt. Graue id decretum Reginae fuit. Deditque litteras de iniuria tum ad fratres, tum ad Caſtellae Regem, nihil tamen ea diligentia perfecit.*

§. XVI.

Sebaſtiani Luſitaniae Regis tutelam geſſit Catharina auia, vnacum patruo magno Henrico, de quo DVARDVS NONIVS (y): *Sebaſtianus Iohannis III. ex filio Ioanne nepos, auo ſucceſſit trium annorum aetate, ſub tutela auiae Catharinae. Haec ſeu tum laborioſi oneris impatiens, ſeu* (vt vulgo ferebatur) *a nonnullis perſuaſa, quorum intererat, tutelam ad Henricum patruum magnum Regis pueri transferri, comitiis Oliſiponae habitis anno MDLXI. ab eo munere inopinato ſe excuſauit apud Regni proceres et ciuitatum legatos. Quum vero ii*

(x) lib. XX. c. XIII.

(y) *De Vera Reg. Portug. Geneal.* 1272.

ii a propoſito Reginam nec precibus, nec lachrymis flectere poſſent, aegre Henrico tutelam detulerunt, quam ille vsque ad Sebaſtiani pubertatem geſſit. Malebant enim Luſitani a foemina, eaque externa, prudentiſſime tamen, quam a viro Luſitano, defuncti fratre et Emanuelis Regis, populo gratioſiſſimo filio gubernari, diuerſo exemplo, ab eo quod in Leonora Eduardi Regis vxore, et Petro exhibitum eſt.

§. XVII.

In eodem Regno Luſitanico Ioannis IV. Regis vidua Ludouica Franciſca Gusmannia Regimen atque tutelam filii ſui Alfonſi, vsque ad ipſius decimum quartum aetatis annum, geſſit, de quo AVCTOR ANONYMVS (z): *Louiſe Francoiſe de Guſmann, qui par ſon courage avoit animé le Duç Jean de Bragence, ſon Epoux à prendre la Couronne et qui, comme on dit, la lui avoit auſſi conſervée par ſes conſeils, avoit eté laiſſée par le Roi à ſa mort arrivée le 6. de Nouembre, 656. Regente du Roiaume, et Tutrice des Princes leurs Enfans. mais il n'y avoit pas apparence, que ſa Regence put durer long temps, ſi le jeune Roi ſon Fils etoit reconnu avoir l'age neceſſaire pour le temps vſité de la majorité, la coutume etant, à l'egard des Rois de Portugal, auſſi bien que d'autres Nations de les declarer Majeurs à l'âge de quatorze ans; et Dom Alfonſe etant presque à la fin de ſa treizieme année, lorsque ſon Pere mourût: car il etoit né le 21. d'Août 1643. de ſorte que ſi la pratique precedente eut dû etre obſervée dans le preſent cas, la Reine mere auroit été obligée de ſe defaire du Gouvernement, et de voir un Royaume, qu'elle avoit tant contribué à procurer et â conſerver à ſa famille, être entre les mains et à la diſcretion d'un enfant, ou confie par lui, à je ne ſcai qui: car aiant une fois été declaré Majeur, il auroit eu la liberté de choiſir ſes Miniſtres. Certai-*

(z) *Relation de la Cour de Portugal. cap. III. p. 69.*

tainement, les Gouvernements les mieux établis ne ſcauroient qu'etre expoſez, en ces ſortes de ças a pluſieurs grands mouvemens; mais celui de Portugal, qui étoit alors encore tout nouveau et mal etabli, et aux priſes dans une guerre avec la Monarchie d'Eſpagne, auroit été en danger d'une entiere ruine. Cés conſiderations, comme nous pouvons penſer, obligerent la Reine a prendre la reſolution, de prolonger ſa regence pour quelques aunées au de la du temps ordinaire. Ainſi, elle confera toutes les charges importantes à ſes créatures, ou à ceux, à qui elle pouvoit ſe fier, et emploia les voies qui pouvoient engager ceux qui étoient en place, à craindre plus un changement, qu'elle ne craignoit elle même. Et certes, cette Princeſſe ménagea de telle maniere les choſes, qu'elle demeura en poſſesſion du Gouvernement, jusqu'à ce que le Roi deût dans un mois avoir dix neuf ans: et ſi le Comte de Caſtelmelhor n'eût pas tout-à-coup, par une ſurpriſe, à laquelle on ne s'etoit point attendu, rompu toutes ſes meſures, elle l'auroit ſelon toute apparence garde entre les mains auſſi long-temps, qu'il lui auroit plu. Ses ennemis avoient accoûtumé de dire, que ſa bonne volonté ne lui auroit pas permis de s'en defaire de ſa vie. Immo haec materna, tutela per legem publicam de a. MDCLXXV. fuit definita, *comme à la perſonne, qui naturellement doit les aimer d'avantage, et avoir plus de ſoin de leur accroiſſement, et de leur conſervation* (a).

§. XVIII.

Apud Gothos Amalaſuintha, Theodorici Gothorum Regis filia, Athalarici filii ſui, adhuc pueri tutelam regnique geſſit, ingenio ac iuſtitia excellens, animo plane virili (b).

§. XIX.

In Hiſpaniae Regno et quidem Legionenſi Ramiri III. quinque annos habentis tutelam geſſit mater (c), de quo IO. MARIANA (d): *Therasiam Sanctio Regi nupſiſſe exploratum eſt:* *Ra-*

(a) Teſte Auctore *du Journal des Seavans* d. a. p. 168.
(b) *Hiſt. Gothor.* lib. I. p. 143.
(c) RODER. SANCTIVS P. III. c. XX.
(d) *Rer. Hiſpan.* L. IV. c. VIII.

Ramirumque quinque annos natum ex ea a patris morte relictam regnum obtinuiſſe annis quindecim, propter teneram eius aetatem, rerum procuratio penes matrem reginam et Eluiram (Goloiram alii ſcribunt) auitam erat, plectisſimas foeminas prudentia ſingulari; tametſi ſexus et aetatis deſpectu magni motus excitati ſunt.

§. XX.

Condiderat teſtamentum Ioannes Caſtellae Rex MCCCLXXXV. in eodemque Henrico filio conſtituerat tutores, de quo IO. MARIANA (e): *Ad Cilloricum teſtamentum a Rege Caſtellae, incertos atque inconſtantes humanae vitae caſus reputanti, conſcriptum eſt, ad duodecimum Kalend. Auguſti. In eo teſtamento Viſcaiae atque Molinae principatus Regum Caſtellae filiis maioribus addicti ſunt. Sex tutores Henrico filio inſtituti, regni procuratores duodecim, de Regina ſocru, Ioanne, Dionyſioque Luſitanis, de filiis Petri Regis, ac Ferdinandi Caſtrii filio, qui vincti tenebantur, iure decerni mandatum. Omiſiſſet offenſas, an diſſimulaſſet breuitate vitae in incerto fuit. multa alia tumultuarie ſancita, vnde iurgiorum et contentionum copioſa materia extitit poſteris.* Quod tamen a Proceribus fuit improbatum, qui ab eodem receſſerunt, de quo IO. MARIANA (f): *Dum de republica diſceptatur Petri Aialae, ad quem Fuenſalidae Comites genus referunt, indicio cognitum eſt, a Ioanne Rege teſtamentum conſcriptum ſuperiorib. annis fuiſſe. Conquirendum proinde diligenter viſum eſt, priusquam certi aliquid ſtatuerent. regiae ſchedae excuſſae omnes atque teſtamentum inuentum, ante annos aliquot ad Cilloricum oppidum in Luſitania nuncupatum, vti ſuperius dictum eſt. Recitatae tabulae in conuentu. Varii animorum conſecuti ſunt motus, ac illud pleroſque offendebat maxime, quod Henrici tutores vs-*

(e) lib. XVIII. c. IX.
(f) *Rerum Hiſp.* lib. XVIII. c. XV.

vsque ad quintum decimum aetatis annum inſtituti erant, Alfonſus equitum Magiſter, Archiepiſcopi Toletanus, Compoſtellanusque Calatrauae Magiſter, Nieblae Comes Alfonſus Gusmanius, Petrus Mendoza regiae procurator. His ſex ciues Burgis, Toleto, Legione, Hiſpali, Corduba, Murcia, ex ſingulis vrbibus ſinguli, aliorum ciuium ſuffragio deligendi, adiungebantur. Res magna controuerſia agitata. Pauci defuncti Regis voluntatem ratam eſſe cupiebant, aliis teſtamentum abrogandum videbatur: quod conditori ipſi diſplicuiſſe multis argumentis et teſtibus confirmabant. Itaque ea ſententia valuit: tametſi Archiepiſcopus Toletanus comburi tabulas teſtamenti vetuit: quod in eo templo Toletano multa abs Rege legarentur, quae rata fore diſputabat, vt coetera conſulta et decreta reſcinderentur. De adminiſtrando imperio mox actum, et communi ſententia rerum poteſtas Beneuenti, Villenae, atque Traſtamarae regulis commendata, Archiepiſcopis Toletano, et Compoſtellano, D. Iacobi et Calatrauae Magiſtris. e ſedecim regni procuratorib. octo per vices ſpatio trimeſtri adiuncti proceribus. collatis omnium ſententiis, quod maior pars decreuiſſet, id ratum fixumque fore placuit. Ea gubernationis ratio vni Toletano Archiepiſcopo diſplicebat, in plures partito principatu, eoque minori ſingulorum potentia maiori rerum perturbatione: atque Alfonſi ſapientis ſtari lege mallebat, vnum tres, quinque, aut ſeptem Rege minori creari procuratores ſancientis. victus tamen aliorum procerum importunitate, minisque conſenſit.

§. XXI.

Sub finem ſeculi decimi tertii Ferdinandus IV. Sanctii IV. filius in Regno Caſtellae et Legionis imperabat, tutelam ipſius prudentisſime gerente, Maria matre, de quo RODERICVS SANCTIVS (g): *Ferdinandus huius hominis quartus, filius Sanctii praedicti, in regnis Caſtellae et Legio-*

(g) P. IV. c. VIII. *rerum Hiſp.*

gionis ſuccesſit, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. Hic poſt Athanaricum primum, Regem Hiſpaniae, poſt cladem, trigeſimus octauus: regnauit autem annis quindecim. Hic Ferdinandus aetatis erat nouem annorum, cum regnare coepisſet, ſed excellentisſima Domina Maria fideliter tutelam gesſit. Haec domina Maria, vt paulo ante diximus, filia fuit Alfonſi Infantis de Molina et Neptis clarisſimae Dominae Berenguelae matris glorioſi Regis Fernandi Tertii, qui Hiſpalim et totam Boeticam a Mauris recuperauit. Haec igitur Regina Maria Sanctio marito vita functo, cum a multis foret monita, vt ſecundas contraheret nuptias, cum aetas et forma ingens ſuffragarentur, illa vt alia Iulia Romana, quam Valerius commemorat, Nequaquam, inquit; hoc faciam, ſi enim maritum bonum ſortita fuero, vt ante habui, nolo timere, ne perdam, ſi ſceleſtum et dyſcolum, quid neceſſe eſt, poſt bonum pesſimum ſuſtinere! Subdens felix et pudica matrona nunquam praeter ſemel nubit, quia vt Porcia Romana teſte Oroſio dicebat, multorum connubiorum experientia cuiusdam intemperantiae ſignum eſt. Imitata fuit haec inclyta Regina Valeriam Meſalorum ſororem, quam idem Oroſius recolit, quae amiſſo viro ſuo, cum renueret ſecundo nubere, et de cauſa interrogaretur, reſpondit: ſibi ſemper maritum ſuum viuere, addens eam non eſſe viduam, quae filium patris imaginem geſtantem, pro marito colebat: Subdens iterum, quia non prolis, ſed potius cupiditate libidinis nubit, quae ſuperſtitem filium habet. Itaque ad ſuos reuerſa, qui, vt nuberet, monebant, ait non ſatis fidos fuiſſe regi talia commonentes. Nam deſiderare, eam ad ſecunda vota tranſire, nil aliud videbatur, quam regi eorum domino inſidias optare. Igitur illuſtris ipſa regina foeminea benignitate depoſita animum plusquam virilem induit; et quamquam (vt ſapientes aiunt) *caeterae virtutes multum habent admirationis, ſed pietas ad filios plurimum amoris, tam exuberans fuit in hac vna matre ad filium pietatis cura, vt nonmi-*

mus admirationis, quam dilectionis habere videretur. Nam vetus alia Regina Heſter omni periculo ſe expoſuit pro liberatione populi ſibi commisſi. Cum igitur proſpiceret, propter filii teneram aetatem omnes Hiſpaniarum reges et alios aemulos contra eam et filium ſurrexiſſe, ſiquidem una eademque die filius Fernandus praedictus a regibus Aragoniae, Nauarrae, nec non Portugalliae ac Granadae diffitatus foret. Alfonſus denique de la Cerela ſe pro rege Caſtellae gerebat: rurſus infans Ioannes titulum regni Legionis vſurpaſſet: qui omnes crudelem guerram diuerſis in regni partibus mouiſſent, ac valida manu regna filii vaſtaſſent. Ipſa tamen Regina Maria iactans curam ſuam in Domino, tanta prudentia tantaque dexteritate harum magnarum quidem tempeſtatum vitauit naufragium, vt paulo poſt omnes ipſi eius hoſtes inceptis rebus non praeualerent. Nec modo armis iura filii tuebatur, ſed orationibus, ieiuniis, asſiduisque eleemoſynis, ac ſuae regiae perſonae maceratione; Ferunt enim Hiſpanorum annalia, hanc Dominam tam ſtrictam in ſe et filii ſui cura parſimoniam et paupertatem ſeruaſſe, vt vaſa argentea non haberet, ſed tantum fictilia et lignea. Cuncta enim, quae habere poterat, aut pauperibus, aut aedificandis ſacris templis, vel ſtipendiis militum pro regni defenſione certantium, profuſa asſiduaque manu diffundebat, ſed nec procerum et magnatum regni fidelitas quieuit ac probitas ſubditorum. Videntes enim multitudinem inimicorum, ac regis ſui pueriles annos intuentes, ſua nobilitate, et fide confortati illuſtri Reginae asſiſtentes et praeſidia ferentes animos plusquam viriles aſſumpſerunt. Nam vltra illorum eximiam fidem commiſſeratio infantilis aetatis regiae et maternae pietatis eis animos auxit. Quare contra omnes hoſtes praeualuerunt, imitati Macedones, quos Plutarchus commemorat, qui puerulum regem ſuum tam fortibus animis tutati ſunt, vt oſtenderent ſuis hoſtibus, regem, non virtutem Macedonibus defuiſſe. Quare ob tantam ſubditorum fidem et matris pietatem ingentem,

regem

regem ipſum ab omnibus inimicis dominus liberauit et praeualuit aduerſus eos, qui tribulabant animam ſuam.

§. XXII.

Henricus III. Caſtellae Rex VIII. Kal. Ianuarii Ann. MCCCCVII. defunctus, et viduae Catherinae, Iohannis Lancaſtriae ducis viduae, et fratri principis ſui minorennis Iohannis tutelam teſtamento reliquit, de quo IO. MARIANA (h): *iuſta funeris Henrico Regi ſplendide facta, ſimul de ſucceſſore renunciando ſuſcepta a proceribus deliberatio eſt. non vna omnium mens erat, nec eadem cunctis oratio, multis graue reputantibus expectare, dum infans menſes duos et viginti natus, ad iuſtam aetatem perueniret. Malorum imagines, quae paſſa prouincia erat, Regum priorum aetate minori ante oculos verſabantur. Defuncti Regis teſtamentum prolatum: in quo reipublicae procuratores, Regina vidua, Ferdinandusque Princeps (Regis frater) ſcripti erant. Diegbus Stunica, Ioannes Velaſcus infantis nutritii deſignati. Paulus Carthaginenſis Epiſcopus magiſter inſtitutus, adoleſcentia litteris et regiis moribus informanda: ea tamen lege, ne tres ii praeterea aliquam reipublicae partem attingerent, contenti ea cura, quae ipſis concredita erat.* Licet autem Ferdinando Magnates Regnum deferrent, iſto tamen renuente defuncti Teſtamentum inualuit. Catharina vero defuncta Rex, quamuis aetate minor, ad regni curam fuit vocatus. de quo iterum MAR. (i): *Accidit, vt ad quartum Nonas Iunii Catharina Valliſoledi decederet anno milleſimo quadringenteſimo octauo decimo, quinquaginta Annos nata. procero atque obeſo corpore, fuit in potu largior gentis vitio, ingenio ſimplici et liberali, quae virtutes in fraudem ab illis vertebantur, qui eius auribus inſidiabantur, obſcuro loco homines, quorum conſiliis fere regebatur: quae magna principum pernicies eſt. In Regium Toletani templi ſacellum funus illatum, vbi quindecim ſacerdotes perpetuis ſacris ſuis et Henrici viri manibus quotidie parentare conſtituit. Reginae obitu magna rerum immutatio conſecuta eſt. Rex quamuis aetate minor ad regni curam vocatus, e tene-*

(h) lib. XIX. c. XV.
(i) lib. XX. c. X.

nebris educitur, adiuncti viri proceres, quorum conſiliis reſpublica regeretur. Toletanus Archiepiſcopus, vti erat vaſto animo, bonoriſque, quam ſatis eſſet, auidior, caeteris contemptis ad ſe rerum ſummam reuocabat: ſolusque alieno nomine regnare cupiebat, non ſine aliorum inuidia, obtrectationeque. De eadem Catharinae tutela ſic ſcribit RODER. SANCTIVS (k), *accepit autem regni ſceptrum cum eſſet in cunabulis, nondum viginti menſes expleuerat, et die natalis Domini, qua pater obiit, in regem eleuatus eſt. Regnauit autem annis quadraginta ſeptem, ex diſpoſitione paterna duos idoneos quidem ac ſolertisſimos tutores ſortitus eſt, Katherinam videlicet matrem et infantem Ferdinandum patruum ſuum, quo poſtea in regem Aragoniae aſſumpto, tutela ad Katherinam matrem in ſolidum rediit. In qua tutela Olympiadem,* Pyrrhi Regis Epirotarum filiam, *imitata eſt, quae poſt mortem mariti Alexandri filios Pyrrhum et Ptolemaeum literarum ſtudiis inſtrui fecit, quibus regnum eis conſeruauit. Sic et Zenobia, Odenati vxor defuncto marito regnum Syriae gubernauit, dum filii laudatis ſtudiis et moribus vacarent, nec modo regnum ſeruauit, ſed auxit. Nec ſolum Regina ipſa Katherina prudentisſime ſedula in filio alendo atque erudiendo erat, ſed in regni gubernatione vigilantisſima. Cuncta enim nobilium, Baronum regni ac praelatorum conſilio agebat, ſed praeſertim duorum fidelium clarisſimorum virorum nedum fide, ſed aetate, prudentia et experientia probatisſimorum, quos Henricus Rex eorum Dida cum Lupi de Aſtuniga, quorum hodie nobilisſima proles parentum nobilitatem imitatur. Quinimo qua fide, qua integritate, qua obſeruantia patres et aui eorum, eadem et nepotes rempublicam tutati ſunt. Nec aliter egerunt caeteri potentes et regni magnates. Tandem Katherina, vt Deo placuit, paullo poſt vita functa eſt. Iohannes igitur XIV. aetatis ſuae anno conſtitutus, tutoribus egens, de aſſenſu praelatorum et omnium ſtatuum regni gubernacula ſuſcepit.*

§. XXIII.

In Hiſpaniae Regno Philippus II. Rex Hiſpaniae filio ſuo Philippo III. tutorem conſtituit Albertum Cardinalem, de

(k) lib. IV. c. XXV. FRANC. TARAPHA p. 565.

de quo THVANVS (l): *biennio poſt cum ad Laurentii fanum eſſet X. Kalend. Septembr. codicillum fecit, quo prius teſtamentum confirmabat, clauſulamque illam poſtremam praecipue addit, ſi ſe prius decedere contingeret, vt penes Albertum Cardinalem, qui tunc Portugalliae praeerat, Imperii praefectura, quo vsque filius ad eam aetatem perueniſſet, aliosque conſiliorum praeſides, quae tunc eſſent, maneret.*

§. XXIV.

Philippi IV. Hiſpanorum Regis vidua, Maria Anna Auſtriaca, Ferdinandi Imp. filia, mortuo A. MDCLXV. marito, Caroli II. Regis, tunc temporis vix quatuor annorum infantis, tutelam ſuſcepit, eandemque geſſit haud infeliciter (m).

§. XXV.

In Regno Nauareno Theobaldi Regis filiorum tutrix erat Margaretha Regina, de quo BERNARDINVS GOMESIVS (n): *Poſt haec nuntiatum eſt Iacobo, Thibaldum Regem Nauarrae, Sanctii Regis ex ſorore filium, obiiſſe Pompelone, quae eſt Regni caput, duobus paruis filiis Theobaldo et Enrico cum eorum parente Margarita Regina ipſorum tutrice relictis.*

§. XXVI.

De tutela apud Gallos ſcribit RENATVS CHOPPINVS (o): *Quamuis autem habilis non ſit foemina ad Regiae ma-*

(l) lib. p.

(m) BECKMANN. *Hiſt. orbis* Terr. P. II c. V. §. VII. p. 455. ABLANCOVRT. *Hiſt. de Portugall.* p. 267.

(n) *Vita Iacobi I.* lib. XV. p. 515.

(o) de *Dominio Franciae* lib. III. Tit. V. n. 1. Adde ALBERICVM de ROSATE ad L. 27. C. de *Epiſcopali Audientia.*

maieſtatis patrimonium iure ſuo poſſidendum. Procuratio tamen regni Gallici crebro Heroinis delata eſt, ſeu a principe ſeu alias iuſtis omnium Galliae ordinum ſuffragiis. A Ludouico enim VII. Adela vxor regno praefecta, quoad Philippus Auguſtus in ſuam tutelam perueniſſet. Philippus IV. Ianam vxorem et liberis tutricem, et regni procuratricem conſtituit. Ludouici XII. teſtamento imperii cura Annae vxori demandata an. MDVI. a Franciſco, Ludouicae matri, eo conſilia belli Italici cogitante. At vero populi permiſſu Brunichildis auia Theodorici et Theodoberti tutrix fuit et regni procuratrix. Blanca D. Ludouici mater, eo puero ſumſit regni adminiſtrationem, nec inauſpicato. Criminatus eſt apud conſcriptos Aureliae Dux rerum procurationem ſibi inique praereptam ab Anna Caroli VIII. ſorore; Verum in Turonibus habitis populi comitiis, Annae decreti regiminis faſces An. CCCCXLIII. deinde, ex actis curiae V. Idus Ianuarii MDLXXXIII. Hoc tamen certum, quod in Gallia Reginae viduae non tam ex iure proprio, quin potius ex Conſenſu Procerum, tutelam filiorum geſſerint, de quo ſcriptor GALLICVS (p): *L'on obſerve encore à preſent, quand les Reynes, ont donné teſmoignages de leur vertu, et de leurs merites, de leur commettre la Regence, et la tutelle de leurs enfans jusques a ce que l'aiſné ait atteint la quatuorzieme année de ſon age. De quoy nos annales nous rapportent les exemples de la Reyne Blanche, mere de S. Louis, de Blanche d'Eureux, veſue du Roy Philippes de Valois, d'Anne de France ſoeur de Charles VIII et encores de pluſieurs autres. Mais il eſt neceſſaire, qu'elles ayent ſur cela des lettres patentes verifiées en la Cour: car la tutelle de leurs enfans ne leur appartient point jure proprio, pour avoir eſté ou femme, ou mere du Roy.*

§. XXVII.

(p) *de la Souverainité du Roy* lib. I. cap. VI. p. 46. apud LIMNAEVM *Notitia Regni Franc.* lib. II. cap. p. 987. 898.

§. XXVII.

De tutela in Galliae regno vſitata dicit Autor *des Lebens Ludwig des XIV.* verbis ſequentibus: *Mann hätte in Franckreich viel Exempel, daß Königinnen die Herrſchafft geführet, ob ſie ſchon das berühmte Saliſche Geſetze, Lilia non nent, von aller Succeſſion ausſchließt. Nach dem Tode Ludwigs des X. verſamlete Philipp Graf von Boitiers, der älteſte ſeiner 2 Brüder, und Erbe des Königreichs, das Parlament zu Paris, da man, nach Gutachten aller Groſſen und Baronen, die Regierung der Königl. Wittbe, ſo ſchwanger war, auftrug, der auch in Zukunft die Vormundſchafft, über ihren Sohn ertheilt war. In dem 6ten Monat ward Iohann der Erſte gebohren, welchen aber die meiſten Frantzöſiſchen Hiſtorien nicht in die Zahl der Könige ſetzen, weilen ihn ſein allzufrühzeitiger Todt an würcklicher Ubernehmung der Regierung verhindert. Doch hat er dieſen Vortheil, gekrönt auf die Welt zu kommen, und gleich von der Geburth an, in Franckreich über durch andere, zu herrſchen. Carl der IV. Ludewig der X. und Philipp des V. Bruder und Nachfolger hinter ließ ſeine Gemahlin Iohanna d'Evreux gleichfalls ſchwanger, aber man folgte hierbey nicht den obigen Exempel; denn Phil. von Valois, Carl des IV. Bruders Sohn und nechſter Nachfolger in Königreiche, ward zum Regenten und Vormund erklähret. Alleine die dadurch der Königin zugezogene praeiudiz erweckte in Franckreich eine groſſe Unruhe, dann Eduart der III. König in Engelland, welcher von einer Tochter Phil. des Schönen gebohren war, widerſprach Phil. von Valois angemaſſten Rechten, welches nicht leichte würde geſchehen ſeyn, wenn man die Königin bey der Vormundſchaft gelaſſen. Es würde auch hier durch gantz Franckreich in diviſion und Zwietracht geſetzt, Carl der VI. declarirt An. MCCCXCII. den V. Ian. durch ein Edict die Königin Eliſabeth aus Beyern zur Regentin und trug ſeinen Vettern zugleich nebſt Ihr, die Regierung auf. Eben dieſer König lies An. MCDVII. in ſeiner Gegenwart, in dem Parlament ein Edict publiciren, welches enthielt, daß bey der Minderjährigkeit der Könige in Franckreich, der Stadt, von der verwittibten Königin ihrer Mutter unter ihren Nahmen ſolte eingeräumet werden. Ludewig der XII. erklährte in ſeinem Teſtament, Anno MDV. die*

Königin Anna ſeine Gemahlin, und Louyſe von Savoyen ſeine Mutter zur Regentin, währender Minderjährigkeit des Dauphins und erſuchte ſie dabey, daß ſie ſich des Raths des Cantzlars, der Prinzen und Prälaten von Frankreich, welche Sie vor die tüchtigſten hielte, bedienen möchte. Als Heinrich der II. nach Teutſchland ging, declarite Er Catharina ſeine Gemahlin, zur Regentin, und ließ den Cardinal de Tournon den Biſchoff von Soiſſons, den Herrn von Urſe und du Mortier als Staats-Rath bey Ihr.

§. XXVIII.

Apud Gallos exeunte ſaeculo ſexto binae feminae Fredegunda, Chilperici vxor, et Brunechildis Childeberti vidua regnum Franciae adminiſtrabant. De illa dicit PERE DANIEL (q): *Elle regna trente ans ſous le nom de ſon mari et de ſon fils.* De hac vero IDEM (r): *La tutelle des deux Princes* (Theodeberti et Theoderici Childeberti filiorum) *et la regence de leurs etats fut confiée a leur ayeule la Reine Brunehaut, qui choiſit ſa demeure dans le Roiaume d'Auſtraſie.*

§. XXIX.

In Francorum Regno ſaepius quidem, tutela Teſtamentaria maternaque deficiente, legitima obtinuit, ita vt proximior adgnatus Regentis vel tutoris locum teneret (s), Durante Clotarii II. minorennitate, Guntramnus Rex Burgundiae, ipſius patruus, factus fuit Regens Regni et tutor Regis minoris, de quo GREGORIVS

(q) T. I. p. 276.

(r) Adde ANT. VARILLAS *hiſtoire de la Minorité de Louis IX.*

(s) Dicebantur iſti Regentes. TILLET *Recueil des Roys de France tiltr. des Regences de Royaume de France*, p. 198. ſqq. BODINVS de *Republica* lib. I. c. XXVII p. 127. vel *Rectores* ac *Procuratores* Regni, prout Theobaldus Bleſenſium Comes ſe ipſum Regni procuratorem vocabat, alias locum tenentes, Generales, LIMNAEVS *Notitia R. Franc.* lib. II. c. XXIV. p. 970.

RIVS TVRONENSIS: *Priores quoque de Regno Chilperici, vt erat Auſoualdus et reliqui, ad filium eius, qui erat, vt ſuperius diximus, quatuor menſium, ſe collegerunt, Chlotorium vocitauerunt, exigentes ſacramenta per ciuitates, quae ad Chilpericum prius adſpexerunt, vt ſcilicet fideles eſſe debeant Guntchramno Regi ac nepoti ſuo Clotario. Guntchrammus vero rex omnia, quae fideles regis Chilperici non recte diuerſis abſtulerunt, iuſtitia intercedente, reſtituit.* Hinc etiam TILLET (t) dicit: *Durant la minorité de Clotaire II. Gontran Roy de Bourgogne, ſon oncle, fut Regent au Royaume, et tuteur du petit Roy, et en ſon lieu ſubſtitué Landri de la Tour.*

§. XXX.

Ludouicus Balbus filio ſuo Poſthumo Carolo ſimplici Eudonem Pariſienſem Comitem conſtituerat tutorem, de quo P. DANIEL (u): *La premiere fut, qu'il declara qu'ayant eſte fait par le Roy Louis le Begue tuteur du jeune Charles, dont la Reine Adelaide eſtoit enceinte, quand il mourut, il n'acceptoit la couronne, que pour la conſerver à ce Prince, qui n'eſtoit pas encore en âge de gouverner l'Etat.* De eadem tutela ALBERICI verba iam ſupra adduximus (x).

§. XXXI.

Qua ratione in Gallorum Regno Tutela Teſtamentaria prae materna et legitima praeualuerit, docet Philippi I. et eius tutelae exemplum, de quo P. DANIEL (y): *Deux perſonnes principalement pouvoient pretendre à la Regence du Royaume pendant la minorité du Roy, ſcavoir la Reine mere An-*

(t) *Recueil des Roys de France tilt. de Regences du Royaume de France* p. 198.
(u) Tom. I. p. 860.
(x) Sect. I. §. V.
(y) *Hiſtoire de France* Tom. I. p. 1050.

Anne, et Robert Duc de Bourgogne, oncle du Roy. Il eſtoit aſſez naturel, que la Regence fuſt confiée à la Reine. Pluſieurs exemples eſtoient en ſa faveur. Mais le feu Roy avoit conſideré, qu'elle eſtoit étrangere, et d'un païs fort eloigné de France, eſtant, comme j'ai dit, fille de Joradiſlas Roy de Ruſſie. Il crut qu'elle auroit peu d'autorité et peu d'appuy dans les ſeigneurs, dont nul n'avoit avec elle aucune liaiſon de parenté, et ce fut cette raïſon, qui la luy fit exclure de la Regence. Elle ſe remaria depuis à Raoul de Peronne Comte de Valois, alliance peu digne d'elle. Car ce n'eſtoit qu'un ſeigneur particulier, qui repudia ſa femme exprès pour l'epouſer; et apres la mort de ce Comte, elle s'en retourna en Ruſſie. Robert Duc de Bourgogne, par des raiſons contraires, eſtoit ſuſpect à Henry, par ce qu'il eſtoit trop puiſſant, qu'il avoit trop de liaiſons avec les ſeigneurs de France et ſur tout, parce qu'autre fois il avoit pretendu à la Couronne, et que le deſir de regner eſt une paſſion, qui ne ſe guerit point, et qui ſe reveille aiſement. Luy conferer le Gouvernement de l'Etat, c'eſtoit l'expoſer à la tentation de s'en ſaiſir, et mettre à ſa diſcretion celuy qui en eſtoit le legitime poſſeſſeur. Ainſi Henry, ſe voyant attaqué de la maladie dont il mourut, jetta les yeux ſur un autre, dont il avoit moins de ſujet de ſe defier. Ce fut Baudovin V. Comte de Flandre, ſurnommé de l'Iſſe à qui il avoit fait epouſer la Princeſſe Alix ſa ſoeur; Prince ſage, en reputation de valeur et de fermeté, que l'alliance, qu'il avoit avec la Famille Royale, devoit rendre ſenſible et attacher aux intereſt du jeune Roy et qui n'ayant nul droit, ni réel ni apparent à la Couronne, ni de parti dans le Royaume, ne pouvoit à cet égard former aucun deſſein deſavantageux à ſon pupille. Sa qualité de Régent eſt exprimée dans un Auteur contemporain par le titre de Marquis de France.

§.XXXII.

§. XXXII.

Poſt Ludouici VII. mortem, de filii Philippi II. ſeu Auguſti tutela regni ſtatuerunt proceres eamque Philippus Flandriſis comes obtinuit, de quo P. DANIEL (z): *La Reine mere Adelaide de Champagne, Guillaume Cardinal et Archeveque de Reims, frere de cette Princeſſe, et Philippe Comte de Flandre, furent les principaux concurrens. Celui-ci l'emporta, il etoit parrain du Roi - - - ſi ce Comte eut la qualité de Regent du Royaume, ou non; c'eſt de quoy les anciens Hiſtoriens ne nous inſtruiſſent point aſſez diſtinctement. Que ſi elle fût donnée à quelqu'un il ne paroiſt beaucoup vraiſemblable que ſe fut au comte et non pas à la Reine-mere comme quelques uns l'ont avancé. Le titre de Tuteur du Roy, qu'un Auteur contemporain donne au comte de Flandre, le mariage de ce jeune Prince, dont je vais parler, et la maniere dont il ſe fit, me paroiſſent en eſtre une preuve aſſez convaincante.*

§. XXXIII.

Seculo decimo tertio Blanca, Alfonſi IX. R. Caſtellae filia, Ludouici VIII. Galliae Regis vidua eademque prudentisſima, tutelam Ludouici IX. adhuc pupilli et regni adminiſtrationem ſumma cum laude geſſit (a). Licet non deeſſent nonnulli Galliae Proceres, qui tutelam tanti Regis regnique foeminae maxime exterae delatam haud aequo animo detulerint, et fideiuſſores exegerint. Conſultus etiam Vbertus de Bobie, inſignis ICtus, reſpondit Reginam Blancam ad eam tutelam nihilominus admittendam, ſi quoscunque fideiuſſores daret, cum tamen pro tanti regni merito fideiuſſores idonei vix potuiſſent reperiri. Hinc

(z) *Hiſtoire de France* T. I. p. 1272.

(a) DION. GODOFRED *de Tutela Teſtam.* p. 25.

Hinc PASCHASIVS (b): *La Reine Blanche Eſpagnolle, mere de St. Louys, ſe comporta ſi ſagement en ſa Regence, que toutes les Reynes meres anciennement, apres les decez des Roys, leurs maris, vouloient etre nommées Reynes Blanches, par une honorable memoire tirée de bon Gouvernement de cette ſage Princeſſe.*

§. XXXIV.

Quosnam tutores poſthumis ſuis conſtituerint Ludouicus Hutinus et Carolus Pulcher, docet DV HAILLAN (c): *Louis Hutin venant à deceder laiſſa Clemence, ſa femme groſſe d'un fils, aprés nommé Jean, qui ne vesquit que huit jours: Cependant, attendant ſon ſort Philippes, frere du dit Louys (depuis Roy et appellé Philippes le long) fut declaré Regent par les Eſtats. Pareillement lorsque Charles le Bel deceda, laiſſant Jeanne ſa femme groſſe, Philippes, Comte de Valois et depuis Roy, fut esleu Regent, non obſtant la brigue, et oppoſition du Roy d'Angleterre.*

§. XXXV.

Carolus V. quidem coniugem ſuam, Ioannam Borboniam, nominauerat regni rectricem et filii ſui Caroli VI. tutricem, verum iſta defuncta, Ducem Andegauenſem, Bituricenſem, Burgundiae et Borbonium nominauit tutores, qui etiam tutelam vna cum Regni adminiſtratione geſſerunt (d). De eadem re ſic loquitur AEMYLIVS (e): *Dux Andium, Rector Franciae, Borbonius Audaxque teſtamento Caroli Quinti Regis tutores inſtituti fuerant. Authoritate ſanctorum ſum-*

(b) *lettres* lib. IV. p. 330. Adde STEPHANVM PASQVIER *recherches de la France* lib. II. c. LXXXVII. lib. V. c. XVII. f. 278. Adde LIMNAEVM *notitia R. Franciae* lib. II. c. XX. p. 897.
(c) Lib. III. p. 367. TILLET p. 199.
(d) P. DANIEL T. II. p. 724. 729.
(e) *Hiſtoria Gallica* p. 301.

ſummorumque virorum effectum eſt, vt primo quoque tempore Carolus ſextus Rex ſactaretur, coronareturque et in eius verba iuraretur, res militares ciuileſque eius nomine adminiſtrarentur. Eius ſigno literarum diplomatumque fides conſtaret. Audax patruus ac Borbonius auunculus pupillos educandos curarent inſtituendoſque iis artibus, quibus futuri optimi Principes Regeſque erudiri ſolent. Dux Andium patruorum maximus natu Rector Franciae diceretur: maxima quoque de re ad ſanctius procerum conſilium referret: ipſeque ſententias rogaret. Hac ratione et ſua Ducibus dignitas ſeruari et forma regni conſilio optimatium temperari, iuſtitia et ſuprema ſapientis Regis voluntas rata haberi viſa. De Carolo VI. dicit TILLET (f): *Charles VI. quelque temps devant mourir, fit une ordonnance, par laquelle il voulut, que d'oresenavant, il n'y eut aucune regence en France, durant la minorité des Roys, ainſi, - - - - que la couronne et le Royaume gouverné en leur nom par le Conſeil des Roynes, et proches Princes du ſang, Conneſtable et Chancelier.*

§. XXXVI.

Haec tutelae legitimae iura etiam adgnouit AVBIGNE de ſtatu poſt Henrici II. mortem ſcribens: *La Royne mere du Roi cognoiſſoit les Bourbons pour eſtre authoriſes de leur naiſſance Curateurs naturels du jeune Roi et par ainſi qu'elle ne les pouvoit par aucune adminiſtration obliger d'un grand mercy, et d'une pareille etc.*

§. XXXVII.

Minorenne adhuc apud Gallos Franciſco II., licet iam XVI. annis eſſet maior, plurimum diſceptabatur, an Regina mater, Catharina Medicea, tutelae, quam ſibi ſumſerat, capax ſit, id quod diuerſis ſcriptis in hanc et illam par-

(f) *en la Chronique* fol. 66.

partem ventilabatur, de quo THVANVS (g): *captiuus adtinebatur Coeſardus Aniani ſani iuridicus praefectus cum libellis aliquot in Catharinam ac Lotharingos ſcriptis deprehenſus, qui Nauarro, vt et Subſellii fratres, res nouas molienti conſilium dediſſe arguebantur, eoque diligentius cuſtodiebantur iamque palam et in circulis de Catharinae ac Lotharingorum poteſtate, an publicae adminiſtrationis ius illis eſſet, diſceptabatur, plerisque per vim ac contra regni leges eam ab ipſis vſurpatam arguentibus: ſic enim edito ea de re libello, extremo VIIbri, diſſerebant: Francogallorum imperium ab initio legitimum fuiſſe, nulla adhuc dominandi libidine corruptum: ſiquidem populos eos armis ac virtute in alieno parta, quia ſine rectore tueri non poterant, regem elegiſſe, in cuius familia ſucceſſores haberent, nec vero illi vt libitum erat, imperitabant, legum freno coerciti, quibus ipſi obtemperabant, iis vero in primis cautum fuiſſe, vt ſucceſſio ſemper ad proximos maſculos deferretur, excluſis feminis earumque poſteris, quas homines militares et libertati aſſueti non ſolum a regni ſucceſſione remouerunt, ne ſcilicet per earum connubia exterorum principum dominationi ſubderentur, verum etiam ab omni publicorum negotiorum procuratione abſtinere voluerunt: parum decori ac ſecuritati ſuae ſucceſſionis excluſione proſpectum exiſtimantes, ſi impotentium ingeniorum arbitrio regerentur. Itaque ſi regis aetas rerum agendarum capax non eſſet, proximioribus agnatis, ad quos ſucceſſionis ſpes pertinebat, quousque rex adoleuiſſet, regiae adminiſtrationis onus regni legibus mandatum fuiſſe: ac ne interea regni opes et publicum aerarium exhauriretur, ex eoque liber agens tributorum collatione grauaretur, ordinum conuentus, quos vulgo regni ſtatus vocant prudentiſſime inſtitutos, vt vnius potentia, plerumque nimia, procerum regni conſilio, tanquam optimatum imperio temperaretur, ita effectum, vt indictis ſollemni more to-*

(g) lib. XXIII. p. 693. ad a. 1559.

totius gentis comitiis, in iisque auditis omnium querelis ſubſidia graueſcentibus malis publicis pararentur, inde eſſe, vt quia vniuerſi ſe veluti reipublicae participare cernerent, ſummo obſequio imperium domeſticum colerent, regemque ſuum praecipue venerarentur, ita vt nulla maior populorum reuerentia ac fides erga principes ſuos hiſtoriarum monumentis celebretur. Inde tantum parendi amorem ſub aequabili principatu, qui ſi mutaret vi externa aut ambitione labefactatis regni legibus, iniquum iuxta Francis ac intolerabile id ſemper viſum: exempla in medio eſſe. nam Ludouico Pio et Carolo ſimplice clauum tenentibus dein, ſub Philippo I. B. Ludouico et Carolo VI. Capeuingis, cum Palatii magiſtrorum et aliorum poteſtate abutentium libidine cuncta circum agerentur, ciuilibus prope diſcordiis florentiſſimum hoc regnum euerſum fuiſſe. Quid enim aequius eſſe, quam vt qui rebus ſuis per aetatem ſupereſſe non poſſunt, ac praecipue reges, cum ſuos in poteſtate habere non poſſint, ipſi in aliena ſint, et ſalutari multorum conſilio regantur? ſic Ancum Marcium filio Tarquinium tutorem reliquiſſe; ſic M. Antonium cognomento Philoſophum praecipuos ex amicis ac proceribus Commodo filio attribuiſſe, ita Theodoſium Magnum impuberes filios Arcadium et Honorium in Stiliconis ac Rufini tutela reliquiſſe: idem Arcadium rurſus factitaſſe et Iſidergem Perſarum regem teſtamento rogaſſe, vt Theodoſii iunioris tutelam ſuſcipere vellet. Quid contra abſurdius, quod vulgo iactetur, regem interea regni tutelam parenti ac Lotharingis vxoris auunculis commiſiſſe? quaſi pupillo iusſit ſibi tutores conſtituere, quodque iure inter priuatos conſtitutum eſt, non multo magis in regis perſona locum habere debeat, cuius bona ac mala ad vniuerſos pertinent, et ex cuius recta adminiſtratione ſalus publica pendet. Sic vſum eſſe in Gallia, et ſi quid iuris ad vllos ea in re pertineat, id ad regii ſanguinis non ad externos principes porrigi debere, quos illis reiectis ad regni gubernacula admoueri non ſolum iniquum, ſed etiam probroſum ſit, luculenta ea de re in noſtris annalibus exempla ſuppetere, nam cum Carolus Pulcher anno MCCCXXVII. receſſiſſet, Ioanna Ebroicenſi vxore

grauida relicta, et incertum eſſet maſculum an feminam paritura eſſet, grauem de ventris ac regni tutela exortam controuerſiam fuiſſe, cum Eduardus I. Angliae Rex Elizabethae Caroli defuncti ſororis F. eam ad ſe tanquam proximum pertinere contenderet; contra Philippus Valeſius Caroli patruelis propter ſpem ſucceſſionis eandem ſibi arrogaret: tandem litem ordinum regni decreto diremtam eſſe, et ventris cuſtodiam ac regni adminiſtrationem Philippo adiudicatam, reiecto Eduardo, quod extraneus eſſet, poſtea Carolum V. qui merito ſapientis nomen meruit, cum Carolum filium impuberem moriens relinqueret, teſtamento condito ordinaſſe, vt is apud Ludouicum Borbonium vxoris fratrem ex regio quidem ſanguine, ſed ſucceſſionis ordine remotiorem educaretur, regni adminiſtratio Ludouico Andium duci fratri demandaretur, quo vsque Carolus XIV. annos impleuiſſet, et ſolenni ritu in regem inauguratus fuiſſet, cum vero, qua erat prudentia, quod et ſuo ipſius periculo didicerat, prouideret, innumeris turbis portam aperiri, ſi regnum alienis et non propriis auſpiciis regeretur, translata quamuis ad tempus in eum, qui heres non exiſteret, poteſtate, regentis abolito nomine, impoſterum edicto ſanxiſſe, vt regii principes quacunque aetate ad regni ſucceſſionem vocarentur, reges exiſterent, et regnum ipſorum auſpiciis adminiſtraretur, neque tamen omnino eius voluntati ab regni ordinibus obtemperatum fuiſſe. Nam abolitum quidem regentis nomen, et regni curam Ludouico tanquam proximo commiſſam: ſed ea lege, vt illud ex concilii procerum ſententia adminiſtraret: nec prius Carolum VI. tutela liberatum: quam XXII. annum attigiſſet: quod tamen raro beneficio ac priuilegio ei tributum annales memorant ob amorem publicum, et formae decus, quod in illo principe eminebat, vt ante XXV. annum exactum regni per ſe adminiſtrandi capax iudicaretur, nec minores diſſenſiones ac motus in Gallia exarſiſſe, ſi quando feminae rerum clauo admotae ſunt, ſiquidem ante LXXX. circiter annos poſt Ludouici XI. mortem, qui regni heredem VIII. poene infantem re-

reliquerat, cum de tutela eius et regni adminiſtratione diſceptaretur eamque Anna ſoror grandior natu inde ad ſe traheret, hinc Ludouicus Aureliani Dux tanquam proximus agnatus ſibi arrogaret, regni ordinum Caeſaroduni in Turonibus congregatorum decreto conſtitutum eſſe, vt rex apud Annam ſororem educaretur, ceterum ipſa a regni procuratione remoueretur. Aurelianenſi vero, quod non dum XXIII. annum exceſsiſſet regentis munus, quod ambiebat, denegatum, ac decretum, vt ex regiorum principum ac procerum communi ſententia res publica adminiſtraretur, proinde neminem mirari debere, ſi Catharinae, ſi denique Guiſianorum potentia omnibus bonis adeo intoleranda videatur, ac praecipue Caroli cardinalis: quippe cum Regni legibus prudenter a maioribus proſpectum ſit, ne ſacris addicti et Pontifici obnoxii ſummam rerum in Gallia teneant, ea de cauſa olim Ioanni Dormanio Bellouacorum epiſcopo ac Franciae cancellario ademta ſigilla a Ioanne, quod in cardinalium collegium cooptatus, duobus dominis ſeruire non poſſet, ob eandem cauſam Ioannem Baluam et Thomam Volſaeum cardinaleis a Ludouico XI. et Henrico VIII. Anglorum rege male multatos eſſe, quod per eos magnas calamitates regnis vtriusque importatas conſtaret. Venetum ſenatum, qui merito omnis ciuilis prudentiae officina vocari debeat, id diligenter cauere: apud omnem ſacris initiati nullam reipublicae partem attingunt, memoria vero patrum noſtrorum per vulgatum quid cardinalis Ambianenſis Ioannes a Grangia Carolo VI. rege molitus ſit, qui maiore patientia, quam decuit, toleratus, poſtremo Francia excedere coactus eſt, ablatisque ingentibus theſauris, potentia in regno parta non minus abſens pernicioſe vſus eſt, quam praeſens fecerat, duos tantum exſtitiſſe cardinaleis apud nos Georgium Amboſium et Antonium Pratenſem, qui regni amplitudini ſtuduerint: ſed eorum tamen opera caute vſos prudentiſſimos principes, Ludouicum XII. et Franciſcum I. vt cum ſcilicet de Pontificis cauſa ageretur, nunquam in ſecretius conſiſtorium admitterentur, ita illorum auctoritatem regno minus noxium fuiſſe: qua in re tamen

 ple-

pleroſque maximorum principum prudentiam deſideraſſe. Lotaringorum vero potentia quam ſuſpecta eſſe debeat, neminem latere: quippe non iam in aurem ſed palam genus ad Carolouingorum gentem referentium, quibus ab Hugone Capeto illuſtriſſimae gentis, quae tot annos in Gallia feliciter regnat, hereditario regno pulſis iniuria facta fuerit, ad has falſas et contra hiſtoriae veritatem confictas origines non obſcurum eſſe, quid nuper adiecerint, Andium principatum ſibi iniuſte ereptum et Prouinciae comitatum paſſim clamitantes, aſſumto etiam Andegauenſium nomine et inſignibus, vt ſic paulatim homines externis ſe familiae regiae quaſi inſerant, atqui iure prohibitum eſſe, ne qui ad pupilli tutelam admittantur, qui actiones contra eum habeant: quod inter priuatos legibus conſtitutum, multo magis in regnorum adminiſtratoribus locum habere, quippe in quibus maius periculum et ad plureis pertineat; nam ea ſpecie translata plerumque regna, notam Tarquinii Priſci in Anci Marcii liberos perfidiam: nota Cleandri, et *eorum ipſorum, qui iam memorati ſunt*, Rufini *et* Stiliconis *pernicioſa conſilia contra ſalutem Imperii defectionem molientium, ſed inſigne* Hieronymi Siciliae regis *imprimis exemplum eſſe, quod a* T. Liuio *proditur: ei ſiquidem XV. annos nato ab Hierone parente XIV. praecipuos ex amicis teſtamento attributos, qui cum* Athenodoro *patruo pupillare regnum adminiſtrarent:* Athenodorum *vero, qui eadem cognationis praerogatiua, quae* Guiſiani *tument, potentiam venditabat, iam nefas animo agitantem* Hieronymo *puero perſuaſiſſe, ſi rex eſſe vellet, vt tutorum importunam turbam ſummoueret, et ipſe per ſe regnum gereret: atque illum quidem inter adulationes et in licentia enutritum, male ſuadenti patruo facileis aureis praebuiſſe et amotis pueritiae ſuae a bene conſulto patre datis moderationibus ſe totum* Athenodoro *mancipaſſe, qui ex ea occaſione mox in ipſum coniurauerit, voto procul dubio potiturus, niſi nobilitas eius inſidias mature detectas praeuertiſſet, quo vero pertineat tam comis erga Pontificem a*

R. S.

R. S. obſeruantia ac cultus, neminem non videre: nimirum vt iisdem artibus, quibus olim Carolus Martellus, *ac* Pipinus, *ad quos illi falſo genus ſuum referunt, ad regni faſtigium graſſati ſunt, a Capetingis, a quibus maiores ſuos ſpoliatos muſſitant, illud extorqueant, ea ſpe ac conſilio cardinalem violandarum induciarum* Henrico *auctorem exſtitiſſe, vt fratre cum potenti exercitu ad regni Neapolitani expeditionem profecto, ſi caſus ferret, mortuo interim Pontifice ipſum in eius locum ſuffici, fratri regnum Gallicis auſpiciis in poteſtatem redactum pararet, quam vero id toti regno exitioſum fuerit ſcire omneis: nam flore nobilitatis ac robore Gallico fere omni in Italiam abducto, regnum viribus exhauſtum, iritato hoſti ac validis opibus ſubnixo ad praedam relictum atque adeo proditum. eo ſiquidem Sanquintinianam cladem referendam eſſe, et alteram Grauelinganam, cuius itidem culpa in* Guiſii *affectatam poſt captum* Theodonis villae *oppidum moram reiici debet, ita regni viribus attritis ad turpem iuxta ac damnoſam pacem poſtremo regem adactum eſſe pacem, quae bello peiorem temporum conditionem ac triſtiorem faciem induxerit, his de cauſis periculoſum videri, ſi contra regni leges rerum ſumma eorum fidei committatur, qui erga regem adeo male affecti, et iniquas ſpes iampridem animo conceptas, ſi diutius ferantur, in communem perniciem propediem exſecuturi ſint, aduerſus hos rumores ac publicas querelas; Guiſiani, qui rem verbis agi cernerent, opus facto exiſtimantes, Italorum cuſtodias, quod aſſuetis non ſatis fiderent, adhibent, ſui potius quam regis munimento. at quod iis ſermonibus etiam* Catharinae *auctoritas ſugillaretur,* IO. TILIVS curiae Protonotarius, *iuris noſtri apprime ſciens; ſed obnoxius, edito libello, cui de regis maioritate titulum fecit, rationes eas conuellere conatus eſt, compilatis ſtatutorum municipalium pleriſque capitibus, quibus demonſtratur, apud nos tutelam fere pubertatis annis finiri, neque vltra XV. annum extendi. Itaque licuiſſe ſemper ac licere regibus noſtris in ea aetate, quos vellent, ſummae rerum praeficere et conſiliarios penes ſe habere, tum prolatis exemplis probat; regni tutelam non ſemper ad proximum agnatum delatam fuiſſe. nam ſic* Henricum I. *ſpreto* Roberto *fratre* Philippum *filium* Balduini Flandriae Comitis *ſororii ſui curae commiſiſſe.* Ludouicum *item iuniorem* Philippi Auguſti *filii tutelam* Remorum Archiepiſcopo *poſthabi-*

bitis fratribus detuliſſe, donec is XV. annum attigiſſet: ita enim in ipſius teſtamento perſcriptum eſſe, denique Ludouicum VIII. Ludouici IX. filio Blancam matrem, poſthabito Philippo fratre, tutricem dediſſe, eamque regni regentem dixiſſe eosdem vero reges VII. et IX. Ludouicus, cum ad ſacrum bellum proficiſcerentur, ſaepius Dionyſii fani coenobiarchas per ſuam abſentiam ſummae rerum propoſuiſſe, ac regenteis nominaſſe, vltimum argumentum ab edicto Caroli V. petebatur: addebatque durum alioqui videri, vt rex, quod regni legibus ac per ſe poſſit, externorum ac finitimorum arbitrio conſilium ſibi deligat: in eo haut obſcure Proteſtanteis ſugillans, qui Germanos principes confesſionis Auguſtanae ſocios ſollicitauerant, vt ſe rebus noſtris interponerent, quo legitimum in Gallia conſilium conſtitueretur, tum aperte Proteſtanteis inſectatur et auctorem ſcripti inprimis, quem Architophelem alterum appellat, quaſi harum turbarum ac rumorum auctores, miniſtrosue ſeditionum tubicines vocat, aduerſus quos tanquam ſectarios arma iure ſumi poſſe ac debere dicit, huic libello mox contrarius publicatus eſt, et ad argumenta illius reſponſum et quod ad iura municipalia attinet, ea ad priuatas perſonas, non ad reges ac regni ſuccesſionem porrigi, vel ipſius Tilii, qui ea producit, teſtimonio. Henrici vero exemplum minime ad rem facere: quippe cum Robertus frater eius maieſtatis crimine teneretur, vt qui regnum Henrico eripere conatus fuiſſet; ideoque ſuſpecto illo iure alteri tutelam demandatam fuiſſe, et conſtare annalium noſtrorum fide, Vaſcones quo minus ad regni adminiſtrationem Robertus admitteretur, intercesſiſſe, quod eius fidem ſuſpectam haberent, ſicuti nunc de Guiſianorum fide omnes boni merito dubitant, longe diuerſam eſſe rationem, cum pater liberis tutores teſtamento dat atque cum liberis patre inteſtato mortuo tutores a lege dantur, falſum eſſe, quod de Ludouico iuniore affertur: nam ſi hoc eſſet, nunquam Rhemorum antiſtes regno praefuiſſet: quippe cum Philippus Auguſtus eo tempore, quo pater eius decesſit iam XVI. annum excesſiſſet, fratres vero illius propterea ab hoc munere excluſos fuiſſe, quod partim in vitam ſolitariam concesſiſſent, partim rebus ſuis ipſi ſupereſſe non poſſent, verum neque illud, neque Ludouici VIII. exemplum quidquam ad rem pertinere, quippe cum hi tutores filiis ſuis dederint, idque regni ordines poſſe comprobauerint: at Henricum nu-

nuper mortuum nullos liberis tutores reliquiſſe. ac proinde rem ad regni ordines deuolutam, ex quorum ſententia iuxta regni leges legitimum conſilium conſtitui debeat. iam quod de Ludouico VII. ac IX. *proponatur, qui profecturi in Syriam non proximos adgnatos, ſed plerunque Abbates in Galliae regenteis reliquerint, minus ad rem facere: nam illos, quod teſtamento potuerint, multo magis ſuperſtites facere potuiſſe, porro edictum* Caroli V. *ita tenuiſſe, vt nihilominus non prius* Carolus VI. *regni heres ad publicam adminiſtrationem admiſſus ſit, quam XXII. annos expleuiſſet, contra quam edicto illo ſanciebatur, ſed ad id vsque tempus penes legitimum conſilium, quod ex regni principibus ac proceribus conſtabat, ſummam poteſtatem fuiſſe, atque id ipſum regni ordinum decreto Caeſaroduni conuocatorum obtinuiſſe, proinde non recte facere,* auctorem libri de regis maioritate, *qui cum noſtri iuris maxime peritus ſit, et regia iura tueri debeat ingenio ſuo ad iniuſtam potentiam in publicum exitium ſtabiliendam turpiter abutatur: nec ad id reſpondeat, quod tandem praecipuum vrgeatur, nimirum Guiſianos, vtpote externos ac ſuſpectos, ab adminiſtratione regni remouendos eſſe; ſed eorum mentionem, tanquam ſcopulum maligne praeteruectus, venalem calamum in Proteſtanteis veluti publicae quietis turbatores ſtringat,* Achitophelem *ab ipſo in extremo libro ſuo memoratum verbis et ingenio nauiter exprimens: atque vt ille fidelem populum praepoſtero recti ac iuſti ſtudio ad fundendum ſanguinem accendebat, ſic et ipſe ſeditionibus ac aedibus promiſcuis ducem ſe atque inuentorem praebens, is liber pro tempore Guiſianorum odio in quorum gratiam editus ferebatur in multas reprehenſiones incurrit, qui mox* Carolo IX. *rege puero, mutata rerum facie, in vſum reuocatus fuit* a Michaele Hoſpitalio, *poſtquam factionibus ſciſſo regno, eorum ambitione, qui ſummam potentiam ad ſe trahebant, respublica periclitari coepit tantumque auctoritatis meruit, vt inter conſtitutiones regias referretur.*

tur. Idem THVANVS alio loco (h) de Principibus ſanguinis agens dicit: *cum igitur viderent comitia prono fauore eo deferri, vt ſummum Imperium Nauarro deferretur, quamuis id ſe Catharinae ceſſurum recepiſſet, ex eo ſuſpicione ambitioſae feminae iniecta ad eam ſe adiunxerunt, et in ſuas parteis Nemoroſium, Turnonium cardinalem Santandreanum et Briſſacum pertraxere, itaque rurſus exortis in aula factionibus obuiam a Nauarro itum, qui vltro, vt regni tranquillitati conſuleret, ex Lomuianae conſilio Regni regimen Catharinae detulit, accepto praeſidis per vniuerſum regnum titulo. tum perſcripta tractandorum in aula et a Rege ex Catharinae matris, Nauarri, ac ceterorum regiae ſtirpis principum et aliorum conſiliariorum ſententia decretum XII. Kal. Ian. et prouinciarum praeſides, arcium praefecti et alii belli Duces, qui in aulam venient, cum Nauarro tanquam vniuerſi regni praeſide agant, qui poſtea ad Catharinam referet, ex cuius ſententia, re prius in conſiſtoria agitata, quod ex vſu videbitur, decernatur.* Quibus artibus vero iſta in hoc regimine fuerit vſa ſingulari ſcripto fuit expoſitum (i). Continuabatur haec controuerſia, defuncto Anno MDLX. Franciſco II. ſuccedente fratre Carolo IX. vix XI. annorum, dum Antonius Nauarrenus, tanquam proximior adgnatus, tutelam adfectaret. Tandem Momorantii interuentu, rurſus facta inter Catharinam et Nauarrenum amicitia, conuentum, vt Nauarrus per vniuerſas regiae ditionis prouincias Prorex diceretur, Regina nihil ſine ipſius conſilio et voluntate ageret (k). Catharina vero poſtmodum verebatur, ne Nauarrus compoſitam ſemel de regni adminiſtratione controuerſiam renouaret (l).

§. XXXVIII.

(h) lib. XXVI. p. 787.
(i) Hoc titulo: *Diſcours merveilleux de la Vie, Actions et Departemens de la Reyne Catharine de Medicis* a Paris 1663. 12.
(k) Verba ſunt THVANI lib. XXVII. p. 27.
(l) c. l. p. 28.

§. XXXVIII.

Poſt Henrici IV. mortem A. MDCX. vidua ipſius, Maria Medicaea filii adhuc nouennis Ludouici XIII. tutelam et Regni adminiſtrationem ope primum paucorum miniſtrorum, qui ſibi ipſis ita continuare imperia volebant, per varias artes ſuſpiciebat, de quo GRAMONDVS (m): *Sperabant fore, vt foeminam regerent magis, quam a foemina regerentur. Hinc ſeditiones et bella fore; hinc illis rei priuatae augmentum, quod praecipue amant. Ex voto res vtrisque ceſſit, Contius Princeps ſanguinis ſilet per motum aut negligentiam, iurique renunciat, ſi quod habuit. Sic in regni adminiſtrationem clam vocata regina, palam confirmata.*

§. XXXIX.

Ludouicus XIII. circa tutelam filii minorennis anxius morte propinqua haerebat, variaque animo voluebat. Inſtitutum videbatur Reginae ſummam rerum credere (Chevrenſia, quae principem locum in eius gratia obtinuerat, apud Hiſpanos tunc degebat: Hinc vltro citroque commercia, quae Ludouicus aegre ferebat) Gaſtoni nunquam ſincere animus fratris conciliatus, ſtatutum igitur, neutri committere Regni pondus, ſed eligi decem viros Adminiſtros vtriusque frenandae potentiae. Tandem vltima voluntas teſtamenti tabulis conſignatur (n): Vberius vero hoc negotium et rationes politicas refert LARREY (o) his verbis: *Les plus conſiderables intrigues regardoient la Regence, et ceux qui prentendoient y avoir droit ou y poſſeder les premieres places. Il ſembloit, que la Loi Salique, qui exclut les femmes de la Roiauté, eût auſſi dû les exclure de la Regence. Et en effet l'hiſtoire remarque, qu'il n'y avoit point eu d'exemple qu'une femme eut eu la Regence*

Bbb 2

(m) lib. I. p. 4.

(n) Verba ſunt BERG. PRIOLI lib. I. §. XI.

(o) *Hiſtoire de Louis XIV.* Tom. I. p. 30. Adde LIMIERS *Hiſt. de Louis XVI.* liv. I. p. 61.

tur. Idem THVANVS alio loco (h) de Principibus ſanguinis agens dicit: *cum igitur viderent comitia prono fauore eo deferri, vt ſummum Imperium Nauarro deferretur, quamuis id ſe Catharinae ceſſurum recepiſſet, ex eo ſuſpicione ambitioſae feminae iniecta ad eam ſe adiunxerunt, et in ſuas parteis Nemoroſium, Turnonium cardinalem Santandreanum et Briſſacum pertraxere, itaque rurſus exortis in aula factionibus obuiam a Nauarro itum, qui vltro, vt regni tranquillitati conſuleret, ex Lonuianae conſilio Regni regimen Catharinae detulit, accepto praeſidis per vniuerſum regnum titulo. tum perſcripta tractandorum in aula et a Rege ex Catharinae matris, Nauarri, ac ceterorum regiae ſtirpis principum et aliorum conſiliariorum ſententia decretum XII. Kal. Ian. et prouinciarum praeſides, arcium praefecti et alii belli Duces, qui in aulam venient, cum Nauarro tanquam vniuerſi regni praeſide agant, qui poſtea ad Catharinam referet, ex cuius ſententia, re prius in conſiſtoria agitata, quod ex vſu videbitur, decernatur.* Quibus artibus vero iſta in hoc regimine fuerit vſa ſingulari ſcripto fuit expoſitum (i). Continuabatur haec controuerſia, defuncto Anno MDLX. Franciſco II. ſuccedente fratre Carolo IX. vix XI. annorum, dum Antonius Nauarrenus, tanquam proximior adgnatus, tutelam adfectaret. Tandem Momorantii interuentu, rurſus facta inter Catharinam et Nauarrenum amicitia, conuentum, vt Nauarrus per vniuerſas regiae ditionis prouincias Prorex diceretur, Regina nihil ſine ipſius conſilio et voluntate ageret (k). Catharina vero poſtmodum verebatur, ne Nauarrus compoſitam ſemel de regni adminiſtratione controuerſiam renouaret (l).

§. XXXVIII.

(h) lib. XXVI. p. 787.
(i) Hoc titulo: *Diſcours merveilleux de la Vie, Actions et Departemens de la Reyne Catharine de Medicis* a Paris 1663. 12.
(k) Verba ſunt THVANI lib. XXVII. p. 27.
(l) c. l. p. 28.

§. XXXVIII.

Poſt Henrici IV. mortem A. MDCX. vidua ipſius, Maria Medicaea filii adhuc nouennis Ludouici XIII. tutelam et Regni adminiſtrationem ope primum paucorum miniſtrorum, qui ſibi ipſis ita continuare imperia volebant, per varias artes ſuſpiciebat, de quo GRAMONDVS (m): *Sperabant fore, vt foeminam regerent magis, quam a foemina regerentur. Hinc ſeditiones et bella fore; hinc illis rei priuatae augmentum, quod praecipue amant. Ex voto res vtrisque ceſſit, Contius Princeps ſanguinis ſilet per motum aut negligentiam, iurique renunciat, ſi quod habuit. Sic in regni adminiſtrationem clam vocata regina, palam confirmata.*

§. XXXIX.

Ludouicus XIII. circa tutelam filii minorennis anxius morte propinqua haerebat, variaque animo voluebat. Inſtitutum videbatur Reginae ſummam rerum credere (Chevrenſia, quae principem locum in eius gratia obtinuerat, apud Hiſpanos tunc degebat: Hinc vltro citroque commercia, quae Ludouicus aegre ferebat) Gaſtoni nunquam ſincere animus fratris conciliatus, ſtatutum igitur, neutri committere Regni pondus, ſed eligi decem viros Adminiſtros vtriusque frenandae potentiae. Tandem vltima voluntas teſtamenti tabulis conſignatur (n): Vberius vero hoc negotium et rationes politicas refert LARREY (o) his verbis: *Les plus conſiderables intrigues regardoient la Regence, et ceux qui prentendoient y avoir droit ou y poſſeder les premieres places. Il ſembloit, que la Loi Salique, qui exclut les femmes de la Roiauté, eût auſſi dû les exclure de la Regence. Et en effet l'hiſtoire remarque, qu'il n'y avoit point eu d'exemple qu'une femme eut eu la Regence*

(m) lib. I. p. 4.

(n) Verba ſunt BERG. PRIOLI lib. I. §. XI.

(o) *Hiſtoire de Louis XIV.* Tom. I. p. 30. Adde LIMIERS *Hiſt. de Louis XVI.* liv. I. p. 61.

gence pendant la minorité, ſous la troiſieme Race des Rois de France jusqu'à l'an. MCCXXVI. que Blanche de Caſtille, Veuve de Louis VIII. s'empara de celle qui s'offroit par la minorité de Louis IX. ſon fils, où elle eut aſſez d'habilité et de courage pour ſe maintenir, malgré toutes les ligues faites pour l'en depoſſeder. Depuis ce premier Acte qui autoriſa le Droit ou l'ambition des femmes, on vit une Tante ſe ſaiſir du Gouvernement et de la tutelle du Roi ſon neveu et dans la ſuite Catherine de Medicis eut par deux fois la Regence pendant la minorité de ſes deux fils François II. et Charles IX. Plus nouvellement encore Marie de Medicis avoit été declarée Regente pendant le bas age de Louis XIII. ſon fils. C'etoit une forte raiſon pour la mere de Louis XIV. c'étoit du moins de quoi flater ſes eſperances et apuier ſes pretentions. Mais ſi elle avoit lieu d'eſperer, elle n'avoit pas moins lieu de craindre. La diſpoſition du Roi mourant lui étoit neceſſaire, et elle ne negligeoit rien pour l'obtenir, telle qu'elle la ſouhaitoit, c'eſt-a-dire abſolüe et ſans la partager avec perſonne. Elle n'y rencontroit pas de legeres difficultez. Le Duc d'Orleans ſe declara ſon Competiteur, et aſpiroit au moins à la corregence. Ni l'un ni l'autre n'etoient guere agreables au Roi, et s'il eût ſuivi ſon inclination, ou plutôt ſon averſion, il les auroit exclus tous deux. Le pardon qu'il venoit d'accorder à ſon frere pour le traité d'Eſpagne, qui avoit couté la vie à Cinq Mars, etoit trop recent, pour en avoir oublié ſi tôt l'attentat. Il n'avoit pas meilleure opinion de la Reine, ſoit qu'il la jugeat incapable de toutes affaires, et de plus trop paſſionnée pour ſa Patrie, ſoit qu'il en eut des ſoupçons encore plus injurieux, comme il le declara à Chavigni peu de jours avant ſa mort. Ce ſecretaire d'Etat etant venu de la part de la Reine, pour le prier de lui pardonner ce qui avoit pu lui déplaire dans ſa conduite, et ſur tout de ne pas croire qu'elle eut trempé dans la Conſpiration de Chalais ni dans le deſſein d'epouſer Monſieur, après que Chalais auroit fait mourir le Roi, le Monarque mourant lui fit cette reponſe. En l'etat où je ſuis je lui dois pardonner, mais je ne la dois pas croire. *Il etoit bien mal aiſé que le Roi ainſi prevenu contre la Reine et ſon frere prit une grande confiance ni en l'un ni en l'autre. Il ne l'étoit pas moins de les exclure de la Regence ou la qualité de mere ſembloit appeller la premiere, et ou celle d'oncle faiſoit pretendre l'*

au-

autre. C'étoit encore pis de les nommer Corregens, et on ne pouvoit attendre d'un tel partage que des diviſions funeſtes à l'Etat et au Roi mineur. D'autre côté il n'étoit pas moins dangereux de laiſſer la Regence expoſée aux debats des deux concurrens et des autres Competiteurs, qui pouvoient ſe mettre ſur les rangs : et c'étoit laiſſer le champ ouvert aux factions et aux Guerres Civiles. Que faire donc, et quelle reſolution prendre? Un Roi naturellement dimide, affoibli d'ailleurs par les maladies et par les aproches de la mort n'étoit guere capable de prendre parti de ſon chef. Dans cette perplexité il ſuivit l'expedient que lui propoſa ſon Conſeil ſecret. Trois perſonnes le compoſoient, le Cardinal Mazarin, Chavigni et Des-Noyers. On dit que le dernier, qui avoit fait eſperer la Regence à la Reine, n'aiant puy reüſſir, s'étoit retiré de la Cour. Ainſi cette grande affaire fut négociée par les deux autres, qui amenerent le Roi à leur but. c'étoit d'accorder la Regence à la Reine, mais d'en limiter tellement le pouvoir, qu'elle n'y occupoit qui la premiere place, ſans qu'elle put rien decider qu'à la pluralité des voix de ceux que le Roi lui donnoit pour former le Conſeil, et qu'il nommoit par ſa declaration, à la tête deſquels etoient le Duc d'Orleans et le Prince de Condé. Le Cardinal Mazarin et Chavigni n'étoient pas oubliez, et Des-Noyers, non obſtant ſa retraite, y avoit auſſi ſa place. La declaration fut lue par la Vieville ſecretaire d'Etat le XX. d'Avril dans la Chambre du Roi, qui etoit au lit, en la preſence de la Reine, des Princes du Sang, des grands ſeigneurs du Roiaume, des Miniſtres d'Etat, et des Principaux du Parlement. Enſuite de la lecture, le Roi leur fit un diſcours fort touchant, ſur tout à la Reine, au Duc d'Orleans, et au Prince de Condé, ſans que la Reine fit paroître d'autres mouvemens que ceux de ſa tendreſſe et de ſa douleur. On dit pourtant qu'elle fut tellement ulcerée d'une Declaration, qui lui lioit ainſi les mains, qu'elle en conçut une haine violente contre les Miniſtres qui l'avoient ſuggerée. Mais cette haine ne put tenir long tems contre le principal auteur, c'étoit le Cardinal Mazarin, dont elle crût avoir beſoin, et dont elle fit ſon Corregent plutôt que ſon premier Miniſtre, comme nous l'allons voir. Le Roy vécut encore 24. jours depuis la lecture de la Declaration, qui dés le lendemain fut portée au parlement. Il mourut le 14. de May épuiſé par les frequentes évacuations, abſcés qui avoit corrompu

ſes entrailles. La Reine quitta auſſitôt St. Germain et vint à Paris, irreſoluë encore de ce qu'elle devoit faire pour ſe conſerver la Régence, et s'affranchir de la Déclaration. Quelques-uns propoſoient d'uſer d'addreſſe, pour obtenir peu à peu et ſans faire de bruit la renonciation de ceux, qui lui avoient été donnez, moins pour lui ſervir de conſeil, que pour brider ſon autorité. D'autres lui repreſentérent qu'il falloit autoriſer ſa Régence par un coup d'éclat, aller ſans delai au parlement, et la faire déclarer abſoluë et ſans reſtriction par un Arrêt autentique, qui ſeroit rendu le Roi ſéant en ſon Lit de Juſtice, aſſiſté des Princes et des Officiers de la Couronne. Elle goûta cet avis: mais il y avoit une difficulté: c'étoit l'opoſition qu'on devoit craindre de la part du Duc d'Orleans et du Prince de Condé, qui avoient leurs amis et leurs Créatures dans le parlement. On trouva le moien de les gagner tous deux. Ce ne fut neanmoins qu'après que l'Evêque de Beauvais, qui avoit alors toute la confidence de la Reine, eut promis de ſa part des Gouvernemens à ces deux Princes, et au Duc d'Enguien, qui tout abſent qu'il étoit devoit, être ménagé, parce qu'il étoit à la tête d'une Armée dont les ſuccés importoient extrêmement au nouveau Gouvernement, pour lui atirer par d'heureux préludes l'affection des peuples, et pour réprimer la fierté des Ennemis.

Ces précautions priſes, la Reine ſans perdre de tems fut le 18. de May au Parlement, dont elle obtint tout ce qu'elle ſouhaitoit. Le Chancelier prononça l'Arret (p)*, qui portoit, que le Roi ſéant en ſon Lit de Juſtice, la Regence du Roiaume et l'education du Roi étoit déferée à la Reine, leurs Majeſtez étant aſſiſtées de Monſieur, de Monſieur le Prince, et d'autres Princes, Ducs et pairs et Officiers de la Couronne. Ainſi la Régence fut établie ſans reſtriction, et la Déclaration, qui en limitoit le pouvoir, annullée.*

§. XL.

Qua ratione Ludouicus XIV. Philippo Aurelianenſi Duci Regni adminiſtrationem atque abnepotis ſui tutelam moribundus commiſerit, noſtra nos docuit aetas, de quo

LAR-

(p) Voiez la Réponſe du Comte de BRIENNE ſecretaire d'Etat aux *Memoires de la Comte de la Chaſtre.*

LARREY (q): *Il fit venir le Duc d'Orleans qu'il declara Regent du Roiaume, au lieu de Chef de la Regence comme il l'avoit ſeulement qualifié dans le Teſtament. Il nomma le Duc du Maine Sur-Intendant de l'Education du Dauphin, le Marêchal Duc de Villeroi Gouverneur, et en cas d'incommodité le Duc de Villeroi pour ſuppléer à ſon Pere dans cette charge, Saumeri et Geofreville Sous-Gouverneurs, Fleuri ancien Evêque de Frejus Précepteur, et le Pere le Tellier Confeſſeur. Cette derniére diſpoſition fut changée. Il recommanda le Dauphin et le Roiaume au Duc d'Orleans.* Et paulo poſt *il declara enſuite qu'il ſe déchargeoit du ſoin de l'Etat ſur le Duc d'Orleans, et ordonna de faire ſortir tout le monde excepté ce Prince qui demeura ſeul avec lui. Il lui déclara ſes dernieres volontez et lui recommanda les perſonnes, qui l'avoient ſervi avec Zele, et ceux qu'il avoit aimé.*

§. XLI.

Maria Cliuia in tabulis matrimonialibus inter Ludouicum Ducem Aurelianenſem atque Ioannam Ludouici XI. filiam Ann. MDLXXIII. conceptis (r) vocatur: *Mater, Tutrix, ſiue curatrix ac legitima adminiſtratrix ipſius domini Ludouici, Ducis Aurelianenſis.*

§. XLII.

In Anglia Eduardi III., qui poſt mortem Eduardi II. patris adhuc minorennis erat, tutelam mater Iſabella, Philippi Pulchri Gallorum Regis filia, geſſit, adiunctis ipſi quibusdam regni proceribus, de quo LARREY (s): *Le Parlement tenoit ſes ſeances a Weſtminſter lorsque le jeune Monarque y fut proclamé. Le premier ſoin et le plus important de cette aſſemblée fut d'etablir la Regence. Il paroit par la relation du proces, qu'on fit dans la ſuite a Mortemer, qu'elle fut compoſée de quatre Eveques, de quatre Comtes, et de ſix Barons, mais*

(q) *Hiſtoire de Louis XIV.* T. IX. p. 622. et 626.

(r) Apud DV MONT *corps dipl.* T. III. P. I. p. 463.

(s) *Hiſtoire d'Angleterre* T. I. p. 1658.

mais la Reine Douairiere s'attira toute l'autorité, qu'elle transferoit a ſon cher Mortimer.

§. XLIII.

In eodem Regno Henricus VIII. moriturus Eduardo VI. filio ſuo XVI. conſtituit tutores, de quo SLEIDANVS (t): *filium ab ineunte aetate recte curauerat erudiri, et moriturus, ei conſtituit tutores ad XVI. et in his Eduardum Comitem Herfordenſem, adoleſcentis auunculum. Huic deinde, quod maxime fidelis ei futurus crederetur, praecipua pars tutelae demandata fuit a contutoribus et attributum cognomen honorificum, vt regis atque regni protector diceretur. Acceſsit etiam ducis cognomen, quia ei Sommerſetenſem principatum rex tribuiſſet.* De eadem ſedecim tutorum conſtitutione ſic ſcribit LARREY (u): *Le lendemain on proceda à l'ouverture du Teſtament, on y trouva que Henri avoit nommé pour l'executer, et pour adminiſtrer les affaires pendant la minorité de ſon fils, l'Archevêque de Cantorberi, le Chancelier Wriotheſſey, Mislord ſaint Jean, Grand Maître, Mylord Rouſſel, Guarde du petit ſçeau, le Comte de Hertford, grand Chambellan, le Vicomte de Liſſe, Amiral, Tonſtat Evêque de Durham, le Chevalier Antoine Brown, grand Ecuyer, le Chevalier Guillaume Payet, Secretaire d'Etât, le Chevalier Edoüard North Chancelier, de la Cour des Augmentations, le Chevalier Edoüard Montaigu, Preſident de la Cour des plaidoyers communs, Bromneley l'un des douze Juges du Royaume, les Chevaliers Antoine Denni, et Guillaume Herbert premiers Gentilshommes de la Chambre, le Chevalier Eduard Wotton, Treſorier de la Ville de Calais, et le docteur Wotton, Doyen de Canterburi et d'Yorck.*

§. XLIV.

In Scotorum Regno tutela legitima antiquisſima lege fuit

(t) lib. XVIII. p. 566. THVANVS lib. III. p. 56.
(u) Tom. II. p. 547. 548.

fuit definita, de qua BVCHANANVS (x): *Ferguſio defuncto, duo filii ſed nondum regni potentes reſtabant, Ferlegus, et Mainus. Eo factum eſt, vt Phytarchis ad prodendum regem coeuntibus, magna contentione res tranſigeretur, aliis iusiurandum iactantibus, quo adacti erant, regnum ſtirpi Ferguſianae ſe conſeruaturos: aliis, quanta domi forisque rege puero inſtarent pericula, commemorantibus. Tandem, poſt longam diſceptationem, ratio inita eſt, qua nec puer, aetate nondum regno matura imperaret, nec iureiurando fraus fieret, vt videlicet regnum, liberis nondum adultis, propinquorum, qui maxime videretur regno idoneus, is rerum ſummae praeficeretur. Eo mortuo, regni ſucceſſio ad Regis ſuperioris liberos perueniret. Haec poſtea perpetua lex valuit per annos fere MXXV. vsque ad Kennethum tertium.* De hoc Kennetho vero idem dicit (y): *Lex eſt a Kennetho rege, non minus prudentia et conſilio quam belli gloria claro ante quingentos amplius annos lata, et ab omnibus regni ordinibus accepta et vſu tot annorum ad hunc vsque diem probata, vt rege pupillo coeant ordines, virumque prudentia et opibus primarium eligant, qui Regis tutelam gerat, eoque nondum regni potente res adminiſtret.*

§. XLV.

De Tutela foeminea multa apud Scotos olim controuerſia, an locum habere poſſit. Mortuo enim A. MCDLX. Iacobo II. Scotorum Rege, eius vidua Maria, Arnoldi Geldriae Ducis filia, pro filio Iacobo III. puero tunc ſeptenni tutelam petebat (z). Conuentus igitur Edemburgum indicebatur: *Ad eum cum frequentes ſeſe contuliſſent, multitudo in duas factiones ſeceſſit: pars enim Procerum reginam ſequebatur: et longe plures Iacobum Kennedum, et Georgium Du-*

(x) *Rer. Scot.* lib. IV. p. 100.
(y) lib. XII. p. 419.
(z) BVCHANANVS lib. XII. p. 417.

Duglasſium, Anguſiae comitem, alterius factionis principes: Regina diuerſabatur in arce, epiſcopus et comes in Coenobio ſanctae Crucis, in ſuburbio extremo, ad orientem verſo. Cauſa disſenſionis erat, quod regina tutelam regis ſe penes eſſe aequum exiſtimabat: contra pars altera, ex vniuerſis ad eam curam, eligendum maxime idoneum, alteris maternum nomen et propinquitatem, alteris vetuſtam legem perpetua conſuetudine confirmatam iactantibus (a). *Poſt tertium conuentus diem, regina cum ſuis ex arce deſcendit atque a ſua factione ſe tutricem regis, et regni procuratricem decerni curat atque in arcem redit. Id cum reſciſſet Kennedus, cum ſua factione in forum aduolat, et multitudini, quae frequens accurrerat, declarat longa oratione,* ſe, ſuosque nihil aliud, quam publicum emolumentum, et veterem inſtitutorum obſeruationem ſpectare contra aduerſarios, priuatis cuiusque commodis duci. Id ſe perſpicue oſtenſurum, ſi quando liber diſceptandi locus ſibi detur. *Haec vbi locutus eſt, in diuerſorium cum ſuis ſe recipere coepit, ac non longe a foro aberat, cum alteram factionem audit armatam deſcendere. Id vero intolerandum ratus*, Duglasſius, *vt minis paucorum fortiores cederent, ac fugae inſtar eſſet receptus, vix a Kennedo retineri poterat, quin portam vrbis proximam inuaderet, atque inermis, cum armatis congrederetur: ac niſi tres epiſcopi: Glaſcuenſis, Gallouidianus et Dumblanenſis, tumultu exciti interueniſſent, vix indignatio ſiſti poterat, quin ad manus ventum foret. Epiſcopis interpretibus res ita tum compoſita eſt, vt in menſem eſſent induciae Ducibus, vtcunque ſedatis, multitudo tamen nullo imperio cohiberi poterat, quo minus iram et indignationem verborum aſperitate ex-*

pro-

(a) Intelligebant Kennethi III. legem, qui ſtatuerat, vt rege impubere tutor, qui pro rege eſſet, interea eligeretur, vir prudentia et opibus inſignis, qui ad quartum decimum vsque annum, regis nomine, rem adminiſtraret. Ad id aetatis vbi rex peruenerit, ipſe ſibi curatores eligere poſſet.

promeret: reginae poſtulationem regno eſſe turpem, nec ipſi ſatis decoram: eone recidiſſe veterum Scotorum virtutem, vt in tot virorum millibus nemo inueniatur dignior, quam femina, qui rem Scoticam adminiſtraret! qui ei genti imperet! qui maiorem vitae partem in armis tranſigat! quam ſpem tandem fore, qui regibus parum ſtrenuis non vsquequaque tractabiles eſſent, eos foeminae peregrinae obtemperaturos? in huncne finem tot labores exantlatos, tantum ſanguinis per tot annos terra marique fuſum, vt homines in armis nati et educati, ſe in muliebrem ſeruitutem ſponte dedant! quid futurum, ſi Angli, quod ſaepe alias fecerunt, vltum accepta detrimenta cum magnis exercitibus veniant! quem ſignum pugnae propoſiturum! quem in aciem ducturum! quem leges belli pacisque daturum, et accepturum! *Haec inter ſe in omnibus ſtationibus pasſim vulgus hominum libere iactabat. Verum menſe exacto, paulum pacatioribus animis, cum finitis induciis iterum eſſet conuentum, regina pro ſua cauſa haec fere afferebat:* Cum ſuperioris anni adminiſtrationem non ipſa vi vſurpaſſet, aut in eum locum, repugnante nobilitate irrupiſſet, ſed omnium concordi aſſenſu, iure ſuo fuerit vſa, ſe moleſte ferre, nullo praetento crimine de gradu deiici: caeterum ſi, quod ſolet, in tutelis propinquitas ſpectetur, neminem matre propinquiorem: ſi regis incolumitas, neminem fideliorem: e regis enim morte aliis aliam ſpem eſſe: nihil ad ſe praeter luctum et orbitatem redundaturum: ſin vtilitatis publicae ratio ducatur, ſe peregrinam eſſe, nullis amicitiis inimicitiisue illigatam: quod in iis, qui rempublicam capeſſerent, in primis eſſet ſpectandum: quod non modo procul a vitiis eorum vita debeat eſſe, ſed etiam quam paucisſimas earum libidinum cauſſas habere, quae animum in iudicando transuerſum agere ſoleant:

leant: aliis parentum, propinquorum, affinium eſſe opes: quorum praeſidio freti, vel delicti excuſationem, vel faciliorum veniam ſperare poſſint. Interdum etiam cogi, vt ad eorum libidinem ſuas actiones accommodaret: ſibi vero in ſola innocentia ſpem defenſionis fore: vnum enim eſſe filium, quem ſpectaret: cuius omnia emolumenta cum ſuis vtilitatibus eſſent coniuncta. Haec niſi reſpiceret, ſe priuatam, cum omnium gratia libentius et felicius etiam victuram, quam in corrigendis delictis omnium malorum ſubituram inimicitias, et in bonorum offenſiones interdum incurſuram. Neque nouum videri debere, ſi femina alieni regni procurationem petat, cum non modo in Britannia, ſed in maximis etiam et potentiſſimis continentis regionibus feminae regnarint: et ita regnarint, vt adminiſtrationis earum ciues non poenituerit. *Haec cum dixiſſet, multorum ſecutus eſt aſſenſus, partim eorum, qui futurae gratiae locum apud eam praemuniebant, partim, qui alienae inuidiae fructum ad ſe peruenturum ſperabant. Neque deerant, qui praua libidine, ſi electio ex omnibus fieret, ne, velut parum idonei praeterirentur, malebant reginam omnibus, quam alios eiusdem ſecum, aut ſuperioris Ordinis praeferri. Nobilitatis vero pars incorruptior, cum et vultu et verbis orationem reginae aſpernarentur omnem coetum vehementer mouit Iacobi Kennedi, archiepiſcopi Fani Andreae, auctoritas et oratio, quem in hunc modum locutum accepimus:* MAXIME vellem, proceres clariſſimi, vt qui de omnium ſalute verba facere inſtituunt, ſine ſingulorum offenſione libere ex animi ſententia loqui et poſſent, et vellent. Nunc vero, cum, quae ad publicam vniuerſorum dicuntur vtilitatem, ad priuatam rapiantur contumeliam, difficile eſt, ita modum inter diuerſa ſtudia, et pugnantes ſententias tenere, vt non in alterius partis offenſionem incurras. Quod ad me at-

attinet, ita moderabor orationi meae, vt nemo de me queri poſſit, niſi ſuum prius flagitium fateatur: libertate vero a maioribus accepta, ita modeſte vtar, vt nec cupide quenquam laedere voluiſſe, nec per timorem, aut ambitionem, quae ad praeſentem faciunt conſultationem, praeteriiſſe videar. Duas omnino ſententias eſſe video, quae concordiam noſtram remorentur. Altera cenſet, in re, quae ad omnium vtilitatem pertinet, ex omnibus electionem fieri debere, et, quemadmodum omnes, ad ferenda ſuffragia, de re, quae totius regni ſalutem complectitur, coimus, ita neminem a ſpe honoris aequum eſſe excludi, quin virtute, et honeſtis artibus eo contendat. Altera, reginae clariſſimae principi, et lectiſſimae feminae iniuriam fieri putat, niſi in filii ſalute tuenda, et regno adminiſtrando, caeteris omnibus praeferatur. Harum ſententiarum cur priorem magis probem, dicam poſterius. Aliorum tamen conſilium hactenus probo, quod parum e dignitate reginae putant, vt quisquam alius cum ea in contentionem de honore veniat, ne auctoritas eius, quae vt eſt, ita omnibus eximia haberi debet, cum inferioribus collata imminui videatur. Quod ſi de honore vnius, et non de omnium ſalute hic eſſet diſceptatio, ego quoque facile ac lubens ad deorum ſententiam accederem: verum cum de eo ſtatuendum ſit hodie, quod omnium priuatorum vitam et fortunas, quod totius regni incolumitatem complectitur, huic vni cogitationi omnes ſingulorum rationes concedere oportet. Quare eos etiam atque etiam moneo, vt ita reginae ſtudeant dignitati, ne legum, ne veterum inſtitutorum, ne ſalutis omnium interea obliuiſcantur: nam ſi oſtendere poterunt: et legibus licere, et publice expedire, vt regis tutela, et rerum adminiſtratio penes reginam ſit, me quoque ſuae ſententiae aſtipu-

leant: aliis parentum, propinquorum, affinium eſſe opes: quorum praeſidio freti, vel delicti excuſationem, vel faciliorum veniam ſperare posſint. Interdum etiam cogi, vt ad eorum libidinem ſuas actiones accommodaret: ſibi vero in ſola innocentia ſpem defenſionis fore: vnum enim eſſe filium, quem ſpectaret: cuius omnia emolumenta cum ſuis vtilitatibus eſſent coniuncta. Haec niſi reſpiceret, ſe priuatam, cum omnium gratia libentius et felicius etiam victuram, quam in corrigendis delictis omnium malorum ſubituram inimicitias, et in bonorum offenſiones interdum incurſuram. Neque nouum videri debere, ſi femina alieni regni procurationem petat, cum non modo in Britannia, ſed in maximis etiam et potentisſimis continentis regionibus feminae regnarint: et ita regnarint, vt adminiſtrationis earum ciues non poenituerit. *Haec cum dixiſſet, multorum ſecutus eſt aſſenſus, partim eorum, qui futurae gratiae locum apud eam praemuniebant, partim, qui alienae inuidiae fructum ad ſe peruenturum ſperabant. Neque deerant, qui praua libidine, ſi electio ex omnibus fieret, ne, velut parum idonei praeterirentur, malebant reginam omnibus, quam alios eiusdem ſecum, aut ſuperioris Ordinis praeferri. Nobilitatis vero pars incorruptior, cum et vultu et verbis orationem reginae aſpernarentur omnem coetum vehementer mouit Iacobi Kennedi, archiepiſcopi Fani Andreae, auctoritas et oratio, quem in hunc modum locutum accepimus:* MAXIME vellem, proceres clarisſimi, vt qui de omnium ſalute verba facere inſtituunt, ſine ſingulorum offenſione libere ex animi ſententia loqui et poſſent, et vellent. Nunc vero, cum, quae ad publicam vniuerſorum dicuntur vtilitatem, ad priuatam rapiantur contumeliam, difficile eſt, ita modum inter diuerſa ſtudia, et pugnantes ſententias tenere, vt non in alterius partis offenſionem incurras. Quod ad me

at-

attinet, ita moderabor orationi meae, vt nemo de me queri posſit, niſi ſuum prius flagitium fateatur: libertate vero a maioribus accepta, ita modeſte vtar, vt nec cupide quenquam laedere voluiſſe, nec per timorem, aut ambitionem, quae ad praeſentem faciunt conſultationem, praeteriiſſe videar. Duas omnino ſententias eſſe video, quae concordiam noſtram remorentur. Altera cenſet, in re, quae ad omnium vtilitatem pertinet, ex omnibus electionem fieri debere, et, quemadmodum omnes, ad ferenda ſuffragia, de re, quae totius regni ſalutem complectitur, coimus, ita neminem a ſpe honoris aequum eſſe excludi, quin virtute, et honeſtis artibus eo contendat. Altera, reginae clarisſimae principi, et lectisſimae feminae iniuriam fieri putat, niſi in filii ſalute tuenda, et regno adminiſtrando, caeteris omnibus praeferatur. Harum ſententiarum cur priorem magis probem, dicam poſterius. Aliorum tamen conſilium hactenus probo, quod parum e dignitate reginae putant, vt quisquam alius cum ea in contentionem de honore veniat, ne auctoritas eius, quae vt eſt, ita omnibus eximia haberi debet, cum inferioribus collata imminui videatur. Quod ſi de honore vnius, et non de omnium ſalute hic eſſet diſceptatio, ego quoque facile ac lubens ad eorum ſententiam accederem: verum cum de eo ſtatuendum ſit hodie, quod omnium priuatorum vitam et fortunas, quod totius regni incolumitatem complectitur, huic vni cogitationi omnes ſingulorum rationes concedere oportet. Quare eos etiam atque etiam moneo, vt ita reginae ſtudeant dignitati, ne legum, ne veterum inſtitutorum, ne ſalutis omnium interea obliuiſcantur: nam ſi oſtendere poterunt: et legibus licere, et publice expedire, vt regis tutela, et rerum adminiſtratio penes reginam ſit, me quoque ſuae ſententiae aſtipula-

latorem habebunt: ſin vero eorum oratio ſit publicè perniciofa, et ad legum omnium interitum, et reginae contumeliam ſpectet, hanc mihi veniam primum a regina, deinde ab omnibus bonis datum iri ſpero, vt ſalua et ſacroſancta (quoad per leges et inſtituta maiorum licet) reginae auctoritate non celem, quid ſentiam: aut potius vt id libere dicam, quod ſine ſummo ſcelere tacere non poſſum. Atque vt a legibus incipiam: lex eſt a Kennetho rège, non minus prudentia et conſilio, quam belli gloria claro, ante quingentos amplius annos lata, et ab omnibus regni ordinibus accepta, et vſu tot annorum ad hunc vsque diem probata, *vt rege pupillo coeant Ordines virumque prudentia, et opibus primarium eligant, qui regis tutelam gerat, eoque nondum regni potente res adminiſtret.* Haec lex etſi ad Kennethum, velut auctorem, referatur, mihi tamen non tam primus eam tuliſſe videtur, quam vetuſtam Scotorum conſuetudinem, noua ſanctione confirmaſſe: maiores enim noſtri adeo erant a cura publica mulieribus mandanda alieni, vt, ſi omnia rerum vocabula excutias, ne muliebris quidem imperii nomen apud eos inuenias: quorſum enim ei rei nomen impoſuiſſent, cuius ipſi nullum penitus vſum habuiſſent, nec in poſterum vllum fore ſperabant: Quas enim reginas alii ſuo quisque ſermone nos regnum vxores appellamus: nec altioris faſtigii nomen vllum in eis agnoſcimus: voluerunt enim, opinor, viri prudentes, vt illae, quoties mentionem ſui fieri adirent, ex adiuncto viri nomine ſe viris obnoxias eſſe meminiſſent, itaque ad hunc vsque diem nullum muliebre imperium, nulla publica procuratio fuit. In moribus quoque magiſtratibus, et mandandis, et exercendis, eundem plane morem conſtantisſime obſeruarunt. Nam multi honores, atque in his iurisdictiones, propter ingentia

er-

erga patriam merita, etſi ad pleraſque iure hereditario peruenerint, ac ſaepe feminis dotales ceſſerint, nunquam tamen ad memoriam vsque noſtram proditum eſt, feminam, aut in publico conſilio praeſediſſe, aut ius dixiſſe, aut eorum, quae propria virorum creduntur, vllum munus vſurpaſſe. Quod inſtitutum cum maiores noſtri nullis obſtricti legibus, tam conſtanter obſeruarint, naturae tantum inſtinctu impulſi, ſi nos eorum poſteri, aduerſus legem omnium ſuffragiis acceptam, et tam longo vſu probatam, in manifeſtum periculum ſtatum publicum praecipitemus, quis non a temeritatis dico, ſed inſaniae nos infamia vindicabit! praeſertim cum exemplis propinquis admoneamur. Saxones enim, ob vnius Ethelburgae ſcelus, lege cauerunt, ne vlla deinceps regis vxor regina vocaretur, aut in ſede honoris in publico rege aſſideret. Quaeſo igitur diligenter expendite, quantum ab eorum prudentia degenerent, qui aduerſus legem tam vetuſtam, tam feminis vtilem, quam viris honorificam, clauum reipublicae eis committant, quibus maiores noſtri nunquam nomen regium indulſerunt: vicini etiam honoris illius vocabulum ademerunt. Aliae nationes aliter conſueuerunt: quo ſucceſſu dicam poſtea, modo prius eis reſpondeam, qui hanc legem non audent publice calumniari, in mulierum autem conuenticulis, tamquam iniquam arguunt. Verum quisquis eſt, qui eam reprehendit, non ille ſanctionem aliquam hominum modo ſuffragiis comprobatam, ſed naturam ipſam, hoc eſt, legem illam primariam, a Deo in animos noſtros inciſam, velle reprehendere videtur: Naturam, inquam, quam noſter legiſlator in hac roganda, ducem et conſiliorum ſuorum rectricem habuit. Natura enim ab initio non modo viros a feminis, animi corporisque viribus diſcreuit, ſed ſua cuique ſexui munia, ſuas vir-

virtutes, genere quidem easdem, gradu vero longe diuerſas attribuit: nam, qui minus indecorum ducere, ſignum pugnae proponere, quam viro lanam, colem, telam caeteraque muliebris infirmitatis tractare miniſteria, quae in viris liberalitas, fortitudo, ſeueritas, in muliere profuſio, veſania, crudelitas habetur; contra, quod in femina elegans, come, venuſtum, in viris fractum, elumbe, putidum iudicatur. Haec naturae ſponte diſtincta, qui permiſcere et confundere conantur, nonne vobis videntur omnem regni ſtatum, legibus et inſtitutis optime formatum, non perturbare, ſed omnino euertere: cum muliebre imperium nobis probare contendunt, cuius ne nomen quidem vllum noſtri maiores habebant! Huius enim (vt dixi) legislator non tam in ea condenda nouum ius attuliſſe videtur, quam perpetuam maiorum conſuetudinem literis, ad poſteritatis memoriam conſignaſſe: et quod in rege creando, natura duce, ſemper fuerat vſurpatum, id in regio quoque tutore creando, publica auctoritate obſeruandum conſecraſſe. Hanc qui labifactare conantur, quod aliud moliuntur, quam vt omnes leges, ritus, conſuetudines maiorum, vna lege violanda, ſemel euertant! Neque ego (ne quis id calumnietur) leges omnes, vel, vt in aeternum latas arbitror immutabiles; alia aliarum eſt ratio, alia vis, alia conditio: quae enim ad temporum viciſſitudines accommodantur, eae fortunae, inconſtantiae ſunt obnoxiae: tamdiu durare ſolent, quamdiu manet, quae eas impoſuit, neceſſitas; et quae per vim tyrannorum obtrudentur cum ſuis auctoribus fere vna tolluntur. At naturae vim illam, quae viua quodammodo lex eſt, et a Deo condita in animosque hominum inciſa, et penitus impreſſa, nullius multitudinis conſenſus, nulla hominum decreta abolere poſſunt. Non enim (vt egregium poetam di-

dixiſſe ferunt) heri aut hodie nata eſt, ſed cum ipſa rerum natura vna viget, conſeneſcit et interit. Quo e genere cum haec noſtra in primis lex ſit, non oppugnat reginae dignitatem, qui cupit, vt ipſa vltro ſibi praeſcribat metas, quas natura ſtatuit, ſexus poſtulat, conſuetudo affirmat, et omnium pene gentium conſenſu latae leges opprobant: ſed qui ſui eam obliuiſci iubent, et omnia iuris vincula perrumpere, ordinemque rerum a Deo inſtitutum vſu receptum, et in omnibus bene moratis ciuitatibus probatum perturbare ſuadent: eum ordinem quicunque negliget, graues non hominibus, ſed Deo ſuarum legum vindici, exſoluet poenas. Nam ſi mortem lex diuina minatur viro, muliebrem, aut mulieri virilem veſtem induenti: quod ſupplicium ſatis pro magnitudine ſceleris graue eis irrogabitur, qui adulatione praepoſtera totam naturae vim, et perpetuam Dei conſtitutionem euertant! Vultis intelligere, quam iſti aſſentatores non ex animi ſententia loquantur! in conuentu publico dicere ſententiam, iuri dicundo praeeſſe, leges rogare, aut abrogare! Haec ſingula etſi per ſe ampla ſunt, quantula tamen portio ſunt adminiſtrationis publicae! Cur ergo eorum vxores hic nobiſcum non conſultant! iudiciis praeſident! leges ſuadent, aut diſſuadent, cur non domi ſuae ipſi rem familiarem procurant! et vxores in caſtra mittunt! Quod ſi, quibus rem familiarem committere vix audent, ne dum minimae negotii publici parti pares eſſe exiſtiment, eas noſtris imponere volunt ceruicibus, videre, quam ſibi conſtent: ſin ipſi infirmitatis ſuae ſibi conſcii, idem ſentiunt, quod loquuntur, ſed pudore magis quam iudicio cohibentur, deſinant male ſperare de aliis, qui ſua, hoc eſt virorum officia implere et volunt, et

pos-

poſſunt. Sin (quod magis reor) hoc aſſentationis genere ſe reginae gratificaturos putent, eos admoneo et hortor, vt falſam iſtam de Principe ſummae prudentiae deponant opinionem: nec eam adeo rerum ignaram credant, vt, quod aliis feminis eſſet turpisſimum, in eo ſuae dignitatis aut incrementum vllum, aut ornamentum ineſſe arbitretur. Inuitus in hanc orationem ingredior. Itaque cum princeps illuſtrisſima de vniuerſo regno ita ſit promerita, vt nihil audire debeat, quod animum ejus aut aures offendere posſit, omittam, quae in ſexus contumeliam ab improbis iactari audio, et virtutum, quae reginae ſunt propriae, potius vſurpabo memoriam. Hae enim cum plurimae ſint et in primis illuſtres, nulla tamen maiorem ei apud omnes commendationem et laudem conciliauit, quam modeſtia: ea enim iſtius ſexus ita propria exiſtimatur, vt in priuata plerumque vita alia aliarum vitia vel omnino texerit, vel certe obſcurarit. In principe vero noſtra, cuius ob fortunae generisque claritatem, nullum dictum factumue in obſcuro eſſe poteſt, ita haec praelucet, vt eius commendatione caeterae virtutes gratiores fieri videantur. Cum ea igitur mihi longa oratione non eſt opus, ſed tantum, vt admoneam et horter, vt, quam ſemel ad decus et gloriam ingreſſa eſt viam, eam conſtanter teneat: neu cuiusquam aſſentationi ita ſe praebeat, vt ſui obliuiſcatur: malitque certum, et multis experimentis probatum iter ad laudem et immortalitatem inſiſtere, quam per ancipitia et intuta progrediendo, ante actae vitae decus et ſplendorem in diſcrimen mittere. Vobiſcum mihi omnis diſceptatio, qui vel inuidia erga meliores, quos, ne vobis anteponantur, timetis, vel praua ambitione apud bonam principem futurae gratiae fundamenta iacitis. Dicam igitur, regina clarisſima, fretus

tua

tua prudentia, quod ſentio et libere dicam. Iſti non te, ſe tuam fortunam alloquuntur: et dum reginam cogitant: eandem quoque feminam eſſe, obliuiſci videntur. Cum feminam dico (ne quis contumelioſe id dictum interpretetur) hominem dico, cui natura cum plurima dederit blandimenta, et indulgentiae ſuae munera, nonnulla etiam admiſcuit (vt pulcherrimis quoque, et precioſisſimis rebus ſolita eſt) infirmitatis incommoda: ideoque non ſui, protegendi ſatis potentem, in aliena voluit eſſe cuſtodia: adeoque in alios imperium non dedit, vt leges, naturam imitatae, in perpetua parentum, fratrum, maritorum tutela feminas eſſe iuſſerint. Neque hoc ad earum eſt excogitatum ignominiam, ſed infirmitati inuentum remedium: nam cum eas negotiis, quibus ſunt impares, arcet, beneficium eſt conſulentis pudori, non honori, detrectantis contumelia. Non commemorabo, quam aegre cohibeat eas maritorum diligentia, et parentum auctoritas: non recenſebo, quo, ſoluta vinculis, quarundam licentia proruperit. Ea tantum dicam, non quae cauſa praeſens offert, ſed quae exigit; et quae ſine fraude publica tacere non poſſum: ſi qua in eo ſexu ſunt priuatim noxia, ea maritis et propinquis curae ſint: quae publice obeſſe poſſunt, ea leuiter attingam. Nunquam ab hoc ſexu animi magnitudo poſtulata eſt (habent certe feminae ſuas virtutes.) Sed haec, de qua loquor, inter viriles, non muliebres, ſemper connumerata eſt: deinde, quo magis ob naturae imbecillitatem animorum moribus ſunt obnoxiae, eo quoties legum frenos licentia perruperit, longius progrediuntur, difficilius reuocantur, ad modeſtiam vix vnquam redeunt: quippe, morborum et remediorum iuxta impatientes. Quod ſi quae inter eas fortiores videntur, eo ſunt magis periculoſae, quod ve-

hementiores habeant impetus: et quae taedio ſexus foeminam ſemel exuerunt, etiam vltra curas viriles licentiam extendere volent. Nam vbi modum finemque, a natura poſitum, ſemel tranſieris, quicquid vltra eſt, infinitum eſt, nullo capiendi aut audendi tibi relicto termino. Ad hanc etiam naturae infirmitatem accedit, quod quando quisque ſui minorem habet fiduciam, tanto facilius aliorum dicta et facta ad ſuam contumeliam accipit: vehementius iraſcitur, aegrius pacatur: immoderatius vindictam exercet: et velut contemtum ſui vlciſcitur. Haec omnia quam ſint magiſtratum gerentibus aduerſa, nemo veſtrum opinor, ignorat. Iſta ſi quis a me confingi putat, apud animum ſuum reputet, quanta cum rerum perturbatione Ioanna Neapolitana non ita pridem imperauerit. Reuoluite priſcorum temporum hiſtorias. Non commemorabo Aſſyriam Semiramidem, non Cappadocem Laodicem, monſtra ſunt iſta, non feminae, Palmyrena illa Zenobia, omnium ore celebrata, Parthorum victrix, imperii Romani propugnatrix, tandem victa, capta, triumphata, ſe, regnumque ſuum, ab Odenato marito auctum et illuſtratum, vno momento euertit. Sed nec illud quidem praeterire tacitus poſſum, cuius in alienae rei procuratione, in primis ratio ducenda eſt, ne videlicet ſummum imperium ei hominum generi committamus, a quo male obiti negotii ratio exigi non poteſt. Nihil ego neque reginae ingenio, neque fidei, neque induſtriae detraho: ſed ſi quid (quod plerumque accidere ſolet) aliena etiam fraude geſtum fuerit ſecus ac publica vtilitas, aut, quem tenebit, loci dignitas poſtulet, quam multam a regis matre exigemus aut quam expetemus poenam! apud quos rerum geſtarum ratio repoſcetur! apud muliebre concilium in gynaeceo, de ſumma rerum conſultabitur! vos

ibi

ibi decretis aut ſinguli ſubſcribetis, aut vniuerſi auctores eritis, et quam vix inermem, legibus et moribus nobis obnoxiam cohibere nunc poteſtis, auctoritate veſtra ſemel armatam muliebrem impotentiam ſuſtinebitis! Neque hoc eo a me dictum exiſtimate, quod quicquam tale a femina lectisſima, et omnium longe modeſtisſima metuam: ſed quod nobis, quibus omnia adhuc in manu ſunt, turpe ducam, ſpem noſtrae incolumitatis, qua nobis ipſis debere poſſumus, in aliena poteſtate collocare.

§. XLVI.

Iacobi IV. adhuc minorennis tutelam ex teſtamento mariti geſſit Margaretha, Henrici VII. Anglorum Regis filia, quod male ſibi conſcius BVCHANANVS pro primo habet imperii muliebris exemplum, dum ita ſcribit (b): *Ex teſtamento Regis, quod profecturus ad bellum fecerat, decretum erat, vt ea, quam diu coelebs maneret, ſummae rerum praeeſſet. Id etſi praeter morem patrium, et primum imperii muliebris exemplum apud Scotos fuit, tamen inopia virorum fecit, vt tolerabile plerisque, ac maxime pacis cupidis videretur.*

§. XLVII.

Apud Danos, dum defuncto Fridleuo rege, filius Frotho VII. annos natus, concordi Danorum arbitrio fuit ſurrogatus, qui tamen infantiam Regis a tutoribus excipiendam duxerunt, ne ob principis pueriliitatem rerum excideret ſumma (c). Poſt Erici Patris mortem, rerum potiebatur Canutus, quem alii padium, alii hirſutum fuiſſe cognominatum, tradunt (d), huius infantia manente, regni pupillique tutor expoſcitur (e).

 §. XLVIII

(b) lib. XIII. p. 484.
(c) SAXO GRAMMATICVS lib. V. p. 672.
(d) lib. I. p. 22.
(e) SAXO lib. IX. p. 178.

§. XLVIII.

Ericus VIII. dictus Menwed Danorum duodecennis erat, dum pater, Henricus VII. A. MCCLXXXVI. occideretur, ideoque ſub matris atque Ducis Sleſuicenſis tutela fuit conſtitutus, de quo IO. ISAACIVS PONTANVS (f): *Vix duodecennis rebus adminiſtradis admotus, matrem cum regni proceribus a conſiliis habuit. Quorum mater etiam hoc effecit, vt Dux Sleuicenſium Valdemarus ei ac regno tutor daretur quamuis iam ante vt modo relatum, eum pater Ericus captiuum detinuiſſet.* Verum anno aetatis decimo quarto regni adminiſtrationem ſuſcepit, de quo PONT. ad an. 1288. (g): *Hinc regis coronatio ipſo die natiuitatis dominicae, cum ageret iam annum XIV. regium in morem celebratur. Tum et coeptum tractari per matrem eius de connubio.* Olaus VI. A. MCCCLXV. natus auo materno Waldemaro III. ex ordinum regni ſuffragiis in Daniae Regno anno aetatis XI. ſucceſſit; licet Margaretha mater ipſi data fuerit tutrix atque Regni adminiſtratrix, ita tamen, vt omnia ipſius nomine fierent. Poſtea tamen anno aetatis decimo quarto Daniae, atque A. MCCCLXXXI. anno aetatis decimo ſexto Norwegiae regimen ſuſcepit.

§. XLIX.

In Suecorum Regno, ita circa mortem d. XII. Febr. MDCLX. inſecutam, diſponente Carolo Guſtauo Rege, filii Caroli XI. tutelam, adhibitis Regni Proceribus geſſit mater Hedwiga Eleonora, de quo PVFFENDORFIVS (h):

Igi-

(f) *Rerum Danic.* lib. VII. p. 375.

(g) lib. VII. p. 375.

(h) *Hiſtoria Caroli Guſtaui* lib. VII. §. II.

Igitur educatio, et tutela Filii, ſimul regni cura, cum conſilio ſenatus exercenda, conferebatur in Reginam Hedwigam Eleonoram et quinque viros, ſuprema in regno munera gerentes, Drozetum, Archiſtrategum, Archithalaſſum, Cancellarium, et Theſaurarium. Circa quos ita diſponebatur, vt Regina quidem in regimine praeſidis vicem obiret, ac duo ſuffragia haberet, quamdiu quidem ad ſecundas nuptias non tranſiret. Proximus ab ea locus aſſignatus fratri Regis Adolfo Ioanni, Palatino, in quem Archiſtrategi functio collata. Petrus Brabaeus Drozeti, Carolus Guſtauus Wrangelius Archithalaſſi dignitatem iam antea geſſerant. Sed cancellarii munus tunc magno Gabrieli Gardio Theſaurarii Hermanno Flemingio commiſſum. Addebatur grauis admonitio, vt omni cum fide atque diligentia operam dent, quo tantus pupillus ſincerae religionis ſcutis atque ſenſu, ſimul omnibus virtutibus Rege, ac Chriſtiano dignis imbuatur, tum negotia regni per minorem Filii aetatem ita tractent, vt ſuam adminiſtrationem Deo, totique orbi ac praecipue vniuerſis Sueciae ordinibus adprobare queant. Poſt tamen, conuentu ordinum Holmiae habito, circa teſtamentum id mutatum eſt, vt Adolfus Ioannes Palatinus e tutorum numero ac omni parte regiminis excluderetur, ac Archiſtrategi munus in Laurentium Raggium conferretur, velut inter ſupremos Duces Suecicos vetuſtiſſimum. Circa edicta vero hic mos obtinuit, vt eadem atque Priuilegia Regio quidem nomine fuerint publicata, ſed mater ſola cum reliquis regni tutoribus ſubſcripſerit, Regis ſubſcriptione penitus omiſſa, ſaltim eius ſigillo adiecto. Huc pertinet Regium illud Edictum, de nauibus armatis praeſidiariis inſtituendis, quod integrum exhibet IOANNES LOCCENIVS (k) atque ita incipit: *Nos Carolus Dei gratia Sue-*

(k) De *Iure Maritimo* lib. II, c. II. Fin.

Suecorum, Gothorum et Vandalorum Rex hereditarius Magnus Princeps Finlandiae etc. etc. *notum facimus* et vbi reliqua omnia ſolius Regis nomine diſponuntur et mandantur, in fine autem huius Edicti haec ſubiecta leguntur: *In maiorem rei fidem haec regio noſtro ſigillo, et honoratisſimae ac dilectisſimae noſtrae dominae matris et ceterorum noſtrorum regiminis ſubſcriptione confirmari curauimus.* Datum Stockholmiae d. XXI. Maii MDCLXXII.

Hedwig Eleonora
Carolus Guſtauus Wrangel
S. R. Marſchal.

Suant Baner
R. Droſiti
loco.

Guſtauus Otto Stenboock
S. R. Ammiralis.

Magnus Gabriel de la Gardie
S. R. Cancellarius.

Claudius Ralan
R. Theſaurarii
loco.

Factum hoc ſine dubio auctoritatis Regiae cauſa, vt conſtaret, Regem, vtut minorennem et ſub tutela materna conſtitutum, maieſtate et eius exercitio, licet tutorum arbitrio temperato non deſtitui. ſimilis in et ſubſcriptio reperitur in Priuilegio impreſſorio IO. LOCCENII *Synopſi Iuris Publici Suecani*, praemiſſo. Aliud exemplum videmus apud RINGLERVM (l): *Wir Hedwig Eleonora von GOttes Gnaden, der Schweden Gothen und Wenden Königin* et tot. tit. *wie auch zu End benahmte des Reichs Schweden Räthe vor Ihro Königl. Maj. unſern reſpectiue freundl. geliebten Herrn Sohn, und allergnädigſten König und Herrn.* Licet haec ſaltim ſubſcriptio fuiſſe videtur, dum inſcriptio Regis no-

(l) De *Tutelis ill.* cap. I. §. VII. fin.

nomine facta fuiſſe videtur. Adparet illud ex Inſtrumento Plenipotentiae, ad petendam in Aula Imperiali Inueſtituram prouinciarum Germanicarum Kal. Octobris MDCLXI. conceptum, cuius Inſcriptio: *Nos Carolus Dei gratia, Suecorum, Gothorum et Vandalorum Rex hereditarius magnus Princeps Finlandiae* (m). In litteris, eiusdem Regis nomine ad Galliae Regem et Electorem Palatinum d. VI. Iul. MDCLXV. miſſis, eadem adparet Inſcriptio, ſubſcriptione talem in modum formata. *Nomine altisſimae memoratae S. R. M. reſpectiue Filii noſtri charisſimi vt et Regis ac Domini noſtri clementisſimi HEDWIG ELEONORA, Petr. Brahe, Com. in Wüſingsbourg R. S. Drotzetus, Carl Guſtav. Wrangel, R. S. Architalaſſus, Magnus Gabr. de la Gardie, Cancellarius, Guſtav. Bonde R. S. Theſaurarius.*

§. L.

In eodem Suecorum Regno Carolus XI. Rex filio ſuo Carolo XII. adhuc minorenni, quindecim annos nato, vsque dum decimum octauum aetatis annum attigerit, auiam Hedwigem Eleonoram conſtituit tutricem, adſignatis ipſi quinque proceribus, de quo LETTRES HISTORIQVES (n): *Il fit apporter ſon teſtament et pluſieurs papiers concernant les affaires de la Couronne auxquels il fit quelques changemens, et qu'il ſigna enſuite de ſa propre main. Il nomma pour tuteurs et Conſeillers du Prince Royal ſon fils unique Charles XII. du nom, né le XXVII. Juin MDCLXXXII. il nomma, dis-je, pour exercer la Régence, jusques à ce que ce Prince*

(m) Apud LONDORPIVM Tom. VIII. p. 844.

(n) May. 1697. p. 498. MERCVRE HISTORIQVE May 1697. p. 805. ſeqq. THEAT. EVROP. Tom. XV. p. 276. FABER *Leben Caroli XII.* Tom. I. p. 86. SCHMAVSENS *Leben I. Abtheilung* §. IV.

ce ait dix huit ans, la Reine ſon Ayeule, qui aura deux voix dans le Conſeil, le Comte d'Oxenſtiern pour les affaires étrangeres, le Comte de Guldenlew pour Maréchal, le Comte Wéede pour l'Amirauté, le Comte de Guldenſtolp pour la Milice, et le Comte de Wellerſtad pour la Treſorerie et pour les finances de la Couronne (o).

§. LI.

In Poloniae Regno, Reges ſororum ſuarum legitimi erant tutores, prout ex Sigismundi Auguſti oratione geniali patet, dum tutelae ſororis ſuae ſecundo genitae ſeſe abdicaret, cuius tale eſt initium (p): *etſi maxima ex parte confecta iam videri poſſint omnia, quae ad ſanctitatem ceremoniarum honorabilis iſtius et diuinitus conſtituti coniugii pertinere videbantur, cum hodie illuſtriſſima ſoror ſacratiſſimae huius regiae Maieſtatis, quod inprimis Illuſtriſſima Celſitudo veſtra tanto ſtudio expetere videbatur aris atque altaribus ſacris religioſiſſime admota in manum illuſtriſſimae celſitudinis veſtrae ſolenniter conuenerit, ſuamque fidem, volente ſacra ipſius Maieſtate, illuſtriſſimae Celſitudini veſtrae ita iureiurando obſtrinxerit, vt illuſtriſſimam celſitudinem veſtram ſuum caput, ſe autem eius veluti capitis corpus profeſſa fuerit. Tamen quoniam tutoria poteſtas ſemel a maieſtate ſua poſt exceſſum Diuorum Parentum in Illuſtriſſimas has ſorores ſuas legitime ſuſcepta, atque vſurpata haerere nihilominus penes maieſtatem ſuam videatur, donec depoſita et in illuſtriſſimam celſitudinem veſtram translata fuerit, conſtituit ſacra Regia Maieſtas, ſe ea quoque tutoria poteſtate in praeſentia abdicare, illaque illuſtriſſimae celſitudini veſtrae de more prorſus cedere: vt ne quid ſit, quod ad ſolidum maieſtatis illius erga Illuſtriſſimam Celſitudinem veſtram beneficium in hoc genere deſiderari videatur.*

§. LII.

(o) Haec ex STRYCK. *de Tutel. matern.* c. IV. §. VIII.

(p) Extat inter ipſius epiſtolas a MENCKENIO editas p. 91.

§. LII.

De Popielo Iuniore Poloniae Duce dicit MARTINVS CROMERVS (q): *peracto ſolenni Popieli funere, filius eiusdem nominis impubes, etiam tum principatui concordi patruorum, procerumque voluntate inauguratur, omnibus ſubiectionem ipſi interpoſito iureiurando promittentibus, pupilli tutela, reique publicae adminiſtratio, delectis aliquot de numero patruorum, qui maxime idonei videbantur, mandatur.*

§. LIII.

In eodem Poloniae regno Micislaus II. a. MXXXIV. moriebatur, relicto filio vnico, Caſimiro. Is Cazimirus, ſiue iam viceſimum annum, vt placet Dugloſſo, attigerat: ſiue paruulus puer adhuc erat, vt vult Gallus, nondum regiam dignitatem et reipubl. curam ſuſtinere poſſe videbatur. Itaque ex vniuerſi conuentus, qui Gnesnam ea de re conuocatus erat, ſententia, differtur noui Regis coronatio. Interim penes Rixam Reginam (Ehrenfridi Comitis Palatini filiam) pueri matrem, regia poteſtas relinquitur: qua abuſa mater, pia alioqui et religioſa, quemadmodum videri volebat, caeterum audax et auara: variis et grauibus exactionibus, viuo marito inſtitutis, ruſticanos homines tam regios, quam nobilitatis, magis ac magis premebat, nouas rationes cogendae pecuniae exquirebat. Polonos deſpicatui habebat: Theutones ſuos in conſilium adhibebat, hos ad honores et magiſtratus euehebat, hos diuitiis et poſſeſſionibus augebat, etiamſi nullum induſtriae et virtutis ſpecimen prae ſe ferrent (r).

§. LIV.

Iolanda Ludouici II. Regis Neapolitani et Ieruſalem vidua in Tractatu cum Amadeo, Sabaudiae Duce d. V. Octobr.

Eee 2

(q) De *origine et Geſtis Polonorum* lib. II. p. 427.
(r) Verba ſunt CROMERI lib. IV. p. 448.

Octobr. MCDXVIII. de quarundam terrarum ceſſione (s), dicitur: *Domina Iolanda, Regina Ieruſalem et Siciliae, Duciſſa Andegauiae, comitatuum Prouinciae et Forcalquerii, Cenomaniae et Pedemontis Comitiſſa, Tutrix et Adminiſtratrix Sereniſſimi et illuſtriſſimi Domini Regis eius Primogeniti infra nominati, et aliorum eius liberorum.* Porro dicitur *Domina Regina, velut Baiula et Adminiſtratrix ipſius Sereniſſimi Domini Ludouici Regis, eius primogeniti filii et Tutrix aliorum liberorum ſuorum.*

§. LV.

Poſt Guilielmi II. Principis Arauſionenſis mortem ſuper filii Guilielmi III. Principis tutela Kal. Auguſti MDCLI. inter Mariam matrem, Caroli I. M. Britanniae R. filiam, Amaliam Solmenſem, auiam, atque Fridericum Guilielmum Brandenburgenſem Electorem contendebatur. Dicta Maria vero ante mortem, fratrem ſuum Carolum II. M. Britanniae Regem ſubſtituerat, poſt iſtam d. XXIV. Decembr. MDCLX. Londini inſecutam, inter dictum Carolum II., Fridericum Brandenburgenſem Electorem, atque Amaliam, viduam Arauſionenſem tali ratione d. XVII. Mai. MDCLX. conuenit (t): *Qu'a l'avenir ſa Majeſté, ſa Serenité Electorale et la Princeſſe Doüairiere ſeront les Tuteurs du ſusdit Prince d'Orange, et feront enſemble et chacun en particulier tout leur devoir pour l'avancement et les interêts du ſusdit Prince. Que comme ſa Majeſté et ſa Serenité Electorale ſont toujours abſens, et que la Princeſſe Doüairiere eſt presque toûjours preſente et en main, pour pouvoir comparoître dans toutes les occaſions, où il peut s'agir du ſervice du ſusdit Prince; Il eſt accordé, que ſa ſusdite Alteſſe la Princeſſe Doüairiere ſera autoriſée, et l'eſt en vertu de ce preſent acte,*

(s) Extat apud GVICHENON *dans les Preuves* Tom. VI. p. 257.
(t) In RECVEIL Tom. IV. n. III. p. I.

acte, pour repreſenter les perſonnes de ſa Majeſté et de ſa Sereniré Electorale; et que tous les Actes concernant le Seigneur Prince ſeront ſignées et mis en execution par la Princeſſe Doüairiere ſeule; mais qu'on ſe ſervira toûjours du ſceau du Seigneur Prince, et de la contre-ſignature des Greffiers du Prince.

§. LVI.

Apud Longobardos poſt mortem Agilulfi, filius quidem Adalualdus ſucceſſit, matre tamen Theodelinda regnum adminiſtrante, de quo PAVLVS WARNEFRIDVS (u): *Igitur Agilulfus rex, qui et Ago eſt appellatus, poſtquam viginti et quinque annos regnauerat, diem clauſit extremum, relicto in regno filio ſuo Adalualdo, admodum puero, cum Theudelinda matre.*

§. LVII.

Ioannis Galeacii Mediolanenſis Ducis tutrix erat mater Bona, de quo PHILIPPVS COMINAEVS (x): *Un jour vivoient en eſperance, autre en contrarieté: et faiſoient diligence en Italie, et par eſpecial a Milan: où avoit pour Duc Jean Galeas, non pas le grand, qui eſt enterré aux Chartreux de Pavie, mais celuy qui eſtoit fils du Duc Galeas, et de la Ducheſſe Bonne, fille de Savoye, qui eſtoit de petit ſens. Elle eut la tutelle de ſes enfans, et l'ay veüe en grande authorité, eſtant veufue, conduite par un appellé meſſire Cico, Secretaire, nourry de long-temps en cette maiſon: qui avoit chaſſé et confiné tous les freres du Duc Galeas pour la ſeureté de la dite Dame et de ſes enfans.* Pergit autem iſte ſcribens (y): *Ils la firent renoncer à la tutelle, et fut crée tuteur le Seigneur Ludovic.*

 §.LVIII.

(u) *De geſtis Longobard.* lib. IV. c. XLIII. SIGONIVS *de R. Italiae* lib. II. p. 33.

(x) *Memoires* lib. VII. c. II. p. 424. Adde IMHOFII *Hiſt. Ital. et et Hiſp. Geneal.* p. 236.

(y) Tom. I. p. 564.

§. LVIII.

In Sabaudica Domo Iolanta, Amadei IX. Ducis vxor poſt mariti mortem ex ipſius teſtamento tutelam filii Philiberti, adgnatis etiam contradicentibus obtinuit, de quo GVICHENON (z), hiſtoriam dicti Philiberti recenſens, ita ſcribit: *Il vint au monde le ſeptiéme d'Aouſt mil quatre cent ſoixante-cinq, au Chaſteau de Chambery, Jean Michel Chancelier de Savoye le nomma au Bapteſme pour le Marquis de Ferrare ſon Parrain; Jeane de Chalon, Comteſſe de la Chambre, fut ſa Maraine; et Auguſtin Abbé de Caſeneuve le porta ſur les Fonts. Il n'avoit que ſix ans, quand il ſucceda au Bien-heureux Amé ſon Pere: Yoland de France ſa Mere ſe declara ſa Tutrice et Regente de ſes Eſtats l'onziéme d'Avril mil quatre cens ſeptante-deux à Turin, ſuivant ce que le Duc ſon Mary en avoit ordonné un peu avant ſon decez. Mais la Regence luy fut diſputée, le Roy Louys XI. ſon Frere la briguoit, Charles Duc de Bourgogne là vouloit emporter de haute tutelle ſe fondant ſur la ſecrette alliance, qui eſtoit entre la Ducheſſe et luy, qui avoit eſté renouvellée entr'eux par Patentes dattées à Utret le vingtième de Juin, et à Vercel le premier de Juillet de la meſme année. Les Comtes de Romont et de Breſſe, et l'Eveſque de Geneve la pretendirent, les Piemontois eſtoient du Partie de la Ducheſſe, et les Savoyſiens ſe partagerent. Le Roi qui hayſſoit le Duc de Bourgogne apprehendoit, que ſi la Savoye eſtoit à ſa devotion, les affaires de France n'en receuſſent du preiudice; le Duc par une meſme Politique, ne deſiroit point que le Roy y eut aucune authorité: Les Comtes de Romont et de Breſſe, et l'Eveſque de Geneve ne vouloient point que la Regence fut à la Diſcretion des Eſtrangers. Ils repreſentoient qu'eſtants Oncles cette charge les regardoit, et ne manquoient pas de perſuader aux Peuples, qu'Yoland avoit deſſein de faire tomber la Savoye au*

(z) *Hiſtoire Genealogique de la Maiſon de Savoye.*

au pouvoir du Roy: Mais ces trois Freres ne ſe pouvoient pas accorder entr'eux pour la direction: La Ducheſſe eſtimoit beaucoup le Roy; Mais elle aymoit encore plus ſes Enfans, et craignoit de faſcher le Duc de Bourgogne, avec qui elle entretenoit une ſecrette correſpondance, par le moyen de Jean Damas, Seigneur de Cleſſy et de ſainct Amour, Baillif, et Gouverneur de Maſcon. Le Comte de Breſſe et de Clara le premier, comme le plus hardy, et le plus entreprenant de tous ſes Freres; il paſſa en Piemont avec Jean Baſtard d'Armagnac, Comte de Comminges pour eſſayer par ſes pratiques à diſpoſer les eſprits des Piemontois, à favoriſer ſon deſſein; Mais ſes ſoins luy furent inutiles. Eſtant de retour en Savoye, il s'aboucha avec le Comte de Romont, les tous deux prirent reſolution de ſe ſaiſir de la Perſonne du jeune Duc, que la Ducheſſe Yoland avoit amené à Chambery, eſperant par ce moyen d'avoir la conduite de l'Eſtat; Chandel et Retour de la Maiſon de Chalant eſtoient de la partie; ils avoient quelque intelligence à Chambery et des Gens affidés aux avenuës; mais comme ils eſtoient en chemin, Yoland qui ſcavoit leur entrepriſe, partit de Chambery, où elle ne ſe tenoit pas en aſſeurance, et alla avec le Duc au Chaſteau de Montmeillan. Les Princes irrités d'avoir manqué leur coup, aſſemblerent des Trouppes, leverent le maſque, appellerent le Comte de Geneve leur Frere, et aſſiegerent Montmeillan: La Ducheſſe eſpouvantée, et ſe defiant des Savoyſiens, capitula avec les Princes, et conſentit, que la deciſion de la queſtion de la Regence, fut remiſe aux Eſtats generaux de Savoye; et qu'en attendant le Comte d'Entremonts demeureroit Gouverneur de Montmeillan. Sur la foy de cette capitulation, le Duc et la Ducheſſe ouvrirent les portes: Les Princes, contre la parole donnée, ſe ſaiſtrent de la perſonne du jeune Duc, le menerent à Chambery. La Ducheſſe ſe voyant trompée, s'echappa d'eux et s'en alla en Dauſiné, d'où elle fit ſes plaintes au Roy Louys XI. aux Ducs de Bourgogne, et de Milan et au Marquis de Montfer-

ferat, tous luy promirent ſecour: mais les Princes apprehendans une guerre civile, reconnoiſſants que leur pretention n'avoit point de fondement legitime, et qu'il leur ſeroit impoſſible de reſiſter à de ſi grandes puiſſances, conſentirent, ſuivant l'Intention du Dieu-heureux Amé et conformement à l'advis des Magiſtrats et des Peuples, que la Ducheſſe Yoland demeuraſt Regente abſoluë de l'Eſtat, et qu'elle eut l'education du jeune Duc Philibert, à cette ſeule condition, qu'aux affaires d'importance, elle prendroit les ſentiments de Jean Louys de Savoye Eveſque de Geneve. De eadem Iolanta idem GVICHENONIVS (a) ſic iudicat: *Yoland de France à eſté une des vertueuſes et illuſtres Princeſſes de ſon temps, qui eut un merveilleux attachement aux intereſt de la Couronne de Savoye, et qui par ſa prudence et par ſa conduite ſauva cét Eſtat au naufrage, dont il eſtoit menacé, pendant les maladies de ſon Mary et la minorité de ſon Fils.*

§. LIX.

Poſt Victoris Amadei, Sabaudiae Ducis mortem, vidua ipſius Chriſtiana Francica, Regens fuit et tutrix, de quo iterum GVICHENON (b): *La funeſte mort du Duc Victor Amadeé dans l'Apogée de ſa gloire et au plus fort de ſes proſperites, fut la ſource des guerres civiles, qui ont affligé le Piemont: Car, quoy que ce grand Prince par une judicieuſe prevoyance eut temoigné de ſouhaitter au dernier moment de ſa vie que Madame Royale Chreſtienne de France fut Regente de ſes Eſtats et Tutrice de leurs Enfans; Qu'elle eut eſté reconnue en cette qualité par les Prelats, par la Nobleſſe, par les Cours ſouveraines, Magiſtrats, Gouverneurs des Places et par le conſentement de tous les Peuples, tant à cauſe de l'obeiſſance deuë à l'expreſſe volonté de feu ſon Alteſſe Royale, de la raiſon qui le vouloit ainſi, que de l'ancienne couſtume de la Royale Maiſon ne*

Sa-

(a) p. 557.
(b) p. 917.

Savoye; et que cette Regence ont encore eſté authoriſée de la ſolennité d'un ſerment general des trois ordres: Neantmoins l'ambition du commandement, qui eſt naturelle à tous les Princes et la diviſion de la Famille Royale, armerent les ſujets contre leur Souverain, attirerent les François et les Eſpagnols en Italie, et cauſerent tant de maux - - - à cet Eſtat, que l'on peut conter pour un miracle qu'il n'eut pas ſuccombé ſous le faix de tant de ruines et des miſeres. Ces malheurs ne firent que de commencer ſous ce Prince, qui au decés du Duc Victor Amé n'eſtoit âgé que de cinq ans. Pergit idem (c): *Apres la mort du François Hyacinte, M. R. temoignant ſa conſtance et ſa Reſolution en cette double affliction cauſée par la mort d'un Mary, et d'un Fils dans une année, fit aſſembler ſon Conſeil et fit reconnoiſtre Charles-Emanuel pour legitime ſucceſſeur de la Couronne de Savoye par les Principaux Miniſtres, par les Cours Souveraines, et par les Gouverneurs des Provinces, et des places, qui preſterent le ſerment de fidelité à ſon Alteſſe Royale, qui reconnerent auſſi Madame Royale comme Tutrice et Regente de ſes Eſtats, avec la meſme facilité et ſur les meſmes maximes et raiſons qu'il avoit eſté pratiqué pour la perſonne de feu Duc François-Hyacinthe.* Hinc etiam inter Iolantae et Chriſtianae Regimen comparationem inſtituit idem GVICHENON (d). Licet Ferdinandus III. Imp. huic titulo Tutricis ac Regentis pro vidua Sabaudica contradiceret, eo quod duobus Sabaudiae Principibus tutelam commiſerit (e).

§. LX.

Dum Franciſcus, Mantuae Dux ſine prole maſcula

A.

(c) p. 925.
(d) p. 924.
(e) Prout patet ex litteris Caeſaris ad R. DANIAE de a. 1642. in Theatro Europaeo Tom. IV. p. 902.

A. MDCXIII. eſſet defunctus, relicta vnica filia Maria, ex Margaretha, filia Ducis Sabaudiae genita, inter hanc viduam atque Carolum Emanuelem, Sabaudiae Ducem, Auum, ſuper hac tutela exorta fuit controuerſia, matre tamen Margaretha praeualente, de quo PAVLVS PIASECIVS (f): *In Italia autem hoc anno diuturnum bellum principium ſumſit a morte Ducis Mantuae Franciſci ſine prole maſcula defuncti, relicta vnica filia Maria et Margarita filia Ducis Sabaudiae genita. Cum enim Ferdinandus Cardinalis frater germanus Franciſci defuncti in illo Principatu ſucceſſit, filiamque eius vti tutor naturalis in ſua cura retineret, Carolus Emanuel Sabaudiae Dux, eam curam ad ſe auum, et ad matrem pupillae Margaritam, Turinum ſtatim a morte mariti translatum, pertinere ratus, tanquam iniurioſe ſibi praereptam, armis repetere decreuit. Et quo meliorem belli cauſam haberet, adiunxit veteres querelas de Marchionatu Montisferrati a Carolo V, Imperatore Proſapiae Gonzageae adiudicato, cuius ipſe Sabaudus haereditariam ſucceſſionem per longas Paleologae genealogiae ambages ad ſe trahebat. Menſe itaque Aprili anni huius cum valido exercitu Montferratum hoſtiliter ingreſſus, Trinum, Albam, et alia plura oppida, ad tam inopinatam vim minus prouiſa, facile cepit, omnemque eam regionem ſpoliauit, agricolis ingenti pecunia direptionem redimentibus. Mox tamen Mantuanus Dux collectis copiis, et aliis ex Gallia cum Duce Niuernenſi agnato ſuo accerſitis, conatus eius Niſam obſidentis repreſſit. Pontifex quoque Romanus, Veneti, et alii Italiae Reguli patrocinium Mantuani ſuſceperunt, denuntiaruntque Sabaudo, quod ſi pacem Italiae turbaret, et ablata Mantuano non reſtitueret, contra ipſum communia arma conuerterent. Statim etiam Rex Hiſpanus vti Mediolani Dominus, (cui ex mutuo Principum Italiae olim inito foedere pacem Italiae tueri incumbit)* *Gu-*

(f) ad a. 1613.

Gubernatorem ſuum Mediolani contra Sabaudum arma ſumere iusſit, et Regina Galliae exercitum conſcribi fecit, ducendum in ditiones Sabaudiae, niſi ille Dux occupata in Monsferrato dimitteret, ac dubia controuerſiarum arbitrio amicorum Principum permitteret. Quod tandem ille precibus ita armatis tunc conceſsit, et confiſus maxime Hiſpano Regi, quod vti affinis cauſae ſuae in tractanda concordia faueret, ac ante omnia pupillam ſuae matri Margaritae reſtitui faceret, relictis locis quae interceperat, exercitum ſuum ad propria reduxit. Sed tamen non multo poſt cum amica compoſitio ex animo ipſi non ſuccesſiſſet, iras reſumpſit, et tota iſtius belli moles in Hiſpanum, vt infra attingemus.

§. LXI.

Robertus Flandriae comes tutelam ipſi a Balduino fratre commiſſam contra viduam ipſius Rachildem imperioſi ingenii feminam fuit conſequutus, de quo VBBO EMMIVS (g): *Obierat nimirum frater Roberti Balduinus Flandriae comes anno MLXX. menſe Iulio, in ipſo aetatis flore, et impuberes filios duos, ex Rachilde Hannonia ſibi natos, tutelae fratris Roberti per tabulas teſtamenti commendauerat. At Richildis vidua, ferocis ac imperioſi ingenii foemina, contempto mariti teſtamento, tutelam inuaſit ipſa, nec rationibus vllis, non monitis amicis, non minis, vt a propoſito diſcederet, potuit permoueri. Nec eo contenta, cum vrgeret ac inſtaret Robertus, ac vim denunciaret, niſi teſtamento fratris pareretur, in partes Flandriae, quae Roberti erant ex diſpoſitione patris, inuolauit, filiisque eas adſcripſit: quos ex proceribus ſenſit conſiliis ſuis aduerſos, in eos duriter animaduertit, quosdam gladio carnificis interemit. Simul operam dedit, vt, qui domi bello difficili iam implicitus erat, (Hollandiae enim pars et Friſii ab Vltraiectino clam inſtigati commouerant ſeſe) plures hoſtes Roberto conciliaret,*

(g) *Rer. Friſic.* lib. VI. p. 95.

ret, ac, ſi poſſet, Hollandiae opibus, a quibus ſibi metuebat, aliorum armis eam exueret. Itaque Vltraiectino iam ante in ſpem atque occaſionem erecto, rebusque in Hollandia turbandis tum maxime intento hortatrix fuit, vt factionibus, et armis inteſtinis laborantem bello externo, aperta vi quoque inuaderet. Et vt firmaret eum, atque ad audendum impelleret, ſocium ei conciliauit, Godefridum Gibboſum Lotharingiae ducem, qui nuper adeo parenti Godefrido Claudo, turbulentisſimo homini, amplisſimis in opibus ſucceſſerat, ſub dehoneſtamento corporis magnum animum gerentem, iuuenem imperii et gloriae auidum, et Roberto iam ante inimicum. Ab his exercitu quam maximo celerrime parato, atque in Hollandiam ducto, feliciterque ad Leidam, oppidum tum modicum, nunc vrbem longe pulcherrimam, praelio commiſſo, Godefrido ipſo in acie curante, et rem ſtrenue gerente, Robertus cum ſtudia populi deficere, ac in partes ſcindi, ſe ſuſtinendae fortunae labanti parem eſſe non poſſe videret, cum vxore et priuignis Hollandia excesſit, ac in Flandriam ſe recepit ſui deſiderio, ſupra quam credi poſſet, ardentem. Ibi cum magnus ad eum Flandrorum concurſus fieret in vrbe Gandauo, omnibus de impotenti foeminae viduae imperio conquerentibus, deiectis cum matre pupillis, fratris filiis, imperium ſibi ſumpſit: anneque proximo duobus grauisſimis praeliis, ab Hollandis et Friſiis adiutus, viris bello acribus, qui eum ſecuti erant, contra Galliae regem Philippum I. reducere deiectos ſumma vi conantem, nepotum quoque altero caeſo, feliciter aſſeruit. Cuncta haec anno MLXXI. et MLXXII. geſta.

§. LXII.

Carolus Hiſpaniarum infans, cum ex quadruplici foedere in ducatus Parmae Placentiaeque, extincta penitus Farneſiae ſtirpe, ſucceſſiſſet, et a patre ad eundem foederis tenorem eſſet emancipatus, ei tunc minorenni ab imperatore dati ſunt tutores, eiusdem nempe auia Dorothea

So-

Sophia, vidua, Parmae Plaentiaeque Dux, et Ioannis Gaſto Magnus Etruriae Dux. De qua tutela in iudicio aulico quae acta ſint, ſupra (h) iam adduximus.

(h) Cap. II. Sect. II. p. 191. ſeqq.

CAPVT V.

DE TVTELIS ILLVSTRIVM GERMANORVM EXEMPLA SISTENS.

SVMMARIA.

§. I.

Omnia fere ad obſeruantiam familiarum illuſtrium redeunt in cauſis eorum tutelaribus.

§. II.

De tutela Regni Bohemiae.

§. III.

In potentiſſima Auſtriaca familia Iohannes parr. ſub Alberti Auſtriaci vixit tutela.

§. IV.

Alberti V. Auſt. D. tutor fuit Leopoldus IV. cui deinde Erneſtus iunctus eſt.

§. V.

Sigismundus Tyrolenſis ſub tutela Friderici iun. fuit, cui etiam tutela commiſſa, ſi Alberto imp. defuncto poſthumus naſceretur.

§. VI.

Tutela teſtamentaria in Auſtria aut effectu caruit aut agnato proximo fuit delata, prout docet diſpoſitio Friderici III. imp. Maximiliano filio tutorem nominantis.

§. VII.

Ferdinandi I. imp. teſtamentariae de tutela diſpoſitiones.

§. VIII.

Carolus Styriae D. per teſtamentum agnato detulit tutelam iunctis cotutoribus.

§. IX.

Ferdinandus II. proximos agnatos ſcripſit tutores.

§. X.

Claudia Leopoldi Archid. vxor tutelam maternam filiorum geſſit.

§. XI.

Iura ordinum Auſtriacorum circa ſuorum principum tutelam.

§. XII.

In Bauarica familia Ludouicus Bau. Ottonis et Henrici, filiorum Stephani Ducis, tutor fuit legitimus.

§. XIII.

Otto inf. Bav. D. Ludouicum poſtea imp. nominat tutorem.

§. XIV.

Ludouico ſen. mortuo de filii Meinhardi tutela lis orta, aſt agnati praeualuere.

§. XV.

Ferdinandi Mariae tutelam quoad Electoratum proximus habuit agnatus, cui mater quoad prouinciarum admin. iuncta fuit.

§. XVI.

Maximiliani Emanuelis tutor fuit eius patruus Philippus.

§. XVII.

Per teſtamentum de tutela interdum quidem diſpoſitum, aſt ſemper proximus vocatus eſt agnatus.

§. XVIII.

Exempla, quae de tutela materna ex hac domo afferuntur, dubia ſunt.

§. XIX.

Iura ordinum Bauariae circa Ducum tutelam.

§. XX.

Helenam Alberti I. El. viduam filii tutelam habuiſſe, aſſerunt quidam, aſt dubia res eſt.

§. XXI.

Ludouicus VI. Thur. Landgr. fratrum tutor.

§. XXII.

Ludouicus Thur. Landgr. Henrici poſtea illuſtris Marchh. Miſn. tutelam geſſit.

§. XXIII.

Fridericus ſev. ſub tutela matris vt et Comitis Schwarzburgici ac Rutheni fuit.

§. XXIV.

De pacto inter Fridericum ſtrenuum et filios inito circa tutelam.

§. XXV.

Pacto inter Fridericum, Wilhelmum et Fridericum inito tutela placuit legitima.

§. XXVI.

Bullarum Saxonicarum circa tutelam Elector. diſpoſitiones.

§. XXVII.

Chriſtianus I. El. Sax. tutelam Friderico Wilhelmo Altenburg. detulit, ei vero Io. Georgium El. Brandeb. iunxit.

§. XXVIII.

Quae ſub Io. Georg. I. in Comitiis Torgauiae ſint acta?

§. XXIX.

Fridericus Auguſtus filio tutorem nominat proximum agnatum.

§. XXX.

Alberti conditoris L. A. de tutela diſpoſitio.

§. XXXI.

Elector. Sax. in linea Albertina ſibi

ſibi tanquam familiae capiti tutelam vindicare voluit.

§. XXXII.

Auguſti Adminiſtr. Magdeb. et Chriſtiani I. Martisb. de tutela diſpoſitiones.

§. XXXIII.

Non alia quam tutela legitima locum habuit in linea Albertina.

§. XXXIV.

Ioannes Sax. El. filium primog. ſecundogeniti nominat tutorem.

§. XXXV.

Ioh. Friderici II. captiui filiis tutores ab imperatore dati et cur?

§. XXXVI.

Io. Wilhelmus Dux Saxo Vin. teſtamento tutores ſcripſit, aſt excluſi ſint a proximo agnato.

§. XXXVII.

Fridericus Wilhelmus Altenb. fratri Iohanni tutelam detulit, ei vero ad terrarum diuiſionem peragendam addidit cotutorem.

§. XXXVIII.

Fridericus Wilh. II. Altenb. per teſtamentum praeteritis proximioribus agnatos remotiores tutores nominat.

§. XXXIX.

Mortuo Iohanne Vin. Elector. Sax. liberorum tutelam habuit.

§. XL.

Wilhelmus Vin. viduam liberorum tutricem teſtamento declarat.

§. XLI.

Ex pacto in linea Saxo-Erneſtina tutela locum habet teſtamentaria.

§. XLII.

Ioannes Erneſtus Vin. de tutela teſtabatur.

§. XLIII.

Adolph Wilhelm. Iſen. agnato regimen, matri tutelam priuatam commiſit.

§. XLIV.

Io. Georgii I. de liberorum tutela ordinatio.

§. XLV.

Pactis dot. inter Io. Wilhelmum Iſen. et Amaliam Naſſ. de tutela conuenit.

§. XLVI.

Quae de tutela Io. Wilhelmi Ien. ſint acta.

§. XLVII.

Erneſti Pii teſtamentaria diſpoſitio.

§. XLVIII.

Fridericus I. Goth. agnatis prox. per teſtamentum deferebat tutelam.

§. XLIX.

Bernhardus Meinung. tutelae filii iun. quomodo proſpexerit.

§. L.

Erneſti Ludouici teſtamentaria tutelae diſpoſitio.

§. LI.

Sophia Albertina Duc. Hildp. liberorum tutrix.

§. LII.

Statuum prouincialium Sax. concurrentia circa adminiſtr. tutelae.

§. LIII.

§. LIII

Alberto March. Brandenb. mortuo, quae de liberorum Ioannis et Ottonum tutela ſint acta?

§. LIV.

Variae de tutela diſpoſitiones in potentiſſima ſereniſſimaque gente Brandeburgica.

§. LV. et LVI.

Varia exempla tutelae ex linea Franconica.

§. LVII.

Rudolphi Ducis Bauariae liberorum tutor quisnam fuerit?

§. LVIII.

Per pacta familiae et Bullas in domo Palatina legitima ſtabilita eſt tutela.

§. LIX.

Mortuo Ludouico IV. eius frater Fridericus tutelam impuberis Philippi ſuſcepit.

§. LX.

Fridericus iun. liberorum, quos frater Rupertus reliquit, tutor fuit.

§. LXI.

Ludouicus VI. ſcripſit tutores teſtamentarios, quibus excluſis agnatus proximus ſuſcepit tutelam.

§. LXII.

Quae Fridericus IV. viuus de tutela filii egerit et quinam euentus poſt mortem.

§. LXIII.

Ludouicus Coecus fratrem Ottonem ſcribit tutorem.

§. LXIV.

Iohannes Bipontinus per teſtamentum tutelam proximo agnato deferebat.

§. LXV.

Tutelae teſtamentariae exemplum ſiſtit Maria Eleonora vidua Ludouici Phil. lineae Simmerenſis.

§. LXVI.

Friderici Pii Brunſuicenſis ordinatio de liberorum tutela.

§. LXVII.

Pactum de tutela inter Henricum et Wilhelmum Duces Brunſuicenſ.

§. LXVIII.

Iulius D. Br. coniugem nominabat tutricem.

§. LXIX.

Tutelae maternae exempla in domo Brunſv.

§. LXX.

Statuum prouincialium Brunſ. iura.

§. LXXI.

Exempla tutelae ex domo Anhaldina.

§. LXXII.

Quaenam in Marchionum Badenſium familia inueniantur tutelae exempla.

§. LXXIII.

De tutela Haſſiae Landgr. generatim.

§. LXXIV. LXXV.

Tutelae maternae et teſtamentariae exempla in Haſſiaca principum familia.

§. LXXVI.

§. LXXVI.

Tutelae exempla in ducali Holſatorum familia.

§. LXXVII.

Quaedam de tutela Lotharingiae ducum.

§. LXXVIII.

Inter Megapolitanos duces tutela legitima locum habet, nec obſtat teſtam. Alberti I. tutelam coniugi deferens.

§. LXXIX.

Nec huc facit diſpoſitio Adolphi Friderici, qui coniugem itidem tutricem nominabat.

§. LXXX.

Io. Albertus Guſtrou. Eleonoram Mariam coniugem dixit liberorum tutricem, quae tamen a proximo agnato fuit excluſa.

§. LXXXI.

In Würtebergica domo ſola tutela in vſu eſſe legitima videtur.

§. LXXXII.

Exempla Würtenbergica ante erectionem ducatus.

§. LXXXIII.

Exempla poſt erectionem.

§. LXXXIV.

Quae poſt mortem Caroli Alexandri D. W. de tutela ſint diſceptata et conuenta.

§. LXXXV.

Quaenam in Naſſouica gente tutela locum habuerit.

§. LXXXVI.

De tutela in Friſiorum principum comitumue familia.

§. LXXXVII.

Loewenſteinenſis hiſtoria quaenam exempla ſiſtat tutelaria.

§. LXXXVIII.

De Oettingenſium tutela.

§. LXXXIX.

Schwarzburgicae familiae iura tutelaria.

§. XC.

Waldecciae principes comiteſue quo iure viuant in tutelarum cauſis.

§. XCI.

Alia exempla in principum recentiorum familiis.

§. XCII.

De Comitum Bentheimenſium tutela.

§. XCIII.

Quomodo circa tutelam in domo Erpacenſi ſit actum.

§. XC V.

Hanouienſium comitum iura tutelaria.

§. XCV.

Hohenloicae domus circa tutelam iura.

§. XCVI.

De Leiningenſibus comitibus.

§. XCVII.

Quinam ex Limburgicis ſub tutela fuerint.

§. XCVIII.

Lippiaci comites.

§. XCIX.

Manſfeldenſium iura tutelaria.

§. C.

§. C.
In Solmenſi domo quaenam exempla tutelae occurrant.

§. CI.
Comites Saynenſes et Witgenſteinenſes quosnam tutores habuerint.

§. I.

Si quae pars iurisprudentiae illuſtrium priuatae iure innititur non ſcripto, eſt ſane illa, quae tutelam in illuſtrium familiis vſitatam tractat. Omnia fere hic ad exempla redeunt, eaque in plerisque Germaniae procerum domibus ius faciunt. Nos igitur, cum ordo ad tutelam illuſtrium Germaniae defert, prae caeteris exempla, quae nobis innotuerunt, praemittere voluimus, ex quorum deinde collatione forſan regula iuris erui poterit.

§. II.

Et primo quidem prodeant tutelarum exempla, quae in electorum et iis agnationis vinculo coniunctorum familiis exſtiterunt. Electorum ſaecularium praecipuus eſt Rex Bohemiae. In quo Regno ſola tutela obtinuit legitima. Exempla collegit GOLDASTVS, cuius proinde verbis hic vti poſſumus. Sic enim ſcribit: Anno Chriſti nati DCCCIV. ſcribit DVBRAVIVS (a) *Mnatha mortuus, filio adoleſcentulo herede relicto, cui Vogeni nomen. Huic tantiſper datus tutor, dum poſita praetexta virilem togam ſumeret. Robouitius autem Verſouicenſis Comes erat, cui tutela illa ac plane totius principatus adminiſtratio demandata fuit.*

Anno Chriſti nati DCCCXCVIII. dicitur Arnulphus Imperator Suatobogii vel Zuentebaldi, ſui ex ſorore nepotis, Morauiae Regis impuberis, occiſo patre Suatopluco

(a) *In hiſtor. Bohem.* lib. II. fol. 9. BORECK. *in Chron. Bohem.* in Vogeno ſeu Vorcio Duce, in princ. fol. 20. THEOBALDVS *in Genealog. et Chronolog. Ducum et Regum Bohem.*

co Rege, tutelam et adminiſtrationem Regni, tanquam auunculus eius, ſuscepiſſe et geſſiſſe. Rem ita narrat HAGECIVS (b): *Der Keyſer zoge in Mehren bis gen Welegrad, das iſt Olmitz. Daſelbſt fand er ſeine Schweſter die Königin, und ihren Sohn, ſeinen Vettern, mit Namen Swatobog. Nam alſo das Landt ein, beſetzte es mit Amptleuten und Vormünden, bis zu des Jünglings vollkommenen Jahren.*

An. DCCCCIV. Spitigneo I. Bohemiae Duci pater Borſivogius vel Borivorius Ducatum reſignans et cedens, eidem tutores et adminiſtratores adiunxit Dertonem et Mirſonem Comites Bohemos (c).

Anno MXCII. fertur Vratislaus Rex Bohemiae Conradum fratrem Morauiae Marchionem, exheredato filio primogenito Bretislao, filiis ſuis caeteris minorennibus tutorem teſtamento et Adminiſtratorem Regni ordinaſſe (d).

Anno MXCIX. Bretislaus mortuo Conrado patruo patriſque teſtamento vt inofficioſo irrito facto, ad Regnum admiſſus, Boriuorium fratrem liberis ſuis tutorem deſignauit, vsque ab imperatore Henrico IV. confirmaretur, in Comitiis eodem anno Ratisponae celebratis impetrauit. DVBRAVIVS (e): *Approbat diplomate ſuo Caeſar fraternam hanc inter ipſos compoſitionem, vt ſi quid humanitus Bretislao, priusquam Boriuorio, eueniret, tutelam liberorum Bretis-*

(b) HAGECIVS *in Chron. Bohem. part. I.* anno 900. fol. 74. b.

(c) HAGECIVS in d. *Chron.* anno 905. et ſeq. DVBRAVIVS *in Hiſtor. Bohem.* BORECK, *in Chronic. Bohem. in Spitigneo I.* Duce in princ. fol. 416. Videntur et iſti duo Comites ex eadem parentela Ducali fuiſſe.

(d) DVBRAVIVS in *Hiſtor. Bohem.* lib. IX. BORECK in *Chronic. Boh. in Wratislao Rege* fol. 104. in fin.

(e) DVBRAVIVS *in dict. lib. IX.* fol. 70. BORECK in *Boriuorio II.* Duce fol. 110. in fin.

tislai ac Regni ſuccesſio, ad neminem quenquam niſi ad Borjuorium, pertineret.

Anno MCCLXXVIII. ſcribit FRANCISCVS DE ROSIERES (f), Archidiaconus Tullenſis: *Otbocaro ſuccesſit Venceslaus filius annos ſeptem natus, Qua ratione Otbo Brandenburgenſis Marchio tutoria functione annis quinque Regnum gubernauit.* Otto iſte Brandenburgiae Elector in matrimonio habebat amitam Venceslai, ſororem Ottocari Regis: cuius iure quaſi auunculus ad legitimam tutelam et adminiſtrationem Regni ab Rudolpho I. imperatore admiſſus, et confirmatus fuit: AENEAS SYLVIVS (g) memorat, *Venceslaum Otbocari filium ſeptem annos natum, ab Otbone Marchione Brandenburgenſi in Franconiam abductum, Regnumque tutorio nomine ab eo quinque annis gubernatum: reuerſum puerum ſub matris imperio fuiſſe.* Sed DVBRAVIVS (h) expreſſe ſcribit: *Venit in Bojemiam Otbo Marchio Brandenburgenſis vna cum vxore ſua, quae ſoror Othogari erat, tutelam Venceslai ſuscepturus, ſi ei per Rudolphum imperatorem conceſſa foret.* Et poſtea: *Ita ſolus Marchio tutelae ſimulque Regno gubernando, quoad puer adoleſceret, praepoſitus.* Et ELIAS REVSNERVS (i): *Octennis amiſit patrem Regnum autem interea ad pubertatem vsque eius, tutorio nomine adminiſtrauit Otbo Marchio Brandenburgicus, anno aetatis XV. vxorem duxit* etc. nempe Iuditham Rudolphi I. Caeſaris filiam, venia aetatis a ſocero Imperatore prius impetrata, vt

(f) ROSIERES *in Stemmat. Lotharing. Ducum* tom. 4. *in hiſtor. capital.* 68. fol. 233.

(g) SYLVIVS *in Hiſtor. Bohem.* cap. XXVIII.

(h) DVBRAVIVS *in Hiſtor. Bohem.* lib. XII. in fin. PONTANVS in *Bohem. pia* lib. II. fol. 22. BORECK. *dict.* fol. 241.

(i) REVSNERVS *in Baſil. Genealog. in ſtirpe Sclavic. Princip. et Regum Bohem.* fol. 142.

vt ſupra diximus. Nec non GERARDVS de ROO (k): *Veneeslai tutela*, inquit, *et Regni adminiſtratio Ottoni Marchioni Brandenburgio, quoad Rex adoleſceret, committitur.* Denique BARTHOLD. PONTANVS (l) a Braitenberg Canonicus Pragenſis: *Rege Wenceslao Bohemiae, et Poloniae adhuc impube, cuius fouendi curam Marchio Brandenburgenſis conſenſu omnium ordinum habuit, tanquam Gubernator Bohemiae.* Ex quorum dictis explanari debent, quae ſcribit MATHAEVS Mareſcalcus de BAPPENHEIM (m) et canonicus Auguſtanus, inquiens, *poſt occiſionem incliti Regis Boemiae Domini Ottocari felicis recordationis, Primizlaus* (lege Wencezlaus) *filius eius adhuc puer, ſub tutoribus et actoribus vsque ad praefinitum tempus nutriebatur. Et cum iam adoleuiſſet, coepit regere anno MCCLXXXVI.* Nam quia Regnum Bohemiae ſolum ex quatuor ſaecularibus S. Rom. imperii Electoratibus in defectu maſculae agnationis ad filias ſeu feminas, et eorum maſculos heredes, deuoluitur, ſolum etiam auunculos et cognatos proximos ad legitimam tutelam admittit. Et ita iure conſtitutum eſt.

Anno MCCCXI. Iohanni Regi Bohemiae, dicti Wenceslai genero et ſucceſſori, a patre Heinrico VII. imperatore tutor (n) et Gubernator datus fuit Petrus Archiepiſcopus et Elector Moguntinus. Quo de praeclarum hoc elogium refert IOHANNES ABBAS (o) Aulae Regiae: *Tempore, quo Dominus Petrus S. Moguntinae Eccleſiae Archiepiſcopus in Regno Boemiae manebat, et Iohannem Regem Regi-*

(k) ROO *in Hiſtor. Auſtriac.* lib. I. an. 1278.

(l) PONTANVS *in Bohem. pia lib. III. in Thobia Epiſcop. Pragenſ.* fol. 43.

(m) BAPPENHEIM *in Hiſtor. Auſtral.* part. 2. anno 1286.

(n) HAGECIVS *in Chron. Bohem.* part. I. ao. 1311. fol. 380. BOREGK. *in Chron. Bohem. in Iohanne Rege* fol. 279.

(o) ABBAS *in Chron. part. II. cap. I.*

namque Elizabeth regebat, florebat pax in Bobemia iuſtitiaque viuebat etc.

quorum intererat, approbata fuit (h). Chriſtianus Marchio Baruthinus teſtamento quidem de tutela diſpoſuit, eamque, Iohanni Georgio Sax. Electori et Friderico Wilhelmo Brandeburgico, ſimul cum proximo agnato Georgio Alberto Duce Boruſsiae detulit (i). Verba teſtamenti ſunt: *Ordnen ſolchemnach hiemit und in Krafft dies, zu ſein, Herr Marggraff Chriſtian Ernſts, Vormündern, die Hochgebohrnen Fürſten Herrn Friedrich Wilhelm Marggraff zu Brandenburg, des Heil. Röm. Reichs Erz-Cämmerer, und Churfürſten etc.* (tot. tit.) *unſern freundl. lieben Herrn Vettern - - und Herrn Johann Georg Herzogen zu Sachſen, des Heil. Röm. Reichs Erz-Marſchall und Churfürſten etc.* (tot.tit.) *unſern auch freundl. lieben Herrn Vettern, Schwager Brüder und Gevattern etc.* Et paulo poſt: *Damit aber auch unſer frl. lieber Sohn, Herr Georg Albrecht, Marggraff zu Brandenburg, zu Magdeburg, in Preuſen etc. Hertzog etc. ſich übergangen zu ſeyn nicht zu beſchwehren; So wollen wir Ihme zugleich honorariam tutelam, dergeſtalt aufgetragen haben, daſs zwar unter Se. Lbd. Mit-Vormundſchaffts-Nahmen, bis zu Erreichung dero der Zeit Minderjährigen Vetters, vor hochbeſagt Herrn Marggr. Chriſtian Ernſts achtzehenden Jahrs, was gehandelt, auch geſtellet, und mit ausgefertiget werde: Jedoch daſs denjenigen, ſo von Hochernannter Herrn Churfürſten zu Brandenburg und Sachſen Lbd. Lbd. oder denen von ihnen deputirten Stadthalter, Cantzlern, oder Directorn und Räthen diſponirt, geordnet und anbefohlen wird, nichts zuwider geſchehe.* Io. Frid. Marchio Onoldinus A. MDCLXXXVI. defunctus, teſtamento ſuo, tuto-

(h) Verba ſunt LIMNAEI Tom. V. *Addit.* ad lib. IV. c. VIII. p. 303.

(i) Haec ſingula IO. LEONH. A PUHEL Conſiliarius intimus Baruthinus in Tr. ſuo *de tutelis Electorum principum S. R. I. ſtatuum* potiſsimum diſſertatione quarta vberius expoſuit.

res conſtituit Fridericum Guilielmum, Electorem Brandenburgicum et Marchionem Badenſem, quibus ſereniſſimam coniugem, Eleonoram Erthmutham Louyſam adiunxit, quae ipſa tamen tutelam proprio motu in reliquorum manus reſignauit, et poſtea cum Io. Georgio IV. Saxoniae Electore nuptias contraxit (k).

§. LVI.

Guilielmus Fridericus, Marchio Brandenburgenſis, lineae Onoldinae facto primum Teſtamento d. XVIII. Decembr. MDCCXVII. Fridericum Ducem Saxo-Gothanum atque Erneſtum Ludouicum Landgrauium Haſſo-Darmſtadienſem conſtituerat tutores, iisdemque ſereniſſimam coniugem Chriſtinam Charlottam adiunxerat et quidem hoc adiecto: *Und ob wir wohl anvordereſt, Ihro Maj. den König in Preuſſen oder ſonſten einen von unſern Herrn Vettern aus dem Königl. Chur-und Fürſtl. Hauſe Brandenburg hierzu auch erſuchet und gebethen haben wolten. So haben wir uns jedennoch hierbey erinnert, wie ſich ſolches bey denen der Bayreuthiſchen ſucceſſion halber annoch fürwaltenden und in ungeörterten Rechten ſtehenden differentien nicht füglich ſchicken, oder dieſelben zu beſchwehren ſeyn würde; dahero wir dieſelben nach dem Exempel der in unſers Hochſeel. Uhr-Gros-Herren Vaters Marggraf Joachim Ernſtens Gnaden Teſtament befindl. diſpoſition mit ſothaner Curatel ebenfalls verſchonen, nicht deſto minder aber des güntzlichen Verſehens ſyn wollen, man werde nicht allein Unſern hierinnen verordneten Ober-Vormündern keine Behinderung zu machen geſonnen, ſondern auch von ſelbſten es dahin zu richten gemeinet ſyn, daſs dieſe unſere diſpoſition und letzte Willens Verordnung in allen Stücken und Puncten zur Würcklichkeit gebracht werden.* Hanc vero diſpoſitionem d. XXIII. Febr. MDCCXXI. eo declarauit, vt Georgium Guilielmum Marchionem Brandenburgicum, ac Erneſtum Lu-

(k) STRYCK. cap. II. §. XXII.

Ludouicum Haſſiae Landgrauium vna cum Sereniſſima coniuge conſtitueret Tutores, tali ratione diſponens: *Wir wiederhohlen und beſtätigen hierbey ausdrücklich was wir wegen unſerer Hertzlichgeliebten Frauen Gemahlin Lbd. der Durchlauchtigſten Fürſtin, Frauen Chriſtianen Charlotten* (tot. tit.) *in angezogenen Unſern Teſtament wohlbedächtlich verordnet haben, alſo daſs Sie die Mit-Vormundſchafft über unſern Printzen dergeſtalt übernehmen und führen wolle, wie darinnen ausführlich enthalten iſt, mit der angefügten weitern declaration, daſs ſie unſerer Frau Gemahlin Lbd. als legitima tutrix, anforderiſt vor die chriſtl. und rechtſchaffene Education unſers freundl. geliebten Printzen eyferige Sorge trage und darbey, wie auch in allen Sachen Unſere verordneten Vormundſchäfftl. Geheimbde Regierungs-Räthe, worzu wir hiermit aus beſondern Vertrauen ernennen, Unſern Vetter und Land-Hofmeiſter den Grafen V. Caſtell, denn Unſere Geh. Räthe, Voigt von Saltzburg und Baron von Seckendorff, wie auch den von Brehmen und Schemel, ingl. den Hofrath Teufel und Roſa, auch unſern Hofrath Staudacher - - - Geſtalten wir mehr Höchſternannte Fürſtl. auswärtige Ober-Vormündere und dero Regierung mit Bemühungen oder beſondern Abſchickungen ſowohl als unſern Erb-Printzen mit Aufwand vieler Koſten möglichſt verſchonet haben, und allein dieſes wollen und verordnen, daſs höchſtbeſagter Fürſtl. Herren Vormündere Hohes Gutachten und Willens Meynung alsdenn eingehohlet und dero Beyrath, Aſſiſtentz und Vertretung requiriret werden, wenn in wichtigen Reichs- und Kreiſs-Angelegenheiten, ingl. in differentien oder Handlungen mit denen benachbarten es die Nothdurfft erfordert.* Poſt mortem quoque vidua tutelam et regimen terrarum ſuscepit et inde in actis publicis vocatur *Ober-Vormünderin und Landes-Regentin.*

§. LVII.

Ad domum tranſimus Palatinam. In hac domo exempla tutelae obſeruamus ſequentia. Anno MCCCXIX.

mortuus eſt Rudolphus Dux Bauariae Palatinatusque, et tres reliquit filios, quorum pater, quia contra Ludouicum Bau. imp. cum Friderico fecerat Auſtriaco, terras amiſerat omnes. Has tamen imper. liberis ſtatim poſt patris mortem reddidit, iisque in minorennitate adhuc conſtitutis Iohannem Naſſouium Comitem, prout credit ill. MOSERVS (l) tutorem terrarumque adminiſtratorem dedit. Aſt multa hic ſubſunt dubia. Primo enim nullum ad opinionem ſuam probandam teſtem adducit Moſerus. Deinde hiſtorici probatisſimi aſſerunt, ipſum Ludouicum imperatorem hancce habuiſſe tutelam. NAVCLERVS (m): *Rudolpho autem mortuo, uxor eius nomine Metza, cum filiis ad Heidelbergam oppidum declinauit. Ludouicus vero filiis, quia minores erunt, tutor in Bauaria factus eſt.* NICOLAVS BVRGVNDVS (n): *Tres erant filii Rudolpho Palatino geniti, Rupertus, Adolphus et Rudolphus, quos Caeſar defuncto fratre in gratiam TVTELAMQVE receptos, liberorum inſtar pulcherrime habebat.* Equidem apud LEHMANNVM *Chron. Spir.* (o), occurrit charta, in qua Comes Naſſouius tutor viduae liberorumque Rudolphi nominatur. Aſt valde incertum eſt, an Comes Naſſouius praeter tutelam terrarum inſuper adminiſtrationem habuerit. Primo enim probari nunquam poterit, iam Anno MCCCXX. paternas ditiones liberis fuiſſe reſtitutas, potius alii verius putant, Anno demum MCCCXXIX. per pacem Pauienſem factam eſſe hancce reſtitutionem, indeque Comes Naſſouius ſolam tutelam absque terrarum, quas pupilli non posſidebant, adminiſtratione gesſit. Reſtitutis vero prouinciis, Ludouicus imp. tanquam proximus agnatus ſubiit regimen prouin-

(l) *Staats-Recht* T. XVII. p. 319.
(m) Gen. XLIV. p. 993. ad A. 1318.
(n) *Ludouico Bauaro* p. 122.
(o) *Chron. Spirenſi* lib. VII. c. XXVI.

-uinciarum. Deinde, ſi vel maxime certum, quod tutelam Naſſouius habuerit, eum tamen ſolummodo quoad terrarum inter pupillos et eorum patruum ſuſcipiendam diuiſionem eſſe datum, non absque ratione mihi perſuadeo.

§. LVIII.

Deinde per pacta familiae et bullas imperatorias in domo Palatina ſtabilita eſt tutela legitima. In pacto inter Rupertum ſeniorem et iuniorem Anno MCCCLVI. ita conuenit (p): *Vt ſi quis eorum moriens liberos poſt ſe relinquat nondum perfectae aetatis, tunc ſuperſtes illorum tutor ſit in omnibus rebus, cuiuscunque ſint nominis, tantiſper, donec adoleuerint et nominatim etiam in Electoratu, vsque ad illud tempus, quo ſenior ex iis liberis, ſeu haeredibus decimum octauum compleuerit annum; - - ſaluo tamen vtriusque et haeredum iure. Quando vero ipſe ſenior filius annos octodecim compleuerit, protinus Tutor omnes Terras, dominia, dignitates, honores et alia iura, vtilitates et pertinentias, quae tanquam Tutor occupauit, absque omni contradictione, mora et impedimento deponat et ipſi adulto reſtituat, ſine fraude.* Per bullam Sigismundi imp. de Anno MCCCCXIV. conſtitutum eſt: *Quod ſi aliquem ex eis modo praemiſſo ab hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexus haeredes legitimos laicos poſt ſe relinquet, debitae patientes aetatis defectum, tunc ſenior frater, nepos aut Conſanguineus proximior in linea geniturae, ſi frater non extiterit eiusdem defuncti, laicus duntaxat, dicti pupilli et iuuenis, ad quem praeſcripta deuoluentur, de iure tutor eſſe debet et curator tamdiu, donec debitam pertingit aetatem, cui etiam iuueni, quam cito ad aetatem debitam pertingit, ius, vocem, dignitatem et poteſtatem praedictae Electionis, ac omnia et ſin-*

(p) LVNIG. R. A. P. ſpec. ſub *Pfaltz* p. 570.
(q) Extat apud LVNIG. L. cit. p. 602. et 610.

ſingula ab eis dependentia, idem Tutor ſine difficultate et renitentia qualibet tenebitur et debebit protinus aſſignare.

§. LIX.

Mortuo Ludouico IV. eius frater Fridericus tutelam relicti filii impuberis Philippi ſuſcepit, de quo ZESCHLINVS (r): *Diem ſuum obiit Anno MCCCCXLIX. relicto vnico filio Philippo, vndecim menſium infantulo, quem patruus Fridericus Victorioſus, Tutor legitimus, in filium adoptauit. In quo quidem Hiſtorici non nihil variant. Abbas enim THRITHEMIVS ita de ea re ſcribit: in rebus geſtis Friderici, opera FREHERI editis, pag. 6. Moriturus inquit, Ludouicus ipſe princeps Chriſtianiſſimus, filium ſuum memoratum vnigenitum Philippum, vxorem quoque Margaretham, et omnem Principatum ſuum, Friderico, fratri ſuo, commendauit, qui non habuit vxorem, ſub tali videlicet conditione, vt ipſe tutoris ageret officium, quousque Philippus octauum decimum compleuerit annum, quo (miſerante Deo) completo, Tutoris officium expiraret et Philippus paternum libere haberet imperium. Sed fratre mortuo, Fridericus ſuperuixit annis viginti ſex et nomen tutoris non depoſuit, nec principatum, vt promiſerat, Philippo reſignauit: ſed, quamdiu vixit, officium Tutoris tenuit, et prudenter omnia gubernauit. AENEAS vero SYLVIVS in Europa C. 40. ad eum modum rem exponit: mortuo (inquit) Ludouico Palatino, qui relictam Ludouici regis Cypri vxorem duxerat, filium ex ea natum, infantem adhuc, Fridericus, frater eius, conſentientibus terrae optimatibus, adoptauit: gubernatorem prouinciae tanquam dominus, Electorem imperii ſe dixit: caelibatum perpetuum promiſit, ne arrogato filio vxorem ducens, praeiudicium faceret. Rogatus Nicolaus V. pontifex id genus adoptionis confirmauit, recuſauit Fridericus Imperator, ſaepe multumque requiſitus: Tandem Leonhardus BAVHOLTZ de Operchofen, presbyter dioe-*

(r) *de tutela Electorali legitima* p. 247.

dioeceſis Ratisbonenſis, in paralipomenis ad Andreae Presbyteri Ratisbonenſis, Chronicon de Ducibus Bauariae fol. 146. ſic ſcribit: *Anno ſequenti, nimirum Anno MCCCCXLIX. Ludouicus praefatus ſentiens, appropinquare terminum vitae, deſignauit Tutores puero, Archiepiſcopum Moguntinum et Vdalricum Comitem de Wirtemberg. Fridericus vero frater Ludouici defuncti, iure propinquitatis onus in ſe voluit transferri, quod et admiſſum fuit eo pacto, ne aliquando legitimum contraheret matrimonium, iuramento praeſtito veritatis indici roborato. Et tunc pueri curam aſſumſit, et affectu paterno, omni decentia vsque ad annos pubertatis educauit: Heidelberg cum ſuis attinentiis in poſſeſſionem cepit: Ciuitates autem Bauariae, quarum principalior fuit Amberg, puero homagium fecerunt, procurante patre eius, dum adhuc in humanis ageret. Requiſiti igitur a Friderico ſibi eadem praeſtare, denegarunt, ea de cauſa, ne periurii incurrerent reatum. Operae igitur pretium fuerit, haec inter ſe collata teſtimonia in vnum, quod aiunt conſonantiam reducere: Quod ita quidem commodisſime fiet, vt cum Leonhardo quidem fateamur, fuiſſe a Ludouico nonnullos alios extra Familiam Contutores teſtamento nominatos: cum ſingulis autem dicamus, eos repudiatos per legitimum et plane a Tutela excluſos eſſe.*

§. LX.

Rupertus Electoralis Palatinatus princeps haereditarius mortuus, tres reliquit filios paruulos. Hoſce ſuos nepotes auus Philippus Palatinus commendat tutelae filii ſui iunioris Friderici, verbis (s): *Ad haec mala veneno frater tuus Dux Rupertus, vna cum florentisſima coniuge ſublatus eſt. Quo ſuperſtite nihil erat pertimeſcendum nobis. Tanquam alter enim Hector murus toti Palatinatui erat. Reliquit tres paruulos filiolos, quorum aetati ſubueniendum eſt. Ego, qui patris officio*

(s) Apud THOMAM LEODIVM *Ann.* lib. II. p. 37.

cio illis adeſſe deberem, graui, vt vides, impedior morbo. Quapropter Friderice ante alios charisſime te ad me vocaui, vt his malis, quantum in te eſt, ſubuenire ſatagas, praeſtes fratribus pro virili omnia: Quod tum demum abunde feciſſe interpretabor, ſi nepotulorum noſtrorum tutelam ſuſcipias. Ego hoc a te parens requiro, hoc exigit patria, neceſſarii et amici, qui pauci ſunt, eadem abs te efflagitant: Hoc paruuli nepotes implorant. Effice iam, quod mihi futurum de te ſemper perſuaſi, vt eſſes in calamitatibus aliquando ſolatium et ſenectutis meae baculus. Mortuo deinde Philippo Fridericus hancce tutelam terrarumque ſuſcepiſſe adminiſtrationem, teſtatur Thomas Leodius (t).

§. LXI.

Varia exſtant in domo Palatina exempla, ex quibus patet, patres ſuis per teſtamenta ſcripſiſſe liberis tutores, aſt raro teſtamentarii hi tutores praeualuere legitimos. Ludouicus VI. Palat. Elector Anno MDLXXXI. teſtamentum confecerat ſolenne, confirmatum a Rudolpho ſecundo imperatore, in quo ſaluis iis iuribus, honoribus et priuilegiis Electoralibus, quae ex lege ſoli ſeniori et proximiori agnato debentur, fratri Ioanni Caſimiro contutores adiunxit Georgium Fridericum Marchionem Brandenburgenſem, Ludouicum Ducem Wurtenbergicum et Ludouicum Hasſiae Landgrauium, aſt teſtamentarios hoſce tutores non admiſit Io. Caſimirus, argumentis vſus ſequentibus. Quaeſtionem de tutela in Electoratibus incidentem, non niſi ex vnica Aurea Bulla Caroli IV. et eius declaratione facta per Sigismundum Imperatorem, decidendam eſſe. Tutelam illam ſemper, et quotiescunque haeres Electoralis defectum aetatis patitur, ſoli vel fratri, vel eo deficiente, ſeniori et proximiori Agnato competere, et iure quidem ex Bullis quaeſito ac proprio, quod inuitis et non conſentientibus auferri teſtamento ne-

(t) *Annal.* lib. III. pr.

nequeat. In nullius priuati arbitrio et poteſtate eſſe, vt praeter et contra legem publicam et pragmaticam ſanctionem, vtilitatis publicae gratia et tot clauſulis derogatoriis et poenalibus munitam, aliquid in ſuam vtilitatem faciat. Succesſionis et tutelae, tanquam iurium in Bulla inſeparabiliter connexorum, eandem naturam eſſe, vt teſtatoris voluntas in iis, niſi legi confirma ſit, non attendatur. Electorem Ludouicum vel errore vel amore ſuorum nimio circumuentum, ad eam adiunctionem in Bullis prohibitam inductum, probabile eſſe. Eam diſpoſitionem non modo Bullis, ſed et moribus et pactis familiae Palatinae haereditariis contrariam, adeoque ſummi praeiudicii eſſe. De iure habenti tutorem non poſſe alium teſtamento dari, ſi lex prohibeat. Auream Bullam, ſi vlla alia parte, certe articulo de ſuccesſione et tutela tam eſſe manifeſtis et indubitatis verbis conceptam, vt citra calumniam ambiguitatis et imperfectionis argui non posſit. Succesſionem et tutelam in Electoratu vnam et eandem habere cauſam finalem, ideoque pari iure cenſendam. Adiunctos contutores ſponte confeſſos, Ioanni Caſimiro tutelam in totum adimi non potuiſſe, ergo neque in parte. Auream Bullam voluiſſe perpetuam certitudinem introducere, quae ſtare non posſit, ſi voluntati vltimae, ad mortem vsque ambulatoriae, ſubiaceat. Imo ſi locus ſit teſtamento contra Bullam, nihil obeſſe, quo minus ſeptenarius Electorum numerus ad arbitrium teſtatorum creſcat, ſecreta familiae et imperii pandantur exteris: diſſenſiones perpetuae gliſcant: vices imperii gerat tempore interregni et cauſas Caeſaris indicet et infulis Electoralibus induatur, non vnus, qui in Bulla nominatus eſt, ſed et plures, iique extranei, Clerici, plebeii, foemina, vt Mater aut Auia: quibus omnibus teſtamento poſſe tutelam deferri notius eſt, quam vt probatione indigeat.

cio illis adeſſe deberem, graui, vt vides, impedior morbo. Quapropter Friderice ante alios charisſime te ad me vocaui, vt his malis, quantum in te eſt, ſubuenire ſatagas, praeſtes fratribus pro virili omnia: Quod tum demum abunde feciſſe interpretabor, ſi nepotulorum noſtrorum tutelam ſuſcipias. Ego hoc a te parens requiro, hoc exigit patria, neceſſarii et amici, qui pauci ſunt, eadem abs te efflagitant: Hoc paruuli nepotes implorant. Effice iam, quod mihi futurum de te ſemper perſuaſi, vt eſſes in calamitatibus aliquando ſolatium et ſenectutis meae baculus. Mortuo deinde Philippo Fridericus hancce tutelam terrarumque ſuſcepiſſe adminiſtrationem, teſtatur Thomas Leodius (t).

§. LXI.

Varia exſtant in domo Palatina exempla, ex quibus patet, patres ſuis per teſtamenta ſcripſiſſe liberis tutores, aſt raro teſtamentarii hi tutores praeualuere legitimos. Ludouicus VI. Palat. Elector Anno MDLXXXI. teſtamentum confecerat ſolenne, confirmatum a Rudolpho ſecundo imperatore, in quo ſaluis iis iuribus, honoribus et priuilegiis Electoralibus, quae ex lege ſoli ſeniori et proximiori agnato debentur, fratri Ioanni Caſimiro contutores adiunxit Georgium Fridericum Marchionem Brandenburgenſem, Ludouicum Ducem Wurtenbergicum et Ludouicum Haſſiae Landgrauium, aſt teſtamentarios hosce tutores non admiſit Io. Caſimirus, argumentis vſus ſequentibus. Quaeſtionem de tutela in Electoratibus incidentem, non niſi ex vnica Aurea Bulla Caroli IV. et eius declaratione facta per Sigismundum Imperatorem, decidendam eſſe. Tutelam illam ſemper, et quotiescunque haeres Electoralis defectum aetatis patitur, ſoli vel fratri, vel eo deficiente, ſeniori et proximiori Agnato competere, et iure quidem ex Bullis quaeſito ac proprio, quod inuitis et non conſentientibus auferri teſtamento ne-

(t) *Annal.* lib. III. pr.

nequeat. In nullius priuati arbitrio et poteſtate eſſe, vt praeter et contra legem publicam et pragmaticam ſanctionem, vtilitatis publicae gratia et tot clauſulis derogatoriis et poenalibus munitam, aliquid in ſuam vtilitatem faciat. Succesſionis et tutelae, tanquam iurium in Bulla inſeparabiliter connexorum, eandem naturam eſſe, vt teſtatoris voluntas in iis, niſi legi confirma ſit, non attendatur. Electorem Ludouicum vel errore vel amore ſuorum nimio circumuentum, ad eam adiunctionem in Bullis prohibitam inductum, probabile eſſe. Eam diſpoſitionem non modo Bullis, ſed et moribus et pactis familiae Palatinae haereditariis contrariam, adeoque ſummi praeiudicii eſſe. De iure habenti tutorem non poſſe alium teſtamento dari, ſi lex prohibeat. Auream Bullam, ſi vlla alia parte, certe articulo de ſucceſſione et tutela tam eſſe manifeſtis et indubitatis verbis conceptam, vt citra calumniam ambiguitatis et imperfectionis argui non posſit. Succesſionem et tutelam in Electoratu vnam et eandem habere cauſam finalem, ideoque pari iure cenſendam. Adiunctos contutores ſponte confeſſos, Ioanni Caſimiro tutelam in totum adimi non potuiſſe, ergo neque in parte. Auream Bullam voluiſſe perpetuam certitudinem introducere, quae ſtare non posſit, ſi voluntati vltimae, ad mortem vsque ambulatoriae, ſubiaceat. Imo ſi locus ſit teſtamento contra Bullam, nihil obeſſe, quo minus ſeptenarius Electorum numerus ad arbitrium teſtatorum creſcat, ſecreta familiae et imperii pandantur exteris: diſſenſiones perpetuae gliſcant: vices imperii gerat tempore interregni et cauſas Caeſaris indicet et infulis Electoralibus induatur, non vnus, qui in Bulla nominatus eſt, ſed et plures, iique extranei, Clerici, plebeii, foemina, vt Mater aut Auia: quibus omnibus teſtamento poſſe tutelam deferri notius eſt, quam vt probatione indigeat.

§. LXII.

Cum Fridericus IV. El. Palatinus mortem ſibi appropinquare obſeruaret, de ſtatu religionis Euangelicae ſollicitus cum proximo agnato Philippo Ludouico Neoburgico de tutela certis ſub conditionibus ſuſcipienda tractauit. Miſſis igitur ad Neoburgicum Anno MDCII. legatis, ipſi conditiones, ſub quibus tutelam ei vellet deferre, propoſuit, varias, et vt de iis adimplendis reuerſales det Neoburgicus, futurus tutor, flagitauit. Fuerunt propoſitiones ſequentes (u): I. promittat princeps Philippus „ Ludouicus, ſe eam Religionem, quam Sereniſſimus Ele„ctor Fridericus publice hactenus profeſſus eſt, eiusque „ exercitium et ordinationes in Eccleſiis hactenus ob„ſeruatas atque introductas, etiam quoad ſubditos et „ Miniſtros, tutaturum, conſeruaturum et defenſurum „ eſſe, remota omni innouatione, moleſtia, impedimen„to et perſecutione. II. Receſſus illi et reſolutiones, „ ſiue decreta, quae Palatinus Elector alterius confeſſio„nis gratia in Ducatu Bauariae interpoſuit, in ſua vir„tute et eſſentia manento, nec quicquam vlterius per„mittitor. III. Nec vllo modo impediat princeps Phi„lippus Ludouicus, quin Senior Electoris filius et hae„res Electoratus, nec non alii Electorales Liberi, in pa„terna Chriſtiana religione educentur. IV. Neue prae„ſumat, Electorem aut electorales Liberos intuitu iſtius „ Confeſſionis, ex pace Religionis excludere. V. Ne„que paritor, vt Electori, quoad Directorium in cauſis „ Religionis, agitandis in imperii conuentibus, quaeſtio „ moueatur, vel vlla moleſtia fiat, ſed totis potius viri„bus ius illud Directorii integrum et illaeſum conſer„uare et cuſtodire in domo Electorali ſtudeat. VI. Quodſi „ caſus ita contingat, vt Tutela et Adminiſtratio Electora-

(u) ZESCHLINVS *de tutela Electorali* cap. VI. p. 260. ſqq.

„ ratus, atque ita etiam Directorium praedictum deuol-
„ uatur et perueniat ad Ducem Neoburgicum: neque
„ per ſe vllam creet moleſtiam iis, qui Electoris Religio-
„ nem profitentur, neque ope conſilioque ſuo per alios
„ hoc fieri patiatur: ſed directorio praedicto vtatur cum
„ conſilio et arbitrio eorum, quos Elector ipſi adiunget
„ contutores et conſiliarios ſuperſtites. VII. Caeterum,
„ durante tutelae et adminiſtrationis tempore, abſtinen-
„ dum eſſe Duci Neoburgico a publico confeſſionis ſuae
„ exercitio, tam in aula Electorali, quam extra eam: ea
„ tamen moderatione, vt, ſi velit, intra priuatos parie-
„ tes tam in Aula, quam alibi, pro ſe et ſuis Miniſtris,
„ in conclaui ſuo conciones audire, et ſacra fieri permit-
„ tat: ſed ita tamen, vt nullum ex Theologis vel con-
„ cionatoribus Neoburgicis adhibeat, qui Electoris con-
„ feſſionem et Eccleſias antehac vel ore vel ſcriptis
„ damnarit vnquam, vel etiam poſthac doctrinae iſtius
„ capita et mores ſeueriore cenſura et condemnatione
„ aggrauare atque ita rixas et contentiones mouere au-
„ ſus fuerit; VIII. Vt ſtatus Eccleſiae, eiusque ordina-
„ tiones omnimodo et libere maneant in eo ordine, quo
„ viuo Electore fuerunt et ad diem vsque obitus erunt,
„ ſine vlla innouatione: neque vllo modo ſit integrum
„ Duci Neoburgico, vel ſuos paſtores promouere ad
„ miniſteria Eccleſiaſtica in Electoratu vel pati, vt per
„ alios contra praedictas ordinationes intrudantur.
„ IX. Denique ne Electoriſſae viduae, liberisque Electo-
„ ralibus et eorum miniſtris, ratione loci aut temporis,
„ quoad Exercitium Religionis et vſum ſanctorum ſa-
„ cramentorum, aliarumque ceremoniarum, vllum impe-
„ dimentum aut moleſtia fiat, nec per alios fieri permit-
„ tatur. Aſt Neoburgicus recuſauit haſce reuerſales, eas
acerbas duraſque nimis conditiones continere dicens,

Replicant legati, aequitati eas conſentaneas eſſe et licet vel maxime Elector eas non vrgeat, quemlibet tamen tutorem vel ipſo rationis ductu ad earum obſeruantiam teneri. Permanſit tamen in propoſito Neoburgicus, cum ea conteſtatione, ſi quando Tutela et Adminiſtratio Electoratus Palatini ſibi ex Dei omnipotentis voluntate deferatur, quem caſum tamen tantum abeſt, vt euenire cupiat, vt potius omni tempore auerſum optet, praeſtiturum ſe ea omnia, quae a fidelisſimo amico et tutore poſſent expectari, quaeque tum Aurea Caroli IV. Imperatoris Bulla, tum eius ſubſecutae declarationes, et ipſum adeo ius atque aequitas requirunt. Imo et in ſpecie ſibi non graue futurum, vt cum conſilio et opera magni Aulae Magiſtri, Cancellarii et Conſiliariorum Electoralium, vel etiam vniuerſorum ſtatuum prouincialium ita omnia moderetur atque adminiſtret, vt et ſarta tecta conſeruentur ſtatuta Electoralia, cuiuscunque etiam ſint nominis, et geſtorum legitima ratio reddi posſit et denique Chriſtianae libertati atque conſcientiae nullae inſidiae ponantur. Verum ad eum modum ſeſe adſtringere, qui in exhibita obligationis formula continetur, non eſſe illuſtris animi, ſed rem noui et inuſitati exempli, indignam videri, quae pertinaciter vrgeatur. Nam ſi conditiones illae comparentur cum ſaepedicta Aurea Bulla, et ſubſecutis imperatoris Sigismundi declarationibus, nec non cum moribus et actis praeteriti temporis, et praeſertim cum iis, quae poſt obitum quondam pientisſimae memoriae Electoris, Palatini Ludouici An. MDLXXXIV. a principe Palatino Ioanne Caſimiro, facto et ſcriptis agitata fuerunt: ſane dubium nullum eſſe, quin omnes aequi et ſanioris iudicii homines deprehenſuri ſint magnam disſimilitudinem. Hinc legati domum receſſerunt. Elector vero terrarum ſecuritati proſpicere cupiens, omnes

omni-

omnium ditionum ſuarum conſiliarios, praefectos, officiales, miniſtros et ſubditos eo adegit, vt ſtipulata manu, et interpoſita iurisiurandi religione promitterent, ſe non ipſi modo Electori, quoad viueret, fideles et obſequentes futuros, ſed et poſt obitum ipſius eadem obſequii et fidei deuotione proſecuturos filium eius natu maximum Fridericum, tanquam vnicum et verum Electoratus ſucceſſorem. Ea tamen conditione, vt ſi tempore delatae ſucceſſionis filius adhuc aetatis defectum patiatur, non alium agnoſcant Tutorem vel Adminiſtratorem, niſi Electorali teſtamento deſignatum, neque in eius verba iurent ante, quam ſancte in ſe receperit et interpoſita literarum obligatione cauerit: ſe defuncti teſtatoris voluntati atque diſpoſitioni omnimodo ſatisfacturum, nec quicquam in ea mutaturum eſſe, donec ſucceſſor praedictus Dux Fridericus palatinus ad legitimam aetatem peruenerit. Poſtquam deinde litteris per aliquot tempus varie tractauerunt elector et Neoburgicus, hic tandem ad imperatorem aeque ac electores rem detulit. Ex quibus plerique putarunt, rem periculi plenam moliri Electorem, et A. B. claro contrariari textui eius deſideria. Interim Elector teſtamento condito Iohannem Bipontinum liberorum tutorem ſcribebat, praeterito prorſus proximo agnato duce Neoburgico. Huius teſtamenti confirmationem, cum ab imperatore peteret, tale tulit reſponſum: *Die Röm. Kayſ. Maj. auch zu Hungarn und Böheim Königl. Maj. Unſer allergnädigſter Herr, haben mit allen Gnaden angehört, und verſtanden, welchermaſſen der Durchleuchtig-Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr Friedrich, Pfaltz-Graf bey Rhein, Herzog in Bayrn und Graf zu Sponheim, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Truchſes und ChurFürſt, durch derſelben anſehnlichen Abgeſandten, den Durchleuchtigen, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Chriſtian, Fürſten zu Anhalt, Graſen zu Aſcanien und Herrn zu Bernburg,*

auf

auf Uebergebung Churfürſtlichen Credentz-Schreiben, um confirmation Ihrer Churfürſtl. Gnd. aufgerichten vormündlichen Verordnung, ſo münd- ſo ſchrifftlich allerunterthänigſt anſuchen und bitten laſſen. Nun ſollen Ihre Churfürſtl. Gnd. gäntzlich darfür halten, daſs Ihro Kayſerl. Maj. aus der ſonderl. geneigten Affection, ſo ſie zur ſelben, als einem fürnehmſten Churfürſten des Reichs, der Ihro Kayſerl. Maj. und dero Hochlöbl. Haus in vil Weg Erſprieslichkeit erzeigen kan, tragen, nit gern ichts, ſo in Ihrer Maj. Vermögen ſtünde, verſagen wolten: Es wird aber Ihren Churf. Gn. noch unentfallen ſeyn, was ſich nach Dero geliebten Herrn Vaters ſeel. weyland Churfürſt Ludwigens Ableben, mit ihrem Herrn Vettern, Pfaltz-Graf Johann Caſimirn, der Vormundſchafft halben für Streit und Uneinigkeiten begeben. So können auch Ihro Kayſ. Maj. Ihren Churfürſtl. Gnd. nicht verhalten, was maſſen man ſich allbereit noch vor einer guten Zeit, ehe daſs Ihre Kayſ. Maj. Ihrer Churf. Gnaden intent und Begehren eigentlich gewuſt, von hohem interesſirten Ort angemeltet und gebeten, deſſen ungehört nichts endliches zu reſolviren. Derhalben Ihr Kayſ. Maj. nicht allein das betrachten, was ſie vermög tragenden Amts thun, ſondern auch, wie ſie allerley Weiterungen, ſo ſich hernach erregen möchten, fürkommen könnten: Und will alſo Ihro Kayſ. Maj. nicht wohl anderſt gebühren, als denjenigen intereſſirten über Ihrer Fürſtl. Gnaden Erſuchen, damit Ihro Kayſ. Maj alsdann, nach Gelegenheit und Befindung der Sachen, ſich deſto beſſer der Billigkeit nach erklähren möchten, zuvor zu vernehmen: Wie dann Ihro Kayſ. Maj. was je ſeyn wird können, Ihren Churf. Gnd. wiederfahren laſſen wollen. Et licet reiteratas imperatori inſtantias facerent legati, nihilominus imperator in priori perſtitit reſolutione, legatosque dimiſit. Tandem verò XXII. Nou. A. MDCVII. plane inſcio et inaudito Neoburgico et ad inſtantiam nonnullorum, qui Caeſari perſuadebant, eo promtiorem in promouendis et ſoluendis

dis tributis fore electorem, mutata prior eſt ſententia et decretum etiam non poſtulanti datum, quo P. P. *ſo haben wir, auf berürt unſers lieben Oheims und Churfürſtens Lbd. ſuchen und bitten, auch wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechten Wiſſen, nachfolgende Erklährung und Verſprechnüs gethan, thun es auch hiermit und in Krafft dieſes: im Fall ſich begeben ſolte; daſs jemand, wer der auch ſey, mehrgedacht Unſers Churfürſtens, Pfaltzgraf Friederichen, hinterlaſſene teſtamentliche Diſpoſition anzufechten und wider ſolche Einrede fürzuwenden ſich anmaſſen würde, dagegen aber diejenige, derowegen Unſers Churfürſtens Lbd. teſtamentliche Verordnung beſchehen, oder denen die Handhab und Execution deſſelben darinnen aufgetragen und anbefohlen worden, ſich wider ſolche angemaſſte Einreden zu ordentlichem und völligem Austrag und Erkanntnus Rechtens, und alſo ad plenam cauſae cognitionem erbieten würden, daſs wir auf ſolche Rechts-Erbietung nicht geſtatten oder zulaſſen, daſs wider dieſelbe Gewaltthätigkeit geübt, gebraucht und vorgenommen, ſondern vielmehr, vermittelſt Unſerer Kayſerlichen Autoritaet und Macht, die Sachen dahin richten wollen, daſs alle Gewaltthat abgeſchafft, verhütet, und diejenigen, ſo ſich beſagtem rechtlichen Austrag anerbieten, bey demſelben allerdings unbetrübt gelaſſen, wieder Gewalt gehandhabt und geſchützt werden. Jedoch Uns und dem Reich, wie auch ſonſt männiglich, Rechtens und deſſelben ordentlicher und völliger Verfolgung und Ausführung unſchädlich.*

Mortuo Electore Anno MDCX. cum vterque, et Dux Neoburgicus et Bipontinus, non modo nunciaret hunc caſum Caeſari, ſed et eius officium imploraret, ille quidem vigore Aureae Bullae, hic vero intuitu teſtamenti, etiam dicti decreti, reſpondit Caeſar: *ſe imprimis cupere, vt in omnibus aliis, ita etiam hac in cauſa, ipſi gratifica-*

cari: verum grauitatem huius negotii requirere, vt, pro more in eiusmodi cauſis et controuerſiis vſitato, Electorum ſuffragia exquirantur: quibus auditis, nihil ſibi prius fore, quam vt ſuum Iuſtitiae et aequitati conforme decretum interponat.

Duce vero Bipontino interea nihil non attentante, quod ad firmandam ſuam inuaſionem faceret, et Neoburgico per Legatos ſuos - - inſtante, vt declaratoria ſententia pronuntiaret Caeſar, ſibi ſoli ex Aurea Bulla Caroli IV. Electoratus Adminiſtrationem, Tutelam et poſſesſionem deberi: reſcribit ſecundo Caeſar, ſub dato XIII. Iulii An. MDCXI. *expectandum eſſe Electorum votum: id tamen vrgere ſe velle omni ſedulitate per praeſtantes ſuos Commiſſarios, quos ad inſtantem tum Electorum omnium conuentum ſit delegaturus: eoque voto ſubſecuto, amplius ſe, ſicut decet et aequum eſt, reſponſurum.* Vbi animaduertendum, congregationem tum temporis Electorum Mulhuſium indictam: ad eam vero litigantium de poſſesſione Palatinorum neutrum vocatum, Conuentum etiam illum praepeditum fuiſſe morte Chriſtiani ſecundi, Electoris Saxoniae, et peſte in vrbe Mulhuſio graſſante: alio interim conuentu Norimbergam indicto.

Quod cum intelligeret Bipontinus, miſſo Bragam Legato, Hyppolito a Collibus, homine vt apprime erudito et docto, ita non minus callido, omnem mouit lapidem, vt Caeſari perſuaderet, eluſoriam omnino, aut ſaltem minus ex vtilitate Caeſaris futuram illam congregationem, niſi vel aetatis venia concedatur haeredi Electorali, tum decimum quintum annum agenti vel Bipontinus, ſi non plene et definitiue confirmetur in ſua Adminiſtratione, prouiſionaliter et momentanee ſaltim ad praedictam Electorum congregationem admittatur.

Quibus tamen perſuaſionibus nihil motus Caeſar XXIX. Iulii, ni fallor, reſpondit, *nihil horum in ſua eſſe poteſtate, aliis praeſertim tantopere contradicentibus Bipontino:*

cu-

turaturum ſe tamen pro Caeſarei ſui officii ratione, vt, collectis Electorum ſuffragiis, per iuſtam aequabilemque ſententiam finis huic liti imponatur.

Verum ea reſponſione minus contentus Legatus Bipontinus, quia hac non licuit, aliam ſibi tentandam viam eſt arbitratus: tandemque neſcio quibus argumentis obtinuit, vt prius decretum mutaretur altero ſtatim die, ad eam formam, quae ſequitur: *Der Röm. Kayſ. Maj. Unſerm allergnädigſten Herrn, iſt der Gebühr referirt, was nochmahls der anweſende Churf. Pfältziſche Abgeſandte Herr Hypolitus von Coli, wegen der Chur-Pfaltz Curatel und Adminiſtration gehorſamſt vorbracht und gebethen. Wiewohl nun Ihro Kayſerl. Maj. dieſer Sachen hauptſächlichen Ausſclag bis auf Einholung der ſämtl. des Heil. Reichs Churfürſten hierüber rathſamen Bedencken und Gutachten verſchoben; weil jedoch wegen vorſtehenden Churfürſten Tag, zu Ergäntzung des Churfürſtl. Collegii, des Heil. Röm. Reichs Nothdurfft erfordern will, eine Gewiſsheit zu haben, wie entzwiſchen, und bis dieſer Streit entweder recht, oder gütlich beygelegt, es wegen Herrn Pfaltz-Grafen Johanns Fürſtl. Gnd., als Krafft der Kayſerl. Confirmation befundenen ruhigen poſſeſſors der Chur-Pfaltz Land und Leut, zu halten; So erklähren ſich Ihro Kayſ. Maj. ſonderlich aber, weil ſie auch dahin den meiſten Theil des Röm. Reichs Chur-Fürſten inclinirt zu ſeyn vermercken, hierauf gnädigſt, daſs ſie es bey ihrer weiland Pfaltz-Graff Friedrich dem ältern Churfürſten Anno MDCVII. ertheilten confirmation nochmals allerdings verbleiben und bewenden laſſen, daſs auch in Krafft und vermög derſelben, Herrn Pfaltz-Graf Johanns Fürſtl. Gnd. (doch ohne einigen Abbruch eines andern beſſern Rechtens) vsque ad deciſionem cauſae, dem Churfürſtl. Collegio und allen andern Actibus Electoralibus beywohnen könne und möge. Welches Ihr Kayſ. Maj. dem Abgeſandten zum Beſcheid hiermit vermelden wollen.* Varia deinde mouebat Neoburgicus, aſt dum de iuſtitia tu-

telae diſceptaretur teſtamentariae, maiorennitatem conſequebatur princeps haereditarius Electoralis.

§. LXIII. a)

Carolus Philippus Elector Palatinus, tutor minorennis principis Solisbacenſis fuit, et quatenus de rebus Solisbacenſibus ageretur, ita ſcribere ſolitus eſt: Carl Philipp - - *als Ober-Vormund des annoch minderjährigen Herrn Herzogs Carl Philipps zu Pfalz Sulzbach Lbd. und des Fürſtenthums adminiſtrator.*

§. LXIII. b)

Ludouicus Caecus Anno MCCCXIII. liberis in teſtamento nominauit tutorem Ottonem fratrem natu minimum eumque ſenioribus duobus fratribus praetulit. Geſſit quoque teſtamentarius tutor terrarum adminiſtrationem aeque ac pupilli tutelam. Ad hoc praeſertim exemplum prouocant Gothofredus et Freherus, cum in defendenda tutela teſtamentaria ſunt occupati. Aſt fruſtra hocce adduci exemplum, iam monuit ZESCHLINVS (x). Nam quod mortuo Ludouico Otto Palatinus Mosbacenſis tutelam illam fiduciariam in ſe recepit, et Ludouici, Friderici et Ruperti pupillorum Electoralium Tutor, et Electoratus adminiſtrator extitit: et a ſacri imperii Electoribus admiſſus in Electorale Collegium, adeoque in arctisſimum fraternitatis foedus receptus eſt: id non tam teſtatoris liberalitati, quam ſenioribus fratribus acceptum ferre debuit. Quippe qui iuri ſuo ex Bullis ſibi competenti tandem in gratiam fratris Ludouici volentes renuntiarunt, multis ad hoc precibus, perſuaſionibus et donis adducti, vt conſtat

(x) *de tutela Electorali legitima* Cap. VI. p. 246.

ſtat ex ea renunciationis forma, quae ad calcem primi capitis a ZESCHLINO eſt adiecta (y).

§. LXIV.

Anno MDLXXXXI. Iohannes Bipontinus de tutela per teſtamentum diſponebat, aſt eam proximo deferebat agnato. Verba teſtamenti apud DV MONT (z) ſunt ſequentia: *Weiter achten wir für eine hohe Nothdurfft, unſern Söhnen und Töchtern, weil ſie noch unter Ihren Jahren und ihr vollkommen Alter nicht erreicht, einen getreuen und fürſichtigen Tutoren und Vormünder zu ordnen, erſuchen demnach und bitten gantz freundlich den Hochgebohrnen Fürſten, unſern freundlichen lieben Vettern, Bruder und Gevattern, Herrn Johann Caſimirn Pfaltzgrafen bey Rhein Vormunden und der Churfürſtl. Pfaltz Adminiſtratorn, Herzogen in Bayern, daſs ſeiner Lbd. als unſer und unſerer Kinder getreuer Blutsfreund, in dem wir je und allwegen ein freundliches und Brüderliches Vertrauen geſetzt, dieſe Bürde uff ſich nehmen, und unſerer hinterlaſſener Söhne und Töhter, ſo lang bis jedes Ihr obbeſtimtes Alter erreicht, Ober-Vormünder, Tutor und Curator ſeyn wolle, dieſelbe als ein treuer Vormunder und Curator (wie wir Se. Lbd. gäntzlich antrauen) durch uns und in allen Sachen, ſo einen getreuen Vormunder oder Curatorn zuſtehen, ein freundl. Vetterl. Befelch haben, in allen billigen Sachen und ſo offt es die Nothdurfft erfordert, ihnen mit Hülff, Rath und aller guten Beför-*

(y) ILL. MOSER *Staats-Recht* P. XVII. p. 320. ſcribit, ſe hancce renuntiationem nullibi inuenire potuiſſe. Et verum eſt, illam in loco, quem allegat Zeſchlinus, non exiſtere. Aſt legi poteſt in fine libelli Zeſchliniani. In quibusdam editionibus illa indici praefixa, in aliis poſtpoſita eſt. Eſt autem haec renuntiatio a fratre Iohanne, cui tanquam ſeniori fratri legitima competebat tutela, aſt pro certis ſibi in Bauaria adſignatis reditibus renuntiauit.

(z) *Corps diplomatique* T. V. P. I. p. 484.

derung beſtändig ſeyn, wie Se. Lbd. wolten, daſs deroſelben hinterlaſſenen Kinder, wo es zu einem gleichen Fall (den doch Gott lang verhüten wolle) gereichte, auch geſchehe, als wir auch nicht unterlaſſen wollen, Se. Lbd. in einer ſondern Schrifft zu erſuchen, der tröſtlichen Zuverſicht, ſie werden uns dieſen letzten und allerliebſten Dienſt nicht abſchlagen.

Wo auch Gott der Allmächtig Se. Lbd. (welches doch ſeine göttliche Allmacht noch lang mit Gnaden abwenden wölle) vor uns, oder zuvor und ehe alle unſere Kinder Ihr gebührend Alter erlangt, von dieſem Jammerthal abforderte, ſo ſoll alsdann unſer freundlicher lieber Vetter, Bruder und Gevatter, Herzog Friedrich Pfaltzgraff, der Churfürſtl. Pfaltz Erbe, zu Vormundern und Curatoren hiemit freundlich erbeten ſeyn, wie wir ſeiner Lbd. freundlich antrauen, ſie werden von wegen unſerer Bluts-Verwantnuſs, damit wir einander zugethan, uns und den unſern zu Ehren und Guten, ein ſolches nicht verweigern, und damit Ihr Lbd. ſolcher Vormundſchafft ſich deſtoweniger zu beſchwehren haben, auch unnothwendiger Unkoſten deſtomehr geſpart werde, ſo ordnen und wollen wir, daſs Se. Lbd. sechs aus unſern Räthen, zwen von Adel, zwen Gelehrten, und zwen der Rechnung und anderer unſerer geheimen Sachen verſtendige und erfahrne, welche Se. Lbd. hierzu für düglich und qualificirt erkennen wird, zu Regenten in wehrender Vormundſchafft, erwehlen und ziehen ſoll, darunter diejenige ſo täglich bey der Regierung und Canzley-Geſchäfften ſind, vor andern Räthen uf alle des Fürſtenthums und unſerer Kinder Wohlfahrt, ſonderlich aber daſs ſie in Gottesfurcht, guter diſciplin und nützlichen Künſten nach Gottes Wort und Willen chriſtlich und wohlerzogen werden, vermög der durch uns mit ihrem praeceptore (der in allweg bey ihnen zu laſſen) verglichenen Ordnung und daſs darüber gehalten werde, ein ſunderes Uffſehen haben, und mit den andern, ſo mit täglich darbey ſeind, in ſondern fürfallenden hochwichtigen Sachen, getreue Correſpondenz halten, und mit demſelben, was unſerer geliebten Gemah-

mahlin und Kindern, auch den gantzen Fürſtenthum zu Nutz und Guten gereichen mag, thun und laſſen, heben und legen ſollen, wann ihnen aber etwas Beſchwerliches vorfiele, darinnen ſie zu ſchlieſſen Bedencken hätten, ſollen ſie daſſelbige an vorbemelten Herrn Ober-Vormunder gelangen, und ſeiner Lbd. Raths und Beſcheids erwarten, auch zuförderſt mit Se. Lbd. alsbald nach unſerm Todt berathſchlagen, mit was Perſonen neben ihnen den Regenten die Regierung zu beſtellen, wie der Fürſtl. Cammer einkommen getreulich verwaltet, die Schulden von Jahren zu Jahren, doch ſo bald immer müglich, abgelegt, und die jährliche Rechnungen ordentlich gehalten, alles ufs treulichſt verwaltet, und unnöthige Ausgaben, ſo viel immer müglich, verhütet werden, in dem dann Se. Lbd. und ſie nach aller Gelegenheit und Umſtände handlen, Inſonderheit aber, wie vorgemelt, uff die Zucht unſer Kinder achtung geben ſollen, daſs dieſelbige Gottſeeliglich Chriſtlich und erbahrlich, auch alſo erzogen werden, wie ſich Fürſtl. Herkommen nach gebürth und von nöthen iſt.

§. LXV.

Tutelae maternae exemplum in domo quoque Palatina exſtitit. Nam Maria Eleonora vidua Ludouici Philippi, Comitis Palatini, lineae Simmerenſis ex teſtamento mariti liberorum tutrix eſt ſcripta, et deinde a iudicio Camerali confirmata die VI. Iulii. Confirmatio haec eſt (a): *Auf teſtamentariſche diſpoſition und erfolgten tödlichen Hintritt weyl. Herrn Ludovici Philippi Pfaltzgrafen bey Rhein, Herzogen in Bayern und Grafen zu Sponheim, wie auch deſſen nachgelaſſener Fr. Wittiben, Maria Eleonora, gebohrner Marggräfſin zu Brandenburg, und Herzogin in Preuſſen, aus Mütterlicher Lieb und Zuneigung beſchehen, enthieten und erklähren, iſt dieſelbe, jedoch daſs ſie zuförderſt gewöhnlich Gelübd, Eyd, obligation und Renunciation Ihnen, deren von Ihro der Frauen Wittiben,*

(a) Extat apud STRYCK. *de tutela materna* Cap. III. §. VI.

tiben, und obgedachten Ihren gewesenen Ehe-Herrn erzeugten hinterbliebenen minderjährigen Fürſtl. Kindern benahmentlich Ludov. Henr. Maur. Francis. und Eliſabetha Maria, zu Vormünderin hiemit verordnet. Demnach werdet Ihr, D. P. G. Krafft vorbrachten original-ſpecial-Gewalts, im Nahmen Eurer darin benanten Frau Principalin zuförderſt ſecundis nuptiis und Sc̃to Vellei. gebührlich renunciren, folgends wegen deroſelben gerichtl. angeloben, und in ihre Seele einen Eyd zu Gott und auf das Heil. Evangelium ſchweren, daſs ſie alles und jedes, was obbemelden Ihren Pfleg-Kindern gut und nützlich iſt, thun und handeln, was unnütz und ſchädlich, vermeiden, unterlaſſen und verhüten, deroſelben Güter und Perſonen in guten Glauben und Trauen vertreten und zum Beſten verſehen, ein ordentlich Inventarium förderlich aufrichten laſſen, Ihrer Adminiſtration und Handlung zu gebührend und rechter Zeit Rechnung thun, mit vollkommener Ueberlieferung alles desjenigen, ſo aus ſolcher Vormundſchafft zu ihren Händen kommen, und mehrgedachten ihren Pfleg-Kindern zuſtändig ſey, wie auch deſſen, was ſie ihnen ſchuldig bleiben wird, und ſonſten alles andere thun wolle, was einer getreuen Vormünderin zuſtehet und gebühret, bey Verpfändung Ihrer Haab und Güter, ohn alle Gefehrde. Poſtquam vero huic decreto per renunciationem, cautionem et Iuramentum per mandatarium D. P. G. ſatisfactum, ſubſecuta eſt ipſa confirmatio Cameralis, ſequentibus verbis: *Auf ſolche jetzt beſchehene Renunciation und geleiſtete Caution wie auch zugleich erſtatteten Eyd und obligation iſt obbemeldter Frauen Mariae Eleonorae Pfaltz-Gräfin bey Rhein etc. Wittiben, die Adminiſtration und Verwaltung ihrer mit weyland Ihren geweſenen Ehe-Herrn, Ludouico Philippo Pfaltz-Grafen etc. erzeugten nachgelaſſenen minderjährigen Kindern, Eingangs ernannte Vormundſchafft allein zuerkandt und anbefohlen, darüber Richterl. Decret und Authoritaet interponiret. Speyer den 30. Oct. 1655.*

§. LXVI.

§. LXVI.

Fridericus Pius Dux Brunſuicenſis in tabulis ſuis codicillaribus Anno MCCCCLXXVII. ſolos conſiliarios et ſenatum oppidanum Luneburgenſem Henrico nepoti ſuo tutores conſtituit (b): *Vünde ſick ock, na Willen des Allmechtigen Godes, dat wy vor demſelben unſes Sones Son, ehr he to ſodanem vorgeſcreven namlicken achteyn Jahr gekommen wäre, van Dodes wegen affgiengen, ſo geven und ſetten wie ome, denn alſe nu, und nu alſe denn, to rechten waren Vormundern, unſe getruwen Rede unſes Landes Lüneborg, alle Geiſtlick und Wertlick, und den Rad to Lüneborg und andern Nemende, den ſulven unſes Sones Son wy den genanden Unſern Reden, by alſo dann getruwen Loffien und Eeden, darmede ſe uns und unſer Hersſcup bewant ſyn, mit ſynen Landen und Luden, wolto menende, und ou truwelicken, na orem Witten und ſyenen, alſe ſee vor dem leven Gode willen bekant ſyn, vor toweſende, und to vorſtande, ock denn alze nu und nu alze denn bevelend, und bevalen gebabt bebben willen. Und wann he dann achteyn Jar olt geworden were, ſcullen ſe on to dem vullen Regimente ſyner Lande und Lude ſtaden und kommen laten, und ome den fort truwelicken helpen raden, und da denn, alſe truwen Underſaten orem Herrn to donde wol gefoget.* Notandum hic eſt, quod agnatus in domo Brunſuicenſi, cui tutela deferri potuiſſet, tunc non exſtiterit. Solus aderat Wilhelmus ſenior ſeu Victorioſus, qui tamen tempore delatae tutelae iam nonagenarius erat, ideoque ob aetatem nimis profectam ſuſcipere eam vel noluit vel non potuit.

§. LXVII.

Anno MDXXXV. inter Henricum et Wilhelmum duces

(b) Apud LVNIG. *Fortſ. der 2ten Contin.* p. 262. et PHIL. RETHMEYER *Braunſchw. Chronic.* p. 1318.

ces Brunſuicenſes conuenit (c): *Wann unſer Herzog Heinrichs Erben, den zu regieren gebühret, unmündig ſeyn, alsdann ſollen und wollen wir, Herzog Wilhelm, und unſer Erben, uns des Regiments nicht anmaſſen, auch den Vormünden, Regenten und Räthen, ſie ſeyen von dem Verſtorbenen, oder von der Landſchafft, oder den Freunden darzu verordnet, geſetzt und gegeben, an ihrer Verwaltung und Regierung des Fürſtenthums und Lande kein Einhalt, Eingriff, oder Verhinderung thun, ſondern wir und unſere Erben ſie darbey treulichen und gnädiglichen ſchützen, handhaben und vertheidigen, und ſo offt ihnen des vonnöthen und von uns gefordert wird, ihnen räthig, hülfflich und beyſtändig ſeyn, ohne alle Wegerung, Entſchuldigung und Abſchlag.*

§. LXVIII.

Anno MDLXXXII. Iulius Dux Brunſuicenſis liberorum tutricem nominabat matrem, eique proximos agnatos Duces Brunſuicenſes ſimul cum conſiliariis quibusdam adiunxit, prout verba habent ſequentia (d): *So verordnen wir -- Unſere freundliche hertzliebe Gemahlin, -- als die Frau Mutter und legitimam Tutricem, zu unſerer Söhne und aller und jeder unſer Fürſtl. Kinder Obriſten-Vormundern, Tutricem et Curatricem, auch Executricem dieſes Unſers letzten Willens, alſo und dergeſtalt, daſs Ihre Lbd. da Wir, (welches wir zu Gottes Willen ſtellen) ſo zeitig und ehe mit Tode verfahren würden, denn unſere Söhne und Töchtern alle, oder zum Theil, zu ihren vollmündigen Jahren kommen würden, ſo lange ſie, unſer Gemahlin, ihren Witwenſtand unverrückt, nicht allein gemeldter aller unſer Kinder Vormünder ſeyn und bleiben, ſondern auch ſo lange, als unſer älteſter Sohn und regierender Herzog Heinrich Julius ſein vollkommenes Alter und zum wenigſten 25. Jahr*

(c) LVNIG. R. A. P. Spec. *Unter-Braunſchw. und L.* p. 62.
(d) LVNIG. R. A. P. Spec. Cont. II. p. 286.

In qua plerique agnatum omnibus, imo tutoribus teſtamentariis et pactitiis praeferebant.

§. VI.

Inde diſtinctio in tutelam et adminiſtrationem eſt antiquiſſima.

§. VII.

Tutela allodialis fuit uſufructuaria.

§. VIII.

Quod tamen de ſola val legitima tutela.

§. IX.

Tutelae feudalis uſus cepit tempore, quo feuda hereditaria ſunt facta.

§. X.

§. X. et XI.

Dominus durante impubertate vaſalli ſibi et fructus feudi et tutelam vindicat ſub nomine des Angeſälles, et quid ſit Angeſälle.

§. XII.

Vlterius probatur, dominum in feudo habere das Angeſalle.

§. XIII.

Quod etiam apud exteros locum habet.

§. XIV.

Saepe dominus dir. alios inueſtiebat de iure, quod Angeſälle dicitur, inde feuda guardiae.

§. XV.

Hinc dominus eſt ſupremus impuberum vaſallorum tutor.

§. XVI.

Origo tutelae feudalis et quid ſit haec tutela?

§. XVII.

Tutor inueſtiebatur de feudo illudque inſtar vaſalli tenebat.

§. XVIII.

Inde tutela feudalis itidem fuit vſufructuaria et

§. XIX.

Prae caeteris proximo deferebatur agnato.

§. XX.

Excluſis tutoribus teſtamentariis et matre.

§. XXI.

Moribus Germanicis conſentiunt iura Longobardica.

§. XXII.

Non agnati ſolum, ſed interdum quoque ſimultanee inueſtiti, confratres et cognati ad tutelam admittuntur feudalem.

§. XXIII.

Iura peregrina inuerſionem iurium Germaniae antiquorum producunt et tutelam inducunt teſtamentariam.

§. XXIV.

Quam inſequitur materna.

§. XXV.

Quod tamen de priuatis ſolum valet.

§. XXVI.

An diſtinxerint Germani inter tutores curatoresue?

§. I.

Dum in capite antecedenti per ſingulas illuſtrium familias iura eorum tutelaria expoſuimus, nunc de generali et certa quadam regula, ad cuius normam in tutelarum cauſis viuunt illuſtres, erimus ſolliciti. Ad quam eruendam, de iuribus antiquis, quibus Germani circa tutelam feudalem aeque ac allodialem ſunt vſi, ac de horum iurium immutationibus, quaedam hic praemittantur, eo

eo magis eſt neceſſe, quo minus negari poteſt, illuſtres antiquorum Germaniae iurium priuatis tenaciores eſſe (a).

§. II.

Et primo quidem, quod ad allodialem attinet tutelam, conſtat inter omnes, qui principia iuris non ignorant Germanici, tum antiquiori, tum media aetate, quamlibet familiam ſua habuiſſe praedia, quae familiae credebantur quaeſita (b), quaeue e familia alienari non poterant (c), ſed ita cuilibet genti erant alligata, vt quilibet extranei ab iis arcerentur, imo exiſtentibus maſculis a ſucceſſione penitus excluderentur filiae, quippe quae bona ex vna in aliam transferunt familiam (d). Huiusmodi bona, familiae adquiſita, erant in dominio omnium, qui familiae connumerabantur, communi, omnibusque agnatis in ea ſuccedendi ius competebat certiſſimum. Multum igitur agnatis intererat, bene adminiſtrari haecce bona, quippe quorum proprietatem quodammodo participabant. Commune hocce, quod ex mala adminiſtratione non in pupillum ſolum, ſed quoque in agnatos redundabat, periculum, et cura, qua extraneos a communibus familiae bonis excluſerunt maiores noſtri, ſingularis non permiſit, ex-

(a) De LVDEWIG *diſſ. iur. R. et G. in fructuum attributione diſſ. 1. nota dd.*

(b) TACITVS *de M. G. c. XXVI. agri pro numero cultorum ab vniuerſis occupantur. Quos mox inter ſe ſecundum cognationem partiuntur.* IVLIVS CAESAR lib. VI. de B. G. c. XXII. *Gentibus cognationibusque hominum, qui vna coierunt, quantum viſum eſt, attribuunt agri.*

(c) Monſtratum hoc eſt, in diſſertat. me praeſide habita, de *reſtricta illuſtrium alienandi facultate maxime quoad allodia auita* Cap. I. §. 6. ſqq.

(d) de LVDEWIG *conſilia Hall.* T. II. p. 2067.

extraneum pupilli bonis poteſtate praefuiſſe tutoria. Hinc agnatis exiſtentibus alia, quam legitima tutela, in Germanorum foris erat ignota.

§. III.

Quamuis vero ex antecedenti Paragrapho ſatis clare pateat, indolem bonorum, quae maiores habebant noſtri, non tuliſſe tutelam, alii quam proximo delatam agnato, nihilominus tamen et mearum erit partium, ex iuribus moribusque Germanorum meam probatam dare ſententiam. In medium igitur affero Legem Saxonum, quae tutelam definit legitimam, dum decernit (e): *Qui defunctus non filios, ſed filias reliquerit, ad eas omnis hereditas pertineat*, tutela *vero earum, fratri vel proximo paterni generis deputetur. Si vidua filiam habens, nupſerit, filiumque genuerit*, tutela filiae *ad filium, quem tunc genuerat, pertineat. Si autem filium habens nupſerit, filiamque genuerit*, tutela *filiae non ad filium prius genitum, ſed ad fratrem patris vel ad proximum eius pertineat.* Idem ius apud Francos obtinuit, dum capitularia definiunt (f): *Quicunque res alienas cuilibet homini vendiderit et ipſe homo easdem res alicui alteri dederit, ſiue vendiderit, et ipſe, qui tunc easdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio, aut alteri cuilibet, nedum legitimos annos habenti iuſtitiae tollendae cauſa tradiderit, volumus atque firmiter praecipimus, vt ſi pater eiusdem paruuli vixerit, ipſe intret in cauſam rationem reddendi pro filio ſuo. Si autem pater ipſe mortuus eſt, tunc legitimus eius propinquus, qui iuſte* ei tutor ac defenſor *eſſe videtur, pro ipſo, rationem reddere compellatur.* Eadem capitularium verba transſcripta ſunt in legem Longobardorum (g). Ex recen-

(e) *Lex Sax.* Tit. VII. §. 5.

(f) *Capitul.* de A. 829. tit. III. c. IV.

(g) Lib. II. tit. 25. §. 4.

centioribus diſponit ius SAXONICVM (h): *Wo die Söhne binnen ihren Jahren ſeynd, ihr ältſter ebenbürtiger Schwerdmag nimt das Heer Geret allein alles zu ſich, und iſt der Kinder Vormund daran, bis ſie zu ihren Jahren kommen, ſo ſoll ers ihnen wieder geben, und darzu alles ihr Gut.* Et iure ALEMANNICO (i): *Ob die Söhn zu ihren Jahren nicht kommen ſeint, da ſoll der eltiſt Bruder das Schwert nehmen, zu todleibe, und ſoll auch der Kind-Voigt ſein, bis daſs ſie zu ihren Jahren kommen, ſo ſoll er ihnen es wieder geben, und alles ihr Gut.* Ius WEICHBILDICVM de tutela habet ſequentia (k): *Stirbt ein Mann, der Kinder hat, die zu ihren Jahren nicht kommen ſind, ihr nechſter ebenbürtiger Schwertmage, ſoll ihr Vormund ſeyn, bis ſie zu ihren Jahren kommen. Und iſt er ſelbſt zu ſeinen Jahren nicht kommen, alſo, daſs er ihm nicht vorſtehen mag, ſo ſoll ſein Helffer ſeyn, ein ander ſein ebenbürtiger Schwertmage, und ſoll ſo lange Vormund ſeyn, bis die Kinder zu ihren Jahren kommen, oder bis das ihr rechter Vormund ihnen vorſtehen möge, und ſoll denen Kindern ihr Guth verrechnen, vor ihrem rechten Vormunden, von Jahr zu Jahr, wo ers in ihre Nothdurfft gethan habe. Es iſt auch offt einer der Kinder rechter Vormund, ein ander hat aber ihr Guth unter ihm.* Huc quoque ſpectant, quae habet gloſſa (l): *Hat den ein Mann ein Bruder, oder ein Schwertmagen, der von rechtswegen ſeiner Kinder Vormund wäre, ob er darzu töchte. Und wolt der Vater den Kindern einen andern Vormünden kieſen, ſo ſoll der Schwertmag der Vormundſchafft nicht gewaltig ſeyn, der Vater ſoll kommen vor Gericht, und ſoll beweiſen redliche Urſachen, darumb er ſeinen Kindern nicht gefalle zu der Vormundſchafft, als ob er ein boeſen leumut hett, und ob vielleicht der*

 Schwert-

(h) lib. I. Art. XXII.
(i) c. XXVII. §. 3.
(k) Art. XLIX.
(l) Ad ius Weichbild. Art. XXVI. n. 14. et 15.

Schwertmag eigen were, oder ein thor, oder ob er Rechtlos were, oder ob er des tödlicher Feind were. Diß ſoll er beweiſen, vor Gericht ſelb tritt, als recht iſt, ſo mag er denn wohl einen andern kieſen, und mag befehlen dem die Vormundſchafft mit den Kindern, und mit dem Guth, vt inſtit. qui teſtam. tuto. dari poſſ. per totum. *Dieſen Vormunden muß er alſo gewinnen, mit rechten urtheilen, und der mus von Gerichtshalb beſtetigt werden, dieſer Vormund der alſo beſtätigt wird, der mag wohl Vormund ſeyn, zu Weichbild und zu Landrecht, aber zu Lehnrecht mag er nicht Vormund geſein.*

§. IV.

Aſt licet apud maiores noſtros prae caeteris ad tutelam vocarentur agnati (§. 2. et 3.). Matrem tamen ab illa penitus arceri, noluerunt Germaniae populi. Sicuti enim Germani patriae poteſtatis iura ex ſola recta aeſtumabant ratione, ita patriam poteſtatem non patri ſolum ſed quoque matri tribuerunt (m). Hinc mortuo licet patre ab educationis tamen cura mater nulla excludebatur ratione, ſola potius eam continuabat, non tanquam tutrix, ſed ex poteſtate, quam naturae leges matri adſcribunt. Minime vero quoad pupillarium bonorum adminiſtrationem mores noſtrorum conſpirant maiorum, dum alii Germaniae populi illam matri deferrent, alii vero relicta matri educatione a bonorum adminiſtratione eam remouerent, proximumque agnatum ad curam bonorum vocarent. Sic leges Longobardorum, Francorum, Saxonum, Ius Prouinc. Saxonicum et Alemannicum matrem liberorum non priuant educatione, aſt bonorum adminiſtrationem proximo conferunt agnato (§. 3.). Vtramque vero et perſonae tutelam et bonorum curam matri concedunt BVRGVNDIONVM LEGES (n) verbis: *Si mater tutelam ſu-*

(m) HEINECCIVS *Elem. iur. Germ.* Lib. I. §. 140.

(n) tit. 85.

ſuſcipere voluerit, nulla ei parentela praeponatur et alibi (o): *Nepos amiſſo patre cum rebus omnibus ad aui ordinationem vel ſolicitudinem conferatur: ea tamen ratione, ſi mater eius ſecundas nuptias crediderit eligendas. Ceterum ſi nubere electa caſtitate diſtulerit, filii cum omni facultate in eius ſolatio et poteſtate conſiſtant.* Leges quoque WISIGOTHORVM diſponunt (p). *Si patre mortuo in minori aetate filii relinquantur, mater eorum tutelam, ſi voluerit, ſuſcipiat: ſi tamen in viduitate permanſerit, ita vt de rebus filiis debitis inuentarium faciat, per quod poſtmodum filii haereditatem ſibi debitam quaerant.*

§. V.

Leges moresque Germanorum tutelam maxime quoad pupillarium bonorum adminiſtrationem agnato deferunt proximo (§. 3.) eique teſtamentarium vel pactitium tutorem nullibi praeferunt. Inde colligo, ante recepta peregrina iura pactitiam teſtamentariamque tutelam exiſtentibus agnatis, quoad pupillarium bonorum adminiſtrationem, plane nullum habuiſſe locum. Teſtamentariam tutelam antiquisſimis temporibus in vſu haud fuiſſe, res eſt expedita, dum ignotis teſtamentis tutela ignoraretur teſtamentaria. Deinde teſtamenta quidem Germanis innotuere, aſt diu adhuc tutela fuit incognita teſtamentaria, ita vt vix ante Saec. XIV. exempla proferri queant, ex quibus clare conſtet, tutorem teſtamentarium excluſiſſe legitimum (q). Et licet HERTIVS (r), variis in medium allatis exemplis probare velit, iam Saeculo XI. tu-

te-

(o) tit. 59.
(p) Lex Wiſigoth. lib. IV. tit. III. n. 3.
(q) BERGER in *animadv. ad Cocceii ius publ.* Cap. XXIX. §. 17. STRVVE *corpore iur. publ.* p. 653. SCHILTER *Exercitat.* ad D. XXXVII. §. 29. ſq.
(r) *De ſpecialibus Rom. Germ. imperii rebusp.* Sect. II. §. 17.

telae teſtamentariae vſum apud nos obtinuiſſe, exempla tamen ab eo adducta, quod debent, ſatis haud probant, dum in illis non extraneo, ſed ei, qui agnationis iure proximus erat, tutela deferatur, et inde non tam teſtamento tutela conſtituatur, quam conſtitutus a lege tutor approbetur. Alii tutelam magni faciunt pactitiam, tutoremque ex pacto paterno datum excluſiſſe legitimum, ſtatuunt (s). Aſt vellem, eos probatam ſuam dare ſententiam. Quamuis enim facile iis aſſentior, qui affirmant, patrem liberorum educationem, mediante pacto, probatae fidei viro committere potuiſſe, vix tamen agnatis, ſi qui exiſterent, adminiſtratio bonorum pupillarium adimi potuit, quippe qui ob bonorum familiae communionem aeque ac ob ius ſuccedendi certiſſimum extraneum admittere curatorem haud erant obſtricti. Equidem iis, qui aduerſam tuentur ſententiam, fauet textus iuris prouincialis Sueuici, in quo (t): *Es mag ein Vater bey ſeinen lebendigen Leib, ob er will, ſeinen Kindern mit Recht einen Pfleger geben, wer der iſt, den es dann wohl gebrauchet, denſelben befiehlt er ſeine Kind und ihr Guth. Wann er dann ſtirbt, ſo ſoll ſich der Pfleger, des Kindes und ihres Guthes unterwinden und mag ihn das mit Recht niemand gewehren.* Aſt qui indolem bonorum Germaniae allodialium, qui textus ſuperius adductos, et praeſertim verba iuris Alemannici §. 3. inſerta conſiderat, is facili diuinari poterit ſtudio, iuris Sueuici diſpoſitionem, qua patri permittitur, liberorum tutelam alicui committere, ad eum eſſe reſtringendam caſum, quo agnatus aut plane deficit, aut ad tutelam ſuſcipiendam inhabilis eſt.

§. VI.

(s) Facit huc HEINECCIVS *Elem. iur. Germ.* lib. I. §. 350. de LVDEWIG *diff. iur. R. et G. in tutelis diff.* 4. nota gg.

(t) Cap. CCCXVII. §. 2.

§. VI.

Ex moribus Germaniae vniuerſalibus mortuo patre ſuperſtiti matri liberorum haud denegabatur educatio (§. 4.), aſt bonorum adminiſtrationem ſibi proximi vindicabant agnati. Quo iure omnes fere Germaniae populi ſunt vſi (§. 3.). Inde diſtinctio inter tutelam perſonae et adminiſtrationem bonorum ad pupillum pertinentium in Germania antiquisſimae eſt originis.

§. VII.

Sicuti vero maiores noſtri ob communionem, quae in familiae bonis apud eos locum inuenit, tutelam proximo detulerunt agnato (§. 2. et 3.) ita quoque tutori, durante tutela, dominii iura in fructuum tribuerunt adquiſitione, et tutela obtinuit vſufructuaria (u). Sic Wiſigothi, licet eorum leges exterorum mores habent admixtos, omni tamen fructuum commodo tutorem noluerunt priuare, eique decimam eorum partem adſignarunt (x). Iure prouinc. Saxon. clare eſt expreſſum (y): *Wo die Söhne binnen ihren Jahren ſeyn, ihr älteſter ebenbürtiger Schwerdmage nimt das* Heergewette, *und iſt der Kinder Vormund daran, bis ſie zu ihren Jahren kommen. So ſoll ers ihnen darnach wieder geben, dazu auch alles ihr Guth.* Et paulo poſt: *dem ſo des Kindes Erbe iſt, ſoll ſein Vormund von Jahr zu Jahr des Kindes Gut berechnen. Wo aber der Vormund auch Erbe mit iſt, ſo darff niemand des Kindes Guth berechnen.* Idem quoque aſſerit gloſſa (z): *Ihr ſolt wiſſen, were des unmündigen Kindes Gut ein eigen, an Erb, an Aec-*

(u) de LVDEWIC *diſſ. iur. R. et G. in fructuum attribut. tutelae vſufruct.* Miſc. P. II. p. 1203. HEINECCIVS *Elem. iur. Germ. lib. I.* §. 353. et 354.
(x) *Leges Wiſigothorum* lib. IV. tit. 3. n. 3.
(y) Lib. I. Art. 23.
(z) Gloſſa ad *Weichbild* Art. XXVI. n. 20.

Aeckern, an Wein-*Gärten, oder an* Hoppen-*Gärten gelegen, die alle baubafftig weren, und verlegt der Vormund die Güter ſort an mit ſeinem eigen Geld, der Vormund nimt die Frucht, ob er dem Kinde dafür zu geben nichts gelobet bette.* Et paulo poſt: *Kömmt das Kind zu ſeinen Jabren, alſo daſs ſich die Vormundſchafft endet vor Vrbans Tag, ſo verlürt der Vormund ſein Arbeit, die er auf die Wein-Gärten gelegt bette, die des unmündigen Kindes weren, denn ſo bleibet die Frucht billiger dem Kind denn dem Vormunde.* Moribus Germanicis conueniunt inſtituta populorum, qui a Germanis ducunt originem. Quorum inſtituta verbis LVDEWIGII huc legere non erit ingratum (a): Wiſigothorum inſtitutis hodieque eorum poſteri vtuntur Hiſpani. Apud quos cuiusuis generis tutoribus decima adſignatur pars vſusfructus de bonis pupilli, teſtibus luculentis et grauibus ANT. CORDVBA ad L. *ſi quis* §. *ſi mater* n. 37. §. *de lib. agnoſc.* GARSIA *de meliorat.* c. 20. n. 13. ESCOBAR. *de ratiocin.* c. 27. et 28. GVTIERREZ part. 3. c. 2. n. 17. imo lege TAVRINA expreſſa l. 3. tit. 7. lege 2. Luſitani lib. I. tit. 65. §. 56. *conſtitutionum*, vſumfructum tutoris contraxerunt ad partem viceſimam, quod teſtantur MENOCHIVS *conſ.* 128. n. 77. MOLINA *tom.* I. *diſp.* 3. n. 4. *Ren.* CHOPPINVS *de morib. pariſ.* lib. 2. tit. 7. n. 19. CHRISTINAEVS ad *LL. Mechlin.* 19. artic. II. 12. Franci eosdem mores haud dubie attulerunt in Galliam, cum ibi hodieque ſuperſint reliquiae priſtini iuris, quo tutores capiunt vſumfructum omnem bonorum pupilli. Ita ſtatutum BITVRICENSE *tit.* I. §. II. pag. 22. item, *que le bailliſtre de ſon droit durant le temps de ſon bail, fait les fruicts ſiens des heritaiges du mineur, qu'il a en bail. Et auſſi tous les meubles du dit mineur luy appartiennent et les fait ſiens ſans ce, qu'il ſoit tenu en rendre compte.* Intelligitur

(a) LVDEWIG *differ.* I. R. et G. in *fructuum attributione tutelae vſufruct. differ.* I. nota cc.

tur hoc ex *conſuetudinibus* AVRELIAE, vbi tit. I. §. 29. iuris eadem proditur ratio, his quidem verbis: *Qui legitimam tutelam ſuscepere, quae cuſtodia nobilis (non gentis, ſed commodi tutelaris ergo) adpellatur, nobilia bona fundorumque fructus ſibi acquirunt vsque in id tempus, quo minores legitimam aetatis metam exceſſerint* (maſculi XX. foemina XIV. annos) *eiusque rei cauſa ipſos alere et educare debent eisque omnia neceſſaria ſuppeditare.* Neque haec nobilium tantum iura ſunt: verum etiam hominum ex plebe et infima ſorte. Quod declarat Pyrrhus ANGLEBERMEVS *ad conſuet. Aurel.* tit. I. §. 29. p. 19. Ab his aliquantum differunt ANDEGAVENSIVM *conſuetudines.* Fructuariam enim tutelam dant tantum patri, matri ac domino, id quod plene expoſuit *Ren.* CHOPPINVS lib. 2. *de feud. Andegav.* tit. 2. p. 57. 58. ſqq. Idem fere de Burgundiae moribus cum ſtatuta produnt, tum eorum interpres CHASSANAEVS rub. 6. §. 4. p. 852. 853. praeterea autem Pariſini auum et auiam quoque ad iura vocant tutelae fructuariae, quod ex inſtituto tractat *Eguinar.* BARO *ad lib.* I. *inſt.* tit. 20. vbi in hac re inuicem confert ſtatuta Pariſinorum, Aruerniae, Bituricenſium, Andegauenſium, Meldenſium, quibus omnibus in vſu eſſe dicit fructuariam tutelam. De Gallis vniuerſim loquitur Fr. BALDVINVS ad tit. *de tut.* cum eoque MONTANVS cap. 23. n. 23. CHOPPINVS lib. 2. *de morib. Pariſ.* tit. 7. n. 1. 2. 19. quamuis infra diſpiciendum de illo ſit, an recte improbet hunc morem poſtuletque eum impietatis. A Gallia transiicimus in BRITTANNIAM. Principio, de ANGLIS quidem eſt teſtatisſimum, quod ibi tutelam vaſalli pupilli habeat dominus iure fructuario; adeo, vt non ſolum fructus feudi is omnes accipiat de fundis pupilli, vsque dum ad legitimam peruenerit aetatem, quae in mare eſſe ſolent XXI. in foemina XIV. anni: ſed etiam ne quidem ideo alere te-

neatur pupillum, ſi huic aliunde ſit quo viuat. Conferri hac de re poſſunt GLANVILLA lib. 2. c. 3. et lib. 7. c. 9. IO. COWELLVS lib. I. *inſtit.* tit. 17. 19. 21. 22. dn. PRAESES *de iure valetudinario militum emeritor.* cap. XVIII. lit. a. Eadem tutelaria iura SCOTI habent ſequunturque illa etiam nunc. Quod ex inſtituto deſcripſit *Thom.* CRAGIVS lib. 2. *de iure Scot.* c. 20. p. 287. et *du* FRESNE in *v warda.* Quamuis autem fruſtra ſint Britanni, quod fructuariae tutelae origines tribuant NORMANNIS, quaſi Wilhelmum conqueſtorem illa haberet auctorem: hoc tamen certum eſt, quod ipſi etiam Normanni gratuitas tutelas improbauerint, tribuerintque pariter tutori, domino, bonorum pupillarium vſumfructum. Verba LL. NORMANN. artic. 215. haec ſunt: *Le Roy ha la garde et fait les fruicts ſiens de tous les autres fiefs nobles, rotures, rentes et revenuz tenuz d'autres ſeigneurs, que luy, mediatement ou immediatement.* Eadem quaeſtuoſae tutelae compendia ſecum Normannos in Siciliam attuliſſe vtramque atque ibidem introduxiſſe perhibet Ren. CHOPPINVS lib. 7. de *doman. Franc.* tit. 7. n. 9. p. 599. De Iſtriae, Italiae prouincia, memorabilem in hoc argumento locum habes apud *Paul.* de CASTRO vol. 2. *conſil.* 374. n. 1. 2. quem hic exſcribimus: *praeſuppoſita conſuetudine, vigente, in* Cauodiſtria: *quod tutores ſuper lucrantur fructus quorumcunque bonorum pupilli et in quocunque loco poſitorum et quoscunque reditus. Solutis tamen debitis et cum onere miniſtrandi victum et veſtitum pupillis* et quae ſequuntur deinceps. Vt egomet firmiter credam, hanc iuris partem Iſtriae populos Gothis debere, genti Germanicae. Eadem vallis Auguſtanae inſtituta enarrat FABER *codicis Sabaudici* lib. 5. tit. 26. n. 3. p. 565. his verbis: *Non idem eſt* (de turpi lucro tutoris, ſcripſerat de bonis pupilli,) *ſi proponas ex Auguſtanae vallis prouincia plures de bonis pupilli transegiſſe. Poſtquam*

quam placuit iure conſuetudinario totius prouinciae, vt non cogantur rationes reddere, niſi adminiſtratae proprietatis: fructus autem omnes ſuos faciant, quicunque, deductis pupilli impenſis, ſuperſunt. Et hanc tutorum conſuetudinem abrogari, nunquam fuit posſibile. In Suecico hic iure muti ſunt eorundem doctores: ſed tamen HENRIC. GIESEBERTVS *in peric. ſtatut.* II. art. 24. n. 300. 301. ſq. ad Suecicas et Danicas leges prouocat, quibus pariter adprobatum ſit, aliquam fructuum partem de bonis pupilli tutoribus tribui pro operis praeſtitis tutelaribus. Neque BELGICA ſtatuta ab honorario aliena ſunt, tutoribus tribuendo ex parte fructuum bonorum pupilli, quod docent CHRISTINAEVS *ad conſuet. Mechlin.* tit. 19. art. II. n. 3. praeſertim ſi pater aut mater tutores ZYPAEVS, *in notit. iuris Belg.* tit. 10. *de tut.* n. 2. Imo adhuc hodie variis Germaniae in locis tutelae fructuariae exſtant reliquiae, prout de Sileſia, Morauia, Boioaria teſtatur laudatus de LVDEWIG loco citato.

§. VIII.

Sicuti vero vſufructuaria tutela ob ſolam bonorum familiae communionem in Germania locum habuit (§. 2.) hancce vero communionem ſoli participarent agnati, ſatis clarum eſt, legitimam ſolum tutelam vſufructuariam fuiſſe, non teſtamentariam vel datiuam.

§. IX.

Ab allodiali ad feudalem tranſimus tutelam. Et quidem antiquiori tempore, dum feuda hereditaria non eſſent, rarus quoque tutelae feudalis fuit vſus. Patre enim mortuo feuda ad dominum redibant, qui ſi filii minorennes exiſterent, illa retinebat, et, ſi gratiam facere vellet, maiorennitate conſequuta filios de feudo iterum inueſtiebat paterno. Poſtquam vero hereditaria ſunt facta feuda, ca-

ſus haud raro exſtitit, vt relictis, ad quos feuda ſucceſſionis iure deueniant, liberis impuberibus, tutela opus fuerit feudali.

§. X.

Hancce tutelam feudalem ſibi vindicat dominus. Eſt enim ea feudorum natura, quod eorum fructus loco ſalarii pro ſeruitiis ſint conceſſi feudalibus. Et ſicuti ſalarium exigere nequit, qui debita pro ſalario ſeruitia non praeſtat, ita quoque vaſallus impubes, qui ad ſeruitia inhabilis eſt feudalia, fructus feudi loco ſalarii percipere nequit. Hinc penes dominum feudi fructus tanquam ſeruitiorum ſalarium tamdiu manent, donec ad eam pupillus peruenerit aetatem, qua ad ſeruitia habilis ſit exhibenda. Curate de his omnibus loquitur SPELMANN (b): *Quum igitur, ait, ad infantem feudum deuolueretur; qui ex impotentia debitum domino ſeruitium praeſtare non valuit, iniuſtum viſum eſt, vt is feodem amitteret; ſed nec illud iuſtum, vt, quod pactum erat ſeruitium, dominus non gauderet. Quamobrem maiores noſtri aequum duxere, feodum, interim domino reddi, vt, donec vaſallus ad arma virilia potens eſſet, ipſe ſuum ſibi ſeruitium curaret praeſtari: vaſallumque haberet in cuſtodia (quod alii mundium vocant) et cum ad militiam, tum ad munus debitum obeundum inſtructiorem faceret. Haec pupillorum noſtrorum (quos wardas vocant) inſtitutio, qui ex priſca legum ſententia, non in praedam dominis tradebantur: ſed ob praeſidium et tutelam, ita ſcilicet quod domini ſui, ipſas honorifice (abſit inuidia, nam in verbis loquor ſummi Angliae iuſtitiarii) pro quantitate hereditatis, interim habeant.*

§. XI.

Ius domini ſibi feudi reditus tamdiu vindicandi, donec ad pubertatem peruenerint vaſalli, dicebant Germani An-

(b) *Gloſſario Archaeologico* p. 565.

Anfälle, *das Angefal*, *das Anval* (c). Inde gloſſa (d): *Angefalle iſt alle Varende Habe, die auf eines Mannes Lehn-Gut iſt - - und aller Genies.* IAC. PAVL. GVNDLING. (e): *Gleich Anfangs that ſich ein groſes Ungemach hervor, als Albrecht der ErtzBiſchoff von Magdebourg, die Schutzbarkeit über alle Marggräfl. Länder mit Einwilligung der Fürſten des Reichs ſich ausgebeten, und ſolche von Keyſer Friedrich II. in dieſem Jahre erhalten, welches Recht man damals das Angefälle genennet, Krafft welches der Keyſer denen unmündigen Fürſten unter ſelben Landen einen Schutz-Herrn vorſtellet, welcher der Lande Sicherheit wie auch die Lehen unter ſelben Verfaſſungen in Obacht haben ſolte, davor aber groſſe Einkünffte zu ziehen pflegt.* Dicitur quoque ius *cuſtodiae* Gallis *guarde noble Royale* et *Seigneuriale* (f), Scotis et Anglis *ius non introitus* et *Warda* ſiue *Guarda* (g).

§. XII.

Domino directo ius fuiſſe ſibi vindicandi *das Angefalle* i.e. fructus feudi, donec ad pubertatem pupilli perueniant, teſtantur collectores conſuetudinum Germanicarum et chartae antiquae, quibus plurium conſentiunt gentium conſuetudines. Sic AVTOR *vetus de beneficiis* (h) *puerorum beneficiales reditus habet dominus, quousque illi ad duodecim annos perueniant.* Et alio loco (i): *Si dominus ſuperior non conceſſerit ius ſuum, quod anvelle dicitur in beneficio, quod nullus habebit in beneficio excepto tutore pueri vel puero.* Huic

(c) ILL. BVDER *Amoenit. iuris feud. obſ.* 41. p. 139. GRVBER *indice verborum barbarorum originibus Liuonicis* addito. SCHILTER *gloſſario teutonico voc. Anevellung.*

(d) *Iuris feud. Sax. cap.* XXVI.

(e) Apud ILL. BVDER L. C.

(f) FRESNE *gloſſario* voce *cuſtodia pupillorum.*

(g) TH. CRAGIVS de *Iure feud.* lib. II. cap. 19. et 20.

(h) cap. I. §. 26.

(i) cap. I. §. 72.

Huic conſentit Ius feudale SAX. (k): *Der Herr iſt immer des Kindes Vormund an dem Gute daz ein Kind von ihm hat, dieweil ers Angevalle und verliehen hat, und ſoll das Geld des Gutes nehmen, bis das Kind zu ſeinen Jaren kommen.* Huc quoque ſpectat textus notatu dignisſimus iuris prouincialis SAXONICI (l): *Ob ein Kind zu ſeinen Jahren komt, ehe dem Zinß-Tag, da das Guth am Leben verdient iſt, es ſoll den Zins daraus nehmen. Hat es aber ſeine Jahrzahl allererſt nach dem rechten Zins-Tag, das Zins-Geld nimmet es nicht, das Guth verleuſt es aber darum nicht. Diß rede ich darum. Dann arbeitet ein* Herr *oder ein Mann von ſeinetwegen, Garten, oder Baum-Garten, oder* Wein-*Garten, die zu dem Leben gehören, und beſchicket ſie bis auf S. Urbans-Tag, und hatt ſich dann das Kind noch nicht bejahret, ſo nimmet der Lehn*-Herr *die Frucht herab. Hat auch der laſſen ſäen des Kindes Land, ehe es ſich bejahret, er behält die Saat mit Recht, aber nicht die Stuppeln, noch die* Wein*ſtauten, wann ſie ſtehen in der Erden, und ſeynd zu den* Wein*ſtäben gebunden. Er mag auch nicht des Kindes* Holtz *laſſen hauen, noch Gras mehen, wann ſich das Kind bejahret hat. Jahret ſich aber das Kind vor dieſer Zeit, der Herr hat verlohren ſeine Arbeit, die er an das Guth geleget hat, und das Kind gilt ihr. ihm nicht. Alſo gilt der* Herr *dem Kind, noch des Kindes Erben auch nicht, wann er das Angefälle nach ſeinem Tode nimbt.* Similia habet ius feudale ALEMANNICVM (m): *Anevelle iſt nut Lebenrechtes, doch ſtirbt ein Man, und lot Kint hinder ime, die under iren Voren ſint, der Herre lihet eime andern die anevelle, ob es nut vormundes hett, der des* Herren *Man ſye. Und hett es denne der ſol dem Kinde ſin leben vordern, und ſoll der Herre ime das von rechte lihen und ſol der Vormund von dem Leben antwurten dem* Herren. *So das Kint zu ſinen Voren kumt, ſo ſint die anefelle ledig. So auch der ſtirbet, der das Anfell gelieben hett, ſo hett yennes an dem anefelle nut me, und iſt ledig. Diewyle den Kinden und ouch den die elter ſint, ihr Gut nüt gelieben iſt, ſo ſint ſu nüt ſchuldig dem Herren das*

(k) cap. 26.
(l) lib. II. Art. 58.
(m) cap. LV.

das Gut zu bewyſende noch zu benennende. Obſtare equidem videntur textus I. F. A. priora verba: *Anvälle iſt nicht Lehn-Rechts*, quibuscum conſentit ius feudale Sax. (n). *An Angefäll iſt kein Lehn-Recht noch keine Folge an den Lehn-Herrn.* Aſt recte haec verba interpretatur SCHILTER (o) de titulo, ita vt hic ſit eorum ſenſus, *Angevelle iſt nit Lehn-Recht* i. e. non eſt titulus adquirendi feuda per ſucceſſionem aut per aperturam veram, ſed eſt tantum perceptio fructuum ex feudo pupillari.

§. XIII.

Non vero in Germania ſolum dominus dir. vaſallorum intra pupillares annos conſtitutorum reditus percipiebat feudales, ſed eadem quoque conſuetudo in Anglia Normanniaque inuenit locum. De Normannia teſtantur Normannorum leges, ex quibus verba iam ſuperius (§. VII.) adduximus. De Britannia minore ſcribit IMHOF. (p): *Quoties aliquem ducatus vaſallum mori contingit relicto haerede minorenni, omnium eius bonorum feudalium dominium non tantum directum, ſed etiam vtile ad principem veteri lege pertinebat, vsque dum haeres viceſimum aetatis annum attigerit. Id quod Dux Iohannes temperauit.* De Anglia vide libertatem Anglicanam a Rege Iohanne datam (q), in qua: *Si quis Comitum vel Baronum noſtrorum ſiue aliorum tenentium de nobis in capite per ſeruitium militare, mortuus fuerit, et cum deceſſerit, haeres ſuus plenae aetatis fuerit et releuium debeat, habeat haereditatem ſuam per antiquum releuium; ſcilicet haeres vel haeredes Comitis de Baronia Comitis integra per centum li-*

(n) *Ius Feud. Sax.* cap. XXVI.
(o) *Commentario* ad I. F. A. c. 55.
(p) *Geneal. Gall.* p. 21.
(q) Apud MATHAEUM PARISIENSEM ad A. 1215. p. m. 215.

libras; haeres vel haeredes Baronis de Baronia integra centum marcas, haeres vel haeredes militis de feudo militis integro per centum ſolidos ad plus; et qui minus debuerit minus det, ſecundum antiquam conſuetudinem feudorum. Si autem alicuius haeres talium fuerit infra aetatem et fuerit in cuſtodia, dominus eius non habeat cuſtodiam eius, nec terrae ſuae, antequam homagium eius ceperit, et poſtquam talis haeres fuerit in cuſtodia et ad aetatem peruenerit, ſcilicet viginti et vnius anni, habeat haereditatem ſuam ſine releuio et ſine fine: ita tamen quod ſi ipſe, dum infra aetatem fuerit, fiat miles, nihilominus terra remaneat in cuſtodia dominorum ſuorum vsque, ad terminum praedictum. Cuſtos terrae huiusmodi haeredis, qui infra aetatem fuerit, non capiat de terra haeredis, niſi rationabiles exitus, et rationabiles conſuetudines, et rationabilia ſeruitia: et haec ſine deſtructione et vaſto, hominum vel rerum. Et ſi nos commiſerimus cuſtodiam alicui talis terrae vicecomiti vel alicui alii, qui de exitibus terrae illius nobis debent reſpondere, et ille deſtructionem de cuſtodia fecerit vel vaſtum: nos ab illo capiemus emendam, et terra committatur duobus Legalibus et diſcretis hominibus de feudo illo, qui ſimiliter nobis reſpondeant, ſicut praedictum eſt. Cuſtos autem quamdiu cuſtodiam terrae habuerit, ſuſtentet domos, parcos, viuaria, ſtagna, molendina, et caetera ad illam terram pertinentia, de exitibus terrae eiusdem. Et reddat haeredi, cum ad plenam aetatem peruenerit, terram ſuam totam inſtauratam de carucis et omnibus aliis rebus; ad minus ſecundum quod illa recepit. COWELLVS (r) de hac re ita: *Verum eſt apud nos aliud patronorum genus reſpectu feudi, quod poſſidemus, qui domini feudi alias appellantur. Atque in horum tutelam vel cuſtodiam paucisſimi ſunt minores, qui non cadant.* SMITHVS ita ſcribit: *Apud nos pupillum in poteſtate habere pervtile eſt. Si quidem dominus ille, a quo pupillus prae-*

(r) *Inſtit. iuris Anglic.* lib. I. tit. XVII. XIX. XXI. XXII.
(s) *Anglia* lib. II. c. V. p. 259.

praedium habet, ſimul atque de obitu parentis certior factus eſt, manum illico in corpus pupilli iniicit et praedium occupat, cuius commoda ad ipſum ſolide perueniunt absque eo, vt rationes geſtae adminiſtrationis referat, modo pupillum educauerit. In Scotia tutelam domini vſufructuariam itidem locum habere, teſtatur MAIESTAS SCOTIAE (t): *Plenam itaque cuſtodiam et poteſtatem habent Domini haeredum ſuorum hominum, et feodorum: ita quod plenam inde habeant diſpoſitionem: vt in Eccleſiis, in eorum cuſtodia conſtitutis, concedendis, ſi vacauerint. Et in mulieribus, ſi quae in eorum cuſtodia exſtiterint, maritandis. Et in aliis negotiis diſponendis, ſecundum quod propria eorum negotia diſponere ſolent. Nihil tamen de haereditate alienare poſſunt, ad remanentiam, nec vlterius, quam illorum cuſtodia durat. Ita tamen quod haeredes ipſos honorifice, pro quantitate haereditatis et temporis, interim ſuſtentabunt. Debita etiam defuncti, pro quantitate haereditatis et temporis pro illis in cuſtodia ſua conſtitutis, acquietent. Et de debitis anteceſſorum reſpondere teneantur. Negotia quoque haeredum agere debent Domini, et placitare de iure, in proſequendo et acquirendo, ſi emiſſa fuerit, de aetate contra minorem, exceptio. Reſpondere autem non teneantur pro illis in aliquo, nec de recto nec de ſaſina*, et in annotationibus textui additis: *Regula prima: Dominus capitalis habet tutelam et cuſtodiam corporis ipſius haeredis et terrarum*, ſecunda regula: *Dominus poteſt omnes fructus et emolumenta percipere ex haereditate et terris, durante tempore* Wardae, *ad ipſum haeredem pertinentibus, quorum omnium, eodem modo, quo rerum ſuarum, eſt dominus et arbiter, eaque libere omnia, vt voluerit, diſponere poteſt.*

§. XIV.

Cum vero interdum domino intereſſet, ſibi ſeruitia potius exhiberi, quam fructus relinqui feudales; impera-

(t) Lib. II. C. XLII. p. 55.

rator vel principes cuſtodias haſce regales *das Angefälle* aliis donare vel vendere vt plurimum conſueuerunt, qui nomine regis vel principis fructus ex feudo perciperent, dominoque exhiberent ſeruitia. Sic Fridericus II. imp. Albertum Magdeburgicum inueſtiuit de feudis, quae Marchiones Brandeburgici minorennes Iohannes atque Otto, Alberti Vrſi abnepotes, ab imperio tenebant in feudum. Inde Archiepiſcopus in feudis imperii Brandeburgicis habebat *das Angefälle* i.e. ius fructus, durante pupillorum minoritate, ex terris Brandeburgicis feudalibus nomine imperatoris percipiendi. Quod cum nimis moleſtum eſſet et matri et agnato pupillorum, cum Magdeburgico eſt transactum, qui pro magna pecuniae ſumma renuntiauit iuri ſibi competenti *des Angefälls*. Chartam lectu dignisſimam, non ab omnibus intellectam, iam ſupra exhibuimus (u). Rudolphus Habspurgicus A. MCCLXXIV. Emichoni et Friderico de Leiningen confert feuda, quae Merckelinus de Lindelbolle a Romano tenuerat imperio, donec eius filius pubes ſit factus (x): *Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, clarisſimis viris, Emichoni et Friderico, Comitibus de Liningen, dilectis ſuis fidelibus gratiam ſuam et omne bonum. Meruit multipliciter veſtra, veſtrorumque progenitorum, probata ſtrenuitas, in imperii Romani ſeruitiorum plerumque magnanimiter laborioſis exercitata ſudoribus, quod vos, ſpecialius ceteris, gratioſis reſpiciamus intuitibus, gratuitis proueniamus honoribus, et ſingularioris beneuolentiae noſtrae munere proſequamur. Igitur vniuerſa feuda, quae quondam Merckelinus de Lindelbolle a Romano tenebat imperio, vobis concedimus, quousque maſculus filius et haeres ipſius Merckelini legitimus, cui per huiusmodi concesſionem praeiudicium*

(u) Cap. V. §. LIII.

(x) LVNIG. *corpore iur. feud.* T. I. p. 1014.

cium generari nolumus, in futurum attingat tempora pubertatis. Sed ſi infra pubertatis tempora dictum heredem maſculum contingat decedere, ex beneuolentiae noſtrae plenitudine vniuerſa bona praedicta vobis concedimus, a nobis et Romano imperio feudali titulo perpetuo poſſidenda, in cuius rei teſtimonium praeſentem literam exinde conſcriptam maieſtatis noſtrae ſigillo fecimus communiri. Datum anno Domini MCCLXXIV. VI. idus May Hagenus, Regni noſtri anno primo. Litterae inueſtiturae Anno MDXXXI. ſub imperio Caroli V. Hanoico comiti datae, habent ſequentia (y): *Alſo daſs nun füran der obgemelte Graf im Nahmen und an ſtatt und als Lehn-Träger der dickh gemelten unvoigtbaren Graffen - - die obgenannten Lehn von uns und dem heiligen Reiche in Lehnsweiſe innen halten, beſitzen und nyeſſen ſoll und mag.* Magna inde moleſtia vaſallorum, qui proinde qualibet ratione ſe ab hoc liberare nitebantur onere, et haud raro per modum priuilegii iuris, quod *Angevelle* dicitur, remisſionem impetrabant. Sic Fridericus II. Anno MCCXXXVII. ducatui Stirenſi conceſſit priuilegium, in quo dicitur (z): *in beneficiis autem moleſtiam, quae* Anfall *vulgo vocatur, tanquam bonis moribus et honeſtis conſuetudinibus aduerſantem prorſus amouemus.* In priuilegiis, quae Fridericus III. Anno MCCCCXLIV. dedit Carinthiae vaſallis, inter caetera et haec ſunt (a): *Darzu ſo verwerffen wir in allen Lehn-Recht, daſs da heiſſet Anvelle, das allen guten und erbaren Gewohnheiten wieder iſt.* Haecce feuda, quorum cuſtodia a domino directo cum iure vtendi fruendi alicui eſt conceſſa, guardiae feuda eſſe dicta, bene obſeruat ILL. ESTOR (b), qui tamen minus recte

(y) *Hanau Münzenbergiſche Landes-Beſchreibung* p. 13. et n. 4. *der Beylagen.*

(z) LVNIG. *corp. Iur. Feud.* T. II. p. 482.

(a) LVNIG. R. A. P. Sp. Cont. I. p. 166.

(b) diſſ. *num Elect. Saec. impubes ſit in tutela Elector. clerici agnati* c. I. §. 7.

recte STRVVIVM (c) taxat, quod feuda guardiae definierit, feuda alicui cum cuſtodia certi cuiusdam loci conceſſa. Nam loci quoque cuſtodia alicui ſub nexu feudali commiſſa, eſt feudum guardiae. Denotat guardiae feudum generatim quamlibet cuſtodiam, ſub nexu feudali mandatam, quae vel rei vel perſonae eſſe poteſt, ac inde cuſtodiam pupilli aeque ac loci ſub ſe continet hoc feudum. Vtrique et Eſtor et Struuius ſpecies, easque diuerſas, definire voluerunt, hinc vtriusque recte ſe habere poteſt definitio. Si Eſtoriana definitio pro generali ventilaretur, eſſet omnino falſisſima.

§. XV.

Dominus directus vi iuris, quod maiores noſtri dicebant *Angefälle*, feuda impuberum vaſallorum ſibi vindicat, eorumque percipit reditus, donec ad pubertatem peruenerint pupilli. Inde dominus vaſalli dicitur tutor, non perſonae, ſed rei (d): dum haud raro alius educationem pupilli curaret, alius praedii cuſtodiam feudalis gereret. Haecce vaſallorum impuberum tutela ab imperatore ſtatibus interdum per modum priuilegii eſt conceſſa. Sic inter caeteras praeeminentias, quae Electori Treuirenſi competunt, referunt quoque, quod minorennium vaſallorum ſit tutor. Obtinuit Treuirenſis a Carolo IV. Anno MCCCLXXIII. hoc priuilegium, cuius excerpta ex KY-

RIA-

(c) *Elem. iur. feud.* Cap. V. §. XI.

(d) IVS. SAX. FEVDALE cap. XXVI. *Der Herr iſt immer des Kindes Vormund an dem Gute, daz ein Kind von ihm hat, dieweil erz Angefelle und verliehen hat.* Quibuscum conſentit gloſſa iur. *Weichb.* Art. 26. n. 15. *der Dritte Recht-Vormund iſt ein Lehn-Herr, der iſt ein rechter Vormund ſeines unmündigen Lehn-Mannes.*

RIANDRO (e) dederunt LIMNAEVS (f) et LVNIG (g) ibi: *pariterque confirmatur ius tutelae exercendae vaſallorum impuberum.* De hoc priuilegio ILL. AVTOR *des Europ. Heroldes* (h), *Am aller conſiderableſten aber iſt das Recht der Ober-Vormundſchafft über alle unmündige Unterthanen ſeines Stiffts, welchen er nicht allein Unter-Vormünder nach Belieben ſezen, ſondern auch ſo lange bis ſie mündig alle Nutzungen aus ihren Gütern erheben, und vor ſich behalten kan, wenn er ihnen nur den benöthigten Unterhalt giebt.* Henricus VII. Rex Romanorum Duci Lotharingiae et Brabantiae Henrico I. Anno MCCXXII. per decretum principum adiudicauit, vt nomine imperii exerceret tutelam paruulorum (i), verbis: *Ad haec ibidem per ſententiam fuit duci adiudicata tutela paruulorum, vsque ad XII. annum.*

§. XVI.

Dominus aliis haud raro ius conceſſit, quod ſibi in feudis vaſallorum erat impuberum (§. XV.). Orta inde eſt tutela feudalis, qua dominus aliquem de feudo vsque ad vaſalli pubertatem inueſtit, ita vt inueſtitus pro fructibus loco ſalarii percipiendis ſeruitia exhibeat feudalia. Eſt igitur TVTOR FEVDALIS *perſona habilis, a domino directo conſtituta, vt loco pupilli ſeu minoris ſeruitia praeſtet equeſtria ſimulque officia adimpleat vaſallitica.*

§. XVII.

Tutor feudalis praeſtat ſeruitia feudalia (§. XV.). Et cum non iniquum ſit, eum accipere ſalarium, qui ſeruitia exhibet; maiores noſtri tutori minorennis vaſalli dominium

(e) *Annal. Trevir.* p. 195.
(f) *Iur. publ.* Tom I. lib. III. cap. V.
(g) LVNIG. R. A. P. Spec. cont. I. ſub *Trier* p. 55.
(h) T. I. p. 208.
(i) Apud MIRAEVM *Donationum Belgic.* lib. I. c. 95.

nium feudi vtile, tanquam ſalarium pro ſeruitiis, tamdiu ac pro vaſallo impubere ſeruiret, concedere non dubitarunt. Tutela igitur feudalis cum vſufructu erat coniuncta et tutor inſtar vaſalli a domino feudum tutorium proprio accipiebat nomine. Mihi igitur placet ea definitio, qua ILL. ESTOR (k) tutelam feudalem, prout antiquis obtinuit temporibus, definit, quod ſit poteſtas proximi impuberis agnati, quae coniuncta erat cum vſufructu et adminiſtratione bonorum pupilli minoriſue et onere hunc alendi atque officio defendendi et partes clientis obeundi. IDEM alibi dicit: *Vno verbo tutor feudum vaſalli loco poſſidebat, donec pupillus adultior factus tutore non amplius indigeret.* Ipſe igitur tutor de feudis paruuli vaſalli inueſtitus durante impubertate inſtar vaſalli erat. Clare hoc patet ex chartis, quas iam adduximus (§. XIV.). Addimus nunc aliam, quam exhibet PERILL. a SENCKENBERG (l): *Wir Johanns von Gottes Gnaden Biſchoff zu Würtzburg, bekennen, daſs wir - - Hannſen von Drubenbach dieſe hernach geſchriebene Lehen - - verliehen haben, die Inträgers Wieſe getruwelichen vorzutragen, Philips, Eberharden, Gerwaren von Heiſenſtain, gebrüdere Eberhards von Heiſenſtain Sonen, und wir verliehen dem obengenannten Hannſen von Drubenbach die vorgeſchriebene Lehen, mit ihren Zugehörungen, in Crafft dies Brieſſes - - und was wir ihm davon billigen und von Rechts wegen verliehen ſollen, darüber er uns dann gelobt und zu den Heiligen geſchworen, unſern und des Stiffts Schaden zu waren - und dieſelben Lehen den vorgenannten Kindern getreuwelichen Inträgers Wieſe vorzutragen, die zu verdienen, zu vermannen und davon zu thun als ſolcher Lehen Gewohnheit und Recht iſt* (m).

§. XVIII.

(k) diſſ. *num Elector Saecul. impuber ſit ſub tutela Electoris Clerici agnati* §. 1.

(l) *Sammlung rarer Schrifften* P. III. p. 319.

(m) Alias chartas ſimilis tenoris vide apud PERILL. a SENCKENBERG.

§. XVIII.

Tutor feudalis ſeruitia officiaque vaſallitica domino exhibebat et pro his loco ſalarii fructus percipiebat feudi (§. 16.). Hinc tutela feudalis erat vſufructuaria. Quod eo minus negari poterit, ſi perpendimus, Germanis omnem tutelam legitimam etiam, allodialem, fuiſſe vſufructuariam (§. VII.). Sicuti vero vſufructuarius rationes non reddit, ita quoque tutor tamdiu ac vſufructuaria in vſu erat tutela a rationum redditione erat immunis, fructus potius cum ſeruitiis et officiis domino pupilli loco exhibendis compenſabat. Sic non inepte GLOSSATOR (n): *eher ſich ein Kind bejahret, das iſt: ſo die Kinder jung und binnen ihren Jahren ſind. Dann alsdenn können ſie den Ritter-Sold von dem Lehn-Guth noch nicht verdienen, darum nimt es der Lehn-Herr vor ſeinen Dienſt, ehe die Kinder 14. Jahr und ſechs Wochen alt werden, und ſo lange müſſen ſie unter des Lehn-Herrn Vormundſchafft ſeyn* (o).

§. XIX.

Antiquiori tempore, quum collaterales vltimi defuncti vaſalli in feuda non ſuccederent, ab arbitrio pendebat domini, pupillorum tutelam vel ſibi ipſi ſumere, vel eam cuicunque etiam extraneo concedere. Poſtquam vero ius in feuda ſuccedendi ad agnatos fuit extenſum, hi quoque

BERG *Samml. rarer Schrifft.* T. III. p. 329. adde *Selecta Senckenbergiana* T. IV. p. 224.

(n) In gloſſa *ad ius Sax. prouinc.* lib. II. Art. 58. nota d.

(o) de LVDEWIG. *differentiae iur. Rom. et G. in fructuum attributione tutelae vſufruct.* opuſc. T. II. p. 1203. ILL. ESTOR *Num Elector ſaec. impuber ſit in tutela agnati clerici* cap. I. §. 12. Adde PERILL. a SENCKENBERG *prim. lineas iuris feudalis* §. 381. et 82.

que a tutela feudali vſufructuaria excludi non potuerunt. Ratio hoc volebat trifaria. Primo valde intererat agnatorum, ne tutela alii, quam agnato, cui proximum ius ſuccedendi competit, deferatur. Nam ſicuti tutor feudorum, quae pupilli erant, dominium accipiebat vtile, ita quoque ſua abuti poteſtate et feudum in agnatorum praeiudicium deterius reddere, larga illi erat occaſio. Quod ne fieret, agnati, quibus ex primi adquirentis inueſtitura proximum ius erat ſuccedendi, recte exigebant, ne ad tutelam extranei admitterentur feudalem. Deinde in allodiis ſoli proximo agnato deferebatur tutela, isque non niſi grauisſimis ex cauſis ab illa excludebatur (§. II.). Hinc eo magis feudorum natura tutorem reſpuebat extraneum. Denique cum deficientibus vltimi defuncti deſcendentibus, ad ſucceſſionem habilibus, ſucceſſio feudalis proximis deferatur agnatis; habiles vero deſcendentes non ſint, qui in annis ſunt pupillaribus, ideoque tamdiu ac in illis perſiſtunt, habilis deficere cenſeatur ſucceſſor; agnato proximo tutela feudalis commode denegari nequit. Maxime cum aequitas poſtulare videatur, vt prae extraneis vſusfructus commodum, cum tutela feudali olim connexum, ei concederetur, qui iam in feudo ex facto adquirentis ius habet quaeſitum (p). Notatu digna ſunt verba gloſſae ad ius Weichbildicum ſupra (§. 3.) adducta, in quibus dicitur, patrem a tutela allodiali agnatum excludere non poſſe, niſi grauisſimis iuſtisſimisque ex cauſis. His vero probatis, *mag er denn wohl einen andern kieſen, und mag befehlen den die Vormundſchafft mit den Kindern -- dieſer Vormund der alſo beſtätigt wird, der mag wohl*

(p) Agnoſcunt ſolam ligitimam tutelam in feudis SCHNEIDEWIN *de legit. agnat. tutela* §. 9. MODEST. PISTORIS P. I. quaeſt. 27. BERLICH. P. II. concl. 12. n. 30.

wohl Vormund ſeyn zu Weichbild und Land-Recht, aber zu Lehn-Recht mag er nicht Vormund geſein (q).

§. XX.

Proximus agnatus a feudali tutela, ſi habilis erat, excludi haud poterat (§. 18.). Hinc tamdiu, ac agnati habiles extiterunt, teſtamentaria tutela in feudis locum inuenit nullum. Multo minus vero materna in vſu erat tutela. Non enim feudalis eſſe poteſt tutor, qui ſeruitia officiaque vaſallitica exhibere nequit (§. 16.). Dum tamen feuda dentur franca, feminea, haereditariaque, in his matrem ad tutelam interdum eſſe admiſſam, negare non auſim.

§. XXI.

Teſtamentaria et materna tutela apud maiores noſtros in feudis locum non habuit (§. 19.) nec alios ſeruaſſe mores Longobardos admodum, eſt probabile. Quamuis enim textus, quo tutela prohibeatur teſtamentaria, non extet, hic tamen generalis illa diſpoſitio (r): *quod nulla plane ordinatio teſtamentaria in feudis maneat vel valeat*, recte trahenda videtur. Feudalis quoque tutelae natura matrem repellit, quippe quae ad ſeruitia inhabilis equeſtria, illa loco pupilli exhibere nequit. Imo eo magis apud Longobardos matrem arcendam puto, cum Longobardica feuda ſint data, maſcula, et rarisſime Franca.

§. XXII.

Fundamentum tutelae feudalis legitimae eſt ius ſuccedendi (§. 18.). E. Tutela feudalis legitima defertur iis,

 qui-

(q) PERILL. a SENCKENBERG *lineis iur. feud.* P. II. c. XIV. §. 382.
(r) I. F. 8.

quibus ius ſuccedendi competit (s). Iam vero in feudis ius ſuccedendi non ex ſola pendet agnatione, ſed ſaepe quoque vi ſimultaneae inueſtiturae, vel ex pacto defertur confraternitatis vel ſucceſſorio. Hinc quoque ſimultanee inueſtiti (t), et qui ex pacto ſucceſſorio ſeu confraternitatis ad ſucceſsionem ius habent quaeſitum, ad feudalem admittuntur tutelam legitimam. Imo, ſi feminea in feudis locum inuenit ſucceſsio, cognatos a tutela legitima excludendos haud eſſe, ICti cum ratione ſtatuunt tantum non omnes.

§. XXIII.

Aſt mutatam plane rerum faciem inter priuatos deprehendimus in tutela feudali et allodiali. Poſteaquam enim in Germaniae fora iura penetrarunt peregrina, vſufructuaria tutela, Romanis incognita, in numerum conſuetudinum relata eſt irrationabilium, et inde ſenſim ſenſimque abiit in deſuetudinem, maxime cum allodiorum antiqua mutata eſſet natura. Et ex hoc demum tempore tutores curatoresue ad fructuum reddendas rationes, ad periculum ſubeundum, et ad reſtituenda reliqua ſunt obligati. Hinc, quae olim fructuaria erat, nunc oneri eſſe cepit tu-

(s) a PÜHEL *de tutelis Electorum principum aliorumque* S. R. I. *ſtatuum* c. V. HORN. *iuriſpr. feud.* cap. VI. §. XV.

(t) Illuſtre huc ſpectat exemplum domus Saxoniae. Mortuo Iohanne Duce Saxo-Vinarienſi proximus agnatus erat Io. Caſimir Dux Saxo-Coburgicus, cui ex agnationis iure tutela fuit deferenda, nihilominus tamen Chriſtianus II. Elector Saxoniae, cuius ex ſimultanea inueſtitura ius ſuccedendi proximius erat, agnatum proximum a tutela excluſit. Clare hoc docet MVLLER *Annal. Sax.* ad A. 1605. adde cap. V. §. 39. Hinc in litteris Electoris datis ad minorennes principes, et in oratione, qua Electorales legati tutela renuntiant, ſemper dicitur, ad Electorem eam perueniſſe, *als nächſten Mitbelehnten.*

utela, maxime feudalis, dum ad ſeruitia officiaque vaſal-
itica obſtringeretur tutor, paruum vel nullum plane pro
eruitiis reportaturus ſalarium. Iam vero ea hominum
ſt natura, vt raro appetant onera, quae nulla ſecum fe-
unt emolumenta. Quid igitur agnatos, mutata allodio-
um indole antiquorum, et ademto tutori vſufructu de
tinenda legitima tutela admodum ſollicitos tenere potuiſ-
t? facillime potius concesſerunt patri, ſuis liberis tuto-
s aut teſtamento ſcribere aut eos mediante quaerere
ꝺcto. Et ſic integra Romanorum de tutelis doctrina non
lum quoad allodia, ſed quoque quoad feuda in noſtra ir-
it fora, tacite ſuo renuntiantibus iuri agnatis, quippe
i commodo vſusfructus ademto, tutelae onus ſubter-
giebant. In quibusdam tamen prouinciis quoad feuda-
n tutelam iuris antiqui remanſere reliquiae. Sic in or-
n. Magdeburgica (u): *Obwohlen die nachgelaſſene Witwe,*
eb ſo viel die Ritter-Güther anlangt, Vormunderin ſeyen mag,
wollen wir doch, daſs ſolchen Falls die Leibl. Brüder auf ihr
ſehn zu Mitvormündern verordnet werden. Iure feudali Meck-
b. (x) itidem tutela legitima in feudis, excluſis reli-
is, locum inuenit.

§. XXIV.

Iure Romano in tutelarum cauſis ſemel admiſſo, Ger-
ni maternam tutelam eo facilius admiſerunt, quo certius
ſtat, apud eos matrem patriam participare poteſtatem. Re-
ta igitur materna tutela in allodiis, eam quoque ad
da, aſt minus recte, extenderunt ICti (y). Sicuti enim

 tu-

u) Cap. 43. §. 3.
x) Tit. III. Art. VI.
y) SCHRADER *de feudis* Parte X. Sect. XIX. n. 26. ROSENTHAL cap. XII. concl. X. n. 21. STRYCK *de tutela Materna* aliique plures.

tutela feudalis nec in pupilli educatione, nec in adminiſtratione bonorum pupillarium, ſed ſolum in praeſtatione ſeruitiorum conſiſtit equeſtrium (§. XVI.) ita mater, quae ad ſeruitia adimplenda inhabilis eſt equeſtria, ad illam nulla admitti poteſt ratione (z). Imo qui matrem in feudis tutricem admittunt, genuinam tutelae feudalis indolem ſine dubio non reſpiciunt, potius allodialem cum feudali confundunt. Nam licet matri vaſalli, in pupillaribus annis conſtituti, educatio, et ſimul cum illa adminiſtratio bonorum feudalium committi queat, inde tamen illa tutrix non efficitur feudalis, ſed dum fructus feudales nunquam aliter quam allodii iure cenſeantur, eorum quoque adminiſtratio ad ſolum ſpectat tutorem allodialem et ſic ad matrem, quae allodialem habet tutelam. Hinc recte et ex natura tutelae feudalis procedunt Saxones, qui matrem quidem a tutela allodiali et ſic quoque a vaſalli impuberis educatione et fructuum feudalium adminiſtratione non excludunt, aſt matri tutorem iungunt feudalem, cuius partes ſunt ſeruitia officiaque praeſtare vaſallitica, petere inueſtiturae renouationem et curare, ne praedium feudale vel integrum vel pro parte alienetur, ne illud deterius reddatur aut ratione feudi aliquid in pupilli fiat praeiudicium (a).

§. XXV.

Minime tamen inter illuſtres eadem iurium facta eſt inuerſio, quae inter priuatos. Germaniae enim proceres, ſicut ſemper de patriis iuribus moribusque conſeruandis fuerunt ſolliciti, ita adhuc hodie in tutelarum cauſis plerum-

(z) HEIGIVS P. II. quaeſt. XII. n. 14. CARPZOV. Parte II. conſt. XI. def. XI.

(a) HEIGIVS P. II. qu. 12. n. 14. HORN. *iurispr. feud.* Cap. VI. §. 16. PERILL. A SENCKENBERG *lineis iuris feud.* P. II. cap. XIV. §. 389. SCHILTER. *exercit.* 37. §. 57.

rumque antiqua Germaniae iura ſequuntur, prout in ſequenti capite vberius docebimus.

§. XXVI.

Vnicum adhuc addo. Nempe Romani inter impuberem et minorem diſtinguebant et hunc curae, illum vero tutelae ſubiiciebant. Hancce diſtinctionem noſtros ignoraſſe maiores, Icti affirmant tantum non omnes. Nec ego diſſentio. Hoc tantum moneo, tutelam feudalem, quatenus vſufructuaria eſt, citius eſſe finitam. Iure feudali Saxonico anno decimo tertio et ſex ſeptimanis illa ceſſabat (b), cum quo conſentit IVS ALEMANN. (c) Autor vetus de beneficiis (d) dicit: *Puerorum beneficiales reditus habet dominus, quousque illi ad duodecim annos perueniant.* Aſt licet ante lapſum anni decimi quarti tutela finita ſit feudalis, nihilominus tamen libera fructuum feudalium adminiſtratio pupillo haud fuit permiſſa. Fructus enim feudales quoad diſponendi facultatem allodii iure cenſentur, ideoque allodialis tutor eos adminiſtrat vsque ad maiorennitatem plenam, minime tamen vſufructuario iure eos lucratur. Hinc I. PROV. SAX. (e): *Obwohlen ein Kind zu ſeinen Jahren zu Lehn-Recht kommen iſt, ſein rechter Vormund ſoll ihm doch an ſeinen Guth vorſtehen zu ſeinen Gewerb.*

CA-

(b) *Ius Sax. Feud.* cap. XXII.

(c) *Ius feudale* Al. cap. LII.

(d) Cap. I. §. 26.

(e) lib. I. Art. 23.

CAPVT VII.

DE DIVERSIS TVTELAE ILLVSTRIVM SPECIEBVS VARIISQVE EAM CONSTITVENDI MODIS

ELABORATVM

A

IO. AVG. HELLFELD.

SVMMARIA.

§. I.

Triplex, quae inter priuatos eſt, tutela, inter illuſtres quoque locum inuenit.

§. II.

Sic in variis illuſtrium familiis tutela ſexus eſt recepta.

§. III.

Prout exemplis docetur Germaniae procerum.

§. IV.

Sicut et apud exteros huiusmodi tutelae exempla non deſunt.

§. V.

Huc quoque pertinet curator dotalitii.

§. VI.

A quonam magiſtratu curator detur mulиebris.

§. VII.

De cura furioſorum, prodigorum aliorumque.

§. VIII.

Variae denominationes tutorum pupillorumque.

§. IX.

Suprema ſtatuum minorennium tutela imperatori competit.

§. X.

Tutores illuſtrium ſunt Ober-Mit- und Unter-Vormünder.

§. XI.

Sunt quoque vel honorarii, gerentes, notitiae gratia dati.

§. XII.

Probe in tutelis illuſtrium a ſe inuicem diſtingui debent pupilli educatio, tutela et adminiſtratio terrarum.

§. XIII.

§. XIII.

Hæc diſtinctio non antiquiſſima ſolum et moribus Germaniae conueniens, ſed quoque ab ipſis imperii tribunalibus probata eſt.

§. XIV.

Quomodo differant educatio, tutela et adminiſtratio terrarum.

§. XV.

Iura tutelae ab adminiſtratione ſeparatae curatius determinantur.

§. XVI.

Diuiſio tutelae in publicam et priuatam vindicatur.

§. XVII.

Pater priuatam tutelam cuicunque velit, poteſt committere, aſt quoad publicam diſſentientes ſunt Ictorum opiniones.

§. XVIII.

Ex quonam principio diſſenſus Ictorum diiudicari queant.

§. XIX.

Exinde deducitur regula, quod publica tutela deferenda ſit proximo agnato.

§. XX.

Quam regulam firmat obſeruantia familiarum illuſtrium.

§. XXI.

Sic tutela ſolum legitima locum habuit in potentiſſima Auſtriacorum gente.

§. XXII.

Quaenam tutela in Bauarica familia obtinuerit?

§. XXIII.

Iura ſereniſſimae domus Saxonicae tutelaria.

§. XXIV.

De Sereniſſima Brandeburgicorum Marchionum familia.

§. XXV.

De obſeruantia in domo Palatina.

§. XXVI.

Quaenam circa tutelam Brunſuicenſes Duces ſeruauerint inſtituta.

§. XXVII.

Anhaltina, Haſſiaca, Badenſis, et Holſatica domus, quamnam habeant tutelam.

§. XXVIII.

Megapolitani et Wurtebergici ducatus a tutela publica agnatum habilem excludi, non ferunt.

§. XXIX.

Generalis obſeruatio de recentiorum principum et comitum tutelae iuribus.

§. XXX.

Omnium familiarum illuſtrium circa tutelam publicam inſtituta in eo conſpirant, quod ante Saec. XV. agnati ab illa haud fuerint excluſi.

§. XXXI.

Inde adhuc hodie agnatus a tutela publica excludi nequit, niſi aliud per domus obſeruantiam receptum aut per pactum familiae conſtitutum.

§. XXXII.

Plurimi tamen ex Ictis contrarium tuentur ſententiam, et vnde di-

diuerſae hae opiniones originem trahant.

§. XXXIII.

Argumenta, quae contra tutelam legitimam formantur, proponuntur et examinantur.

§. XXXIV.

Tutela legitima ſimultanee inueſtitis et iis, qui ius ſuccedendi ex pacto habent, recte defertur.

§. XXXV.

Saepe ob pactum vel expreſſum vel tacitum in illuſtrium familiis pater de tutela publica recte diſponit.

§. XXXVI.

An legitimo tutori extraneus ſeu mater iungi queat?

§. XXXVII.

Quatenus circa tutelam publicam teſtamentariae locus ſit diſpoſitioni.

§. XXXVIII.

Quatenus a patre mediante teſtamento ad certas conditiones allegari queat tutor legitimus.

§. XXXIX.

Quid de pactitia tutela ſit ſentiendum.

§. XL.

Quando matri regimen tutelare deferri queat.

§. XLI.

An in regula tutela et adminiſtratio ſint ſeparata?

§. I.

Qui ſibi ſuisque rebus ſupereſſe nequeunt, vt alterius ſubſint directioni, vel ipſa recta iubet ratio. Suis autem rebus homines ſupereſſe nequeunt, vel ob aetatis defectum, vel ob ſexus infirmitatem, vel ob quoddam corporis ſeu animi vitium. Originem inde ducit tutela curaue aetatis, ſexus, infirmitatis. Triplex haecce tutela curaque non inter priuatos ſolum, ſed inter illuſtres quoque locum inuenit.

§. II.

Et quidem quod ad ſexus attinet tutelam, conſtat inter omnes, non apud Graecos (a), Romanosque ſolum (b) ſed

(a) SCHILTER. *Exercit. ad Pand.* XXXVII. §. 222. OTTO *de perpetua femin. tutela* Cap. I. §. 6.

(b) VLPIANVS *fragm.* Tit. XI. §. 1. OTTO *de tutela feminarum perpetua* Cap. I.

ſed apud ipſos quoque Germanos (c), mulieres in perpetua fuiſſe tutela et apud plures Germaniae populos adhuc ei ſubeſſe (d). An vero in iis prouinciis, in quibus cura muliebris adhuc locum inuenit, mulieres illuſtres curatore indigeant? in diuerſas abeunt ſententias iurium interpretes. Nobis ex mente B. KEMMERICHII (e) feminae illuſtres, quae cum imperio praeſunt territorio, ſuosque habent conſiliarios, diſtinguendae videntur, ab iis, quae imperio et conſiliariis ſunt deſtitutae. Hae, licet parentis vel mariti dignitate corruſcant illuſtris, in iis locis, quibus conſenſu curatoris agendum, illo indigent, minime vero illae. quippe quibus conſiliarii inſtar curatorum ſunt, quorum prouida cura omnis imbecillitatis ac improuidentiae ſuſpicio, ſi quae ſubſit, facili negotio remouetur. Praeſertim cum ii, qui cum huiusmodi feminis contrahunt regentibus, non tam illarum, quam regiminis fidem ſequi videantur. Eandem tuetur ſententiam de LVDOLFF (f): *Ergo ſi foemina illuſtris ad terrarum regimen auctoritate vel conſenſu mariti, Curatoriſue opus non habet, indigere autem, nemo facile affirmauerit, priuata negotia eam ſuo ex conſilio minus valide peracturam, quis dixerit? Si Regali poteſtate non eſt praedita foemina illuſtris, non dubito, quin eodem iure cum aliis ſui ſexus vtatur. Sit nimirum in tutela Mariti, vbi ea recepta, non contrahat, non obligetur valide ſine Curatore, vbi id conſtitutum, peragat ex aduerſo omnia ſine impedimento iuris, vbi Iuſtinianea Legislatio viget,*

 ſal-

(c) *Leges Saxonum* Tit. VII. *Leges Longob.* lib. I. tit. X. *I. P. Sax.* lib. I. tit. X. adde HEINECCIVM *de marito tutore et curatore vxoris legitimo* Cap. II.

(d) MEVIVS *ad ius Lubec.* lib. I. tit. 7. Art. 4. n. 4.

(e) diſſ. *de conſiliario principis curatore vxoris eiusdem principis* §. XI.

(f) de *iure feminarum illuſtr.* P. I. §. 29.

ſaluo caeteroquin, ſi laeſam ſe eſſe ſenſerit, reſtitutionis in integrum beneficio. Deinde de ducisſis Saxoniae aliisque Saxoniae illuſtribus dicit; *Illuſtres Perſonas ex Saxonica familia curatorem adhibere in ſuis cauſis, nullum eſt dubium, et ſaepe ita conſultum memini.* Addit tandem in nota: *Saxonico iure vti illuſtres familias cum ſit certum, quaeri poſſet, an communi an Electorali? De Electorali iure, id ab Electore ſuae familiae datum eſſe, quo vterentur cum ſubditis, inauditum eſt. Commune ius non lege aliqua conſtitutum, ſed pactis Saxoniae gentis introductum eſſe nouimus. Ergo ſi caſus exiſteret, quo princeps foemina ex Electorali ſtirpe actum aliquem extraiudicialem celebraſſet ſine Curatore, valiturum eum eſſe perſuaſus ſum, donec aliud fuerim edoctus. Quid ſi renunciauerit v. g. haereditati, praeſente parente, agnatis, Conſiliariis? Actum iudicialem eſſe exiſtimo, quem certe non locus iudicii, ſed ipſa actus qualitas et perſonarum, quarum eſt iurisdictio vel proprio vel delegato iure, praeſentia talem efficit, cui tutius adhibebitur Curator.*

§. III.

In quibusdam illuſtrium familiis eſt receptum, vt feminae ſuis in cauſis, tum iudicialibus, tum extraiudicialibus, adhibeant curatores. Confirmant hoc plura exempla. Dum de diuortio inter Wilhelmum Erneſtum Ducem Saxo-Vinarienſem et Mariam Charlottam natam principem Saxo-Ienenſem Anno MDCLXXXX. ageretur, curatorem duciſſae eſſe conſtitutum, docent ſententiae verba (g): *Auf das zwiſchen den Durchl. Fürſten und Herrn, Herrn Wilhelm Ernſt, auch der Durchlauchtigſten Fürſtin und Frauen, Frau Maria Charlotta mit Zuziehung dero beſonders verordneten Curatoris aufgerichteten compromiſſes etc.* Chriſtianus I. Saxoniae Elector coniugi in caſum viduitatis nominat tutorem, Io-

(g) Vide ſupra P. IV. cap. III. Sect. II. §. 26.

Iohannem Georgium Electorem Brandeburgicum, verbis (h): *Und ſollen des Churfürſten zu Brandenburg Liebden auch unſerer geliebten Gemahlin Vormund ſeyn.* Charlotta Friderica, Amalia vidua Leopoldi principis Anhaltini lineae Coethenſis, nata princeps Naſſouienſis, ſerenisſimum principem Leopoldum, lineae Deſſauienſis, habuiſſe curatorem, clare patet ex iis, quae habet FABER (i). In familia Comitum Gleichenſium curae muliebris varia occurrunt exempla apud SAGITTARIVM, ex quo ſolum ſequentia huc tranſcribere placet (k): *Die andere Gemahlin iſt, wie allbereit vernommen, geweſen Frau Eliſabeth, Grävin zu Waldeck, mit welcher er erzeuget zween Söhne, Grav Friedrichn, und Graff Adolfen, den I. auch eine Tochter Fräulein Annen, welche im Jahr 1422. Grav Wolrad zu Mansfeld, durch Graf Ernſten zu Gleichen ihren Vetter und VORMUND, ehelich verſprochen worden. Wider welchen Grav Volrad viel klagens hatte des Ehegeldes halber. Er beleibzüchtigte bemeldte ſeine Gemahlin im Jahr 1431. mit Einwilligung ſeiner Vettern, Grav Gebhards und Graf Günthers zu Mansfeld, mit den Dörffern Erdeborn, Lütkendorf, Allersdorff, Groſen Oernern und Cloſter Mannsfeld ſamt derſelben Zugehörungen, und ſolte ihr darneben ein Haus und Hoff in der Stadt Eiſsleben für dreyhundert Gülden ihrem Stande gemäs, und wohlbequemlich verordnet und geſchaffet werden. Darüber wurden ihr zu VORMUNDEN geſetzet Grav Wallrads liebe Schwäger und Vettern, Grav Heinrich, Herr zu Waldeck, Graff Adolph von Gleichen, Herr zu Thonna und Graff Günther, Herr zu Beichlingen.* In comitum Ruthenorum familia curam ſexus inſolitam haud eſſe, teſtatur vnio familiae (l): *Es haben ſich ferner die Herren Reuſ-*

(h) Supra cap. V. §. 27.
(i) *Staats-Canzley* Tom. LXXIV. p. 630.
(k) *Hiſtoria Gleichenſis* p. 153.
(l) Apud LVNIG. *Spicil. Saec.* P. I. p. 929.

ſen aus ſondern Motiven, bey dieſer Vormundſchaffts-Verwaltung, welche die Mutter oder Gros-Mutter mit und nebſt derer Agnaten einem über ſich nehmen würde, dahin vereiniget, daſs deroſelben Perſon, dero ſonſten, vermöge der Rechten, ein Curator ad litem pfleget geordnet zu werden, durch demſelben Agnaten völlig integrirt oder legitimirt ſeyn und keines abſonderlichen Curatoris oder Kriegiſchen Vormundens hierüber von nöthen haben, auch, da ſie gleich ſonſten zu andern ihren eigenen Sachen einen Curatorem hätte, denſelben doch zu denen Vormundſchaffts-Geſchäfften nicht mit ziehen, ſondern alle dasjenige, was ſie alſo mit den Vormundſchaffts-Agnaten inn- oder auſſerhalb Gerichts handlen, tranſigiren, quittiren, unterſchreiben, ſchlieſen und verrichten würde, ohne Ratification oder Genehmhaltung einigen andern Kriegiſchen Vormundens auch künftig ratione der Unmündigen verbindlich und kräfftig ſeyn ſolle. Jedoch ſolle ſolche nicht auf dasjenige, ſo ſie allein ohne den mitgeordneten Stams-Verwandten Vormund thun möchte, auch nicht auf den Fall, wann eine mater oder Avia einen oder mehr Contutores extra familiam und die nicht Agnati wären, hätte, gezogen, ſondern ihr diſsfalls nichts deſtoweniger ein kriegiſcher Vormund hiezu geordnet werden.

Würde auch etwa in frembden Iudiciis der Unmündigen halber zu litigiren oder zu handlen ſeyn und die Witthe ohne Curatore oder dero Actor und Gevollmächtigter ſolchergeſtalt nicht zugelaſſen werden, hat ſich die Vormundſchafft billig nach dem Stylo curiae zu legitimiren. De Dagoberto Rege dicit FREDEGARIVS (m): *Cum vitae ſuae ſentiret periculum Aeganem ſub celeritate ad ſe venire praecepit et ſe iam diſceſſurum ſentiens reginam Nantildem et filium ſuum Clodouaeum eidem in manus eius commendans conſilium Aeganae pergratum habuit, quod cum eius inſtantia regnum ſtrenue gubernari poſſit.*

§. IV.

(m) *Chronico* Cap. LXXXIV.

§. IV.

Inter illuſtres exterorum regnorum cura ſexus non penitus incognita eſt. De Margaretha Britannica, comiti Stampenſi copulanda, dicit LOBINEAV (n): *Il ne reſtoit plus pour proceder au mariage, que de donner un curateur a Marguerite de Bretagne, et la Ducheſſe Iſabeau ſa mere, du conſentement du Vicomte de Rohan et des Sires du Gavre, de la Rocherbernard, de Guemené-Guengamp, de Derval et de Kaer et des autres parens de Marguerite, lui donna le 12. de Novembre, pour Curateur, le comte de Laval, qui donna le Vicomte de Rohan pour caution.* Sigismundus Auguſtus R. Poloniarum, ſororis ſecundo genitae fuit curator et hac ſe abdicat cura in fauorem mariti (o), verbis: *Tamen quoniam tutoria poteſtas ſemel a maieſtate ſua poſt exceſſum duorum parentum in illuſtrisſimas ſorores ſuas legitime ſuſcepta, atque vſurpata, haerere nihilominus penes maieſtatem ſuam videtur, donec depoſita et in illuſtrisſimam celſitudinem veſtram translata fuerit, conſtituit ſacra Regia Maieſtas, ſe ea quoque tutoria poteſtate in praeſentia abdicare, illamque illuſtrisſimae celſitudini veſtrae de more prorſus cedere.*

§. V.

Praeſertim vero apud Germanos in vſu fuit inter illuſtres curator dotalitii, de quo inter caetera teſtatur charta apud MVLLER (p), qua Carolus IV. Fridericum Burggrauium Noribergenſem MCCCLXVII. nominat curatorem dotalitii Catharinae Landgr. Thuringiae, verbis: *Wir Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Keiſer, zu allen Zeiten Merer des Reichs, und Kunig zu Behem, bekennen und thun kunt öffentlich mit dieſen Briffe allen den, die yn ſehen oder hoeren le-*

(n) *Hiſtoire de Bretagne* T. I. p. 658.
(o) *In epiſtolis a Menckenio editis* p. 91.
(p) *Staats-Cabinet* P. IV. p. 29.

leſen, wenn die Hochgebohrne Katbrey, Landgräfine zu Doringen, und Marggräfinne zu Meiſen, unſer liebe Schweſter, etzliche Veſte, Slozz, Lant, Herſcheffte, und Güeter in Francken hat, die von uns und dem Reiche zu Leben rüren, und ir anderſtorben und angevallen Erbe ſein, von Vater und von Mutter, als auch ſie dieſelben mit ſamt den Hochgebornen Friedrichen, Lantgraven zu Doringen, und Marggrafen zu Meiſſen, unſern lieben Obemen, irem elichen Wirte, in geruter und nützlicher Gewer hat und beſitzet, und wann auch derſelbe unſer Obeme ir etzliche ander Slozz, Veſten, Lant und Gueter zu einen Fürſtlichen Leichgedinge gemacht hat, dorüber und ouch vber die egenante ire erblichen Lant, Herſcheffte und Gueter ſie zu VORMUNDEN und Verweſer gekorn hat, den Edlen, Friedrichen, Burggrafen zu Nürnberg, unſern lieben Getreuen, daſs derſelbe ſie an denſelben Landen und Herſcheffiten vertreten, verſprechen und verweſen ſulle, des hat uns der obgenannt unſer Obme fleizz gebeten, daſs wir als eyn Römiſcher Keyſer unſer Gunſt und guten Willen darzu gerueten zu geben, demſelben Burggraven Friedrichen, als einem Vormunden, die vorgenante Lant- und Herſcheffiten, die von uns zu Leben ſein, gnediclich zu verleiben, und in der egenanten vnſer Schweſter zu einen Vormunden zu machen und zu ſetzen; Nun haben Wir durch treue und mercklicbe Dienſte, die vns und dem Reiche der genannte vnſer Obem offt williclich und nützlich erzeigt hat, und noch tun ſol und mag, in künftigen Zeiten, ſeine Bete gnediclich erhert, unſer Gunſt und guten Willen darzu geben, und haben Burggraven Friedrichen den vorgenannten alle ſolche Slozz, Lant, Herſcheffte und Gueter, die von uns und dem Reiche zu Lebn rüren, als eynen rechten Vormunden zu Vormundſchafft gelihen und gereichet, Leiben und reichen Im die, vnd ſetzen, geben vnd machen In der egenannten vnſer Schweſter, der Marggräfinne, zu einem rechten Lebnträger und Vormunden, mit wolbedachtem Mute, vnd mit rechter Wiſſen, von Keyſerl. Mechte, alſo wer das Sache, das

daſs an dem egenannten vnſern Obme, da Gott lange vor ſei, von Todes wegen nicht geſchebe, daſs der egenannte Burggrave, wann er des von der egenannten vnſer Schweſter ermant wirdet, ſie in demſelben iren Erben, Landen und Gueteern, und auch allen andern iren Guetern, die ir Leibgedinge ſein, vertreten verſprechen ſulle und möge, vnd ſie, als Vormundes Recht iſt, als dicke des Not geſchicht, getrewlich verweſen. Mit Urkund ditz Briefs verſigelt mit vnſer Keiſerlichen Majeſtaet Ingeſigele, der geben iſt zu Prag, nach Chriſts Geburte Dreyzehenhundert Jahr, des Suntags in der Vaſten, als man ſinget Oculi, vnſer Reiche, in dem Eyn- und zweinczigſten und des Keiſertums in dem Ezwelften Jare. Plura exempla eiusmodi curatorum nobis ſiſtit MVLLER (q).

§. VI.

Cura ſexus, quae in quibusdam illuſtrium viget familiis, eſt vel datiua vel legitima. Legitimus vxoris curator eſt maritus. Datiuus a iudice datur. Sicuti vero curatoris muliebris datio iudicis competentiam neceſſario haud requirit, ita quoque illuſtribus feminis, licet immediate imperatori ſubſint, coram mariti ſeu agnati ſui iudiciis recte valideque curator conſtituitur. Haec quoque cura conſiliario mariti, ſeu fratris, vel agnati recte poteſt committi, niſi forſan detur ad negotium, quod feminae cum eo intercedit, in cuius miniſterio eſt conſiliarius.

§. VII.

Sub tutela quoque viuere tenentur furioſi, prodigi, mente capti. Huius tutelae varia itidem exempla in hiſtoria obſeruamus. Sic Wenceslao Caeſari exauctorato, ſed Regi Bohemiae hereditario, tanquam prodigo et ad re-

(q) *Staats-Cabinet* P. IV. §. VII. *Struuii Iurispr. Heroic. P. V.*

regimen inhabili curator a Ruperto imperatore et S. R. I. Electoribus Anno MCCCC. datus fuit Sigismundus frater Rex Hungariae, Marchioque Brandeburgicus (r). Alberto Friderico, Boruſſiae duci, qui in mentis aegritudinem inciderat, curator a Stephano datus eſt Georgius Fridericus Brandeburgicus, proximus agnatus (s). Poſtquam Anno MCCCXXII. Fridericus admorſus ad regimen inhabilis eſſet factus, vxor Eliſabetha regimen ſuſcepit, illudque nomine filii geſſit minorennis (t). A. MDXXXIX. Georgius Dux Saxoniae Friderico filio tradidit regimen, cui tamen ob mentis defectum, quo laborabat, adiunxit curatores, de quo MVLLER (u): *Kurz vor dieſes Prinzen tödlichen Hintritt übergab der Vater ihm die Regierung, und weil er eines blöden Verſtandes, und daher der Regierung nicht allerdings fähig war, ordnete er demſelben 18. von Adel 4. Prieſter und 8 Rathsherrn aus denen Städten zu, um ihm in der Regierung treulich an die Hand zu geben.* Cum A. MDCCXXIII. Hermannus Fridericus comes Bentheimenſis in mentis aegritudinem incidiſſet, adminiſtratio comitatus Coloniensi Archiepiſcopo, qua Epiſcopo Monaſterienſi, committebatur, eique in cotutela adiungebatur Comes a KAVNIZ (x). Aſt hic eadem principia, quae circa aetatis curam obtinent, ſunt applicanda.

§. VIII.

Hic de tutela curaque aetatis maxime agendum eſt. Quam qui gerunt, dicuntur: *Vollmächtige, Gewaltiger, Vormunde, Gerhaben, Schirmere, Verweſer des Jungen, Vertreter,*

(r) vide ſupra cap. V. p. 422.
(s) vide ſupra cap. V. §. 55.
(t) vide ſupra cap. V. §. XXIII.
(u) *Annal.* ad A. 1539.
(x) MOSER *Staats-Recht* T. XIX. p. 39.

ter, *Mombarn, Treubänder, Treusträger* (y). Media latinitate tutores curatoresue denominantur *Guardiani, Mundi, Mundualdi, Baiuli.* Illos, qui ſub tutela curaue viuunt, Germani dicunt: *Jungen, Unmündige, Minderjährige, die noch unvoigtbar, die noch nicht zu ihren Jahren oder Alter kommen ſind, Mündlinge, Waiſen, Pflegkinder.*

§. IX.

Sunt autem ſtatuum imperii tutores vel ſupremi, vel ſuperiores, vel inferiores, *Obriſt, Ober- und Unter-Vormünder.* Supremam in imperio Rom. Germanico tutelam ſibi vindicat imperator. Sicuti enim imperantis eſt, ſuos tueri et protegere ciues, ita ei praeprimis incumbit defenſio viduarum orphanorumque. Prout enim a iuris Germanici doctoribus vberius eſt monſtratum, ex moribus Germaniae vniuerſalibus ſupremam ſubditorum tutelam ſibi in ſua prouincia quilibet vindicat princeps et magiſtratus (z). Eadem poteſtas ratione eorum, qui immediate imperio ſubſunt, imperatori denegari nequit. Hinc iam Ludouici Pii temporibus in eius capitularibus (a) ordinatur, *vt viduae, orphani et minus potentes ſub regis Mundeburde pacem habeant et eorum Iuſtitias adquirant.* Et imperatores ab antiquisſimis ad noſtra vsque tempora iuramentis, quae in coronationis actu praeſtant, promittunt (b): *ſe velle pauperum et diuitum, viduarum et orphanorum aequos iudices et defenſores eſſe.* Supremam hancce tutelam actu quoque exercet imperator intuitu immediatorum, et ab omni-

 bus

(y) Qui Etymologias amant, harum vocum origines inuenire queunt apud de LVDEWIG diff. I.R. et G. in tutelis differ. I.

(z) HEINECCIVS *Elem. iuris Germanici* Lib. I. §. 345. ibique allegati. Adde ILL. ENGAVII *Elementa iuris Germanici* lib. I. §.452.

(a) *Capitular.* lib. VI. §. 223.

(b) vide formulam apud MOSER *Staats-Recht* T. II. p. 467.

bus ſtatibus tutor honoratur ſupremus, nec vnquam ab iis, qui alias iura omnibus impugnant viribus imperatoria, hocce reſeruatum in dubium eſſe vocatum, memini. Vi ſupremae huius tutelae imperator non ſolum teſtamentarios legitimosque tutores confirmat, ſed quoque his deficientibus datiuos conſtituit, ac praecauet, ne quid damni patiatur pupillus, minime vero rationes exigit. Controuerſias tamen, quae circa tutelam vel occaſione eius naſcuntur, tanquam iudex in imperio ſupremus cognoſcit deciditque.

§. X.

Haud raro imperii proceres liberorum ſuorum tutoribus, ne hi pro arbitrio agant, quosdam ſuis ex conſiliariis adiungunt, ex quorum ſuffragiis omnia ſunt agenda. Inde nata eſt diſtinctio *in Ober-Mit-und Unter-Vormünder*. *Ober-Vormünder* ſunt imperii ſtatus, quorum nomine et auctoritate negotia territorii, maxime publica, expediuntur. *Unter-Vormünder* ſunt, quidam ex conſiliariis iuncti tutoribus, vt hi eorum ſuffragia adhibeant in regendo territorio. Si conſiliariorum ſuffragia adiunctorum non *conſultatiua*, ſed *deciſiua* ſunt, ita vt absque eorum *conſenſu* tutor facere nil poſſit, tunc iis potius cotutela *die Mit-Vormundſchafft*, quam ſubtutela *die Unter-Vormundſchafft* competit. Poteſtas horum tutorum ex pactis et obſeruantia familiae, et ſi teſtamentariae locus eſt tutelae, ex teſtamento determinanda eſt (c). Interdum ſi ſtatus imperii inferioris ordinis cotutorem ſupremi ordinis habet, veluti ſi comes ſimul cum Electore tutelam gerit, hic vocatur *Ober-Vormund*, ille vero modeſtiae cauſa nomen *eines Unter-Vormundes* ſibi tribuit (d).

§. XI.

(c) Exempla quae haſce definitiones illuſtrant vide ſupra Cap. V. §. 36. 38. 47. 50. 56. 84.

(d) ILL. MOSER *Staats-Recht* P. XVIII. c. 91. §. 3.

§. XI.

Deinde, vt priuatorum, ſic quoque illuſtrium tutores triplicis ſunt generis. Alii enim ſunt honorarii. Alii notitiae gratia dati, alii gerentes. Hi tantum adminiſtrant, illi conſiliis tutoribus adſunt, iſti vero, ne quid damni capiat pupillus, curant (e).

§. XII.

Probe vero in illuſtrium tutelis a ſe inuicem diſtinguenda ſunt, pupilli educatio, tutela et adminiſtratio terrarum. Curate haec a ſe inuicem ſeparantur in teſtamento Adolphi Wilhelmi Ducis Saxo-Iſenacenſis, in quo liberorum educatio matri, tutela teſtatoris fratri vnacum duce Brunſuicenſi, terrarum vero adminiſtratio ſoli fratri Iohanni Erneſto eſt commiſſa (f). Chriſtianus I. Saxoniae Elector pupillorum educationem matri teſtamento commiſit, Electoratus et prouinciarum regimen ſolus Fridericus Wilhelmus Altenburgicus habuit, tutelam vero ſimul cum Altenburgico geſſit Elector Brandenburgicus, qui teſtamento ſcriptus erat tutor. Clare hoc teſtatur pactum inter Altenburgicum ducem et Brandeburgicum Electorem, ſuper adminiſtratione terrarum initum, quo adminiſtratio ſoli relinquitur Altenburgico, ita tamen, vt in arduis cauſis, ne quid pupilli capiant detrimenti, cum cotutore Electore nempe Brandeburgico, communicaretur et expeditiones honoris cauſa ſimul ſub Brandeburgici fierent nomine (g). In pacto inter Saxoniae Electorem et ducem Leucopetrenſem, ſuper tutela lineae Leucopetrenſis inito, prouinciarum adminiſtratio durante minorennitate ducum Leucopetrenſium ſoli conceditur Electori,

 de

(e) Exempla vide ſupra cap. V. §. 27. 56. 84.
(f) Vide verba cap. V. §. 43.
(g) Supra cap. V. §. XXVII.

de educatione vero et liberorum tutela duci eiusque ſucceſſoribus libera diſponendi facultas relinquitur (h); In teſtamento Bernhardi Ducis Saxoniae, lineae Ienenſis, tutela vna cum educatione matri, prouinciarum vero adminiſtratio Iohanni Erneſto Iſenacenſi committitur (i). Poſt mortem Caroli Alexandri Ducis Wurtebergici variae de tutela ortae ſunt lites, de quibus tandem ea transactum eſt ratione, vt proximo agnato adminiſtratio et ſuprema tutela, matri vero pupillorum educatio et cotutela ſuprema concederetur. Inde in primo ſtatim transactionis articulo diſtinguitur inter *Vormundſchafft* et adminiſtrationem, verbis: *Erſt ſollen nebſt des Herrn Adminiſtratoris und Ober-Vormünders Hochfürſtl. Durchl. der Frau Herzogin Hochf. Durchl. den Nahmen einer Ober-Vormünderin führen* (k).

§. XIII.

Nec noua eſt haecce in tutelam et adminiſtrationem diſtinctio, ea potius antiquiſsimis Germaniae moribus optime reſpondet (l). Dum enim Germani a liberorum educatione matrem haud arcerent (cap. VI. §. 4.), imo de illa liberis pacto proſpicere, patri permitterent, ratio vero dominii, quo ſua poſſidebant praedia Germanorum familiae, alium ac agnatum ad adminiſtrationem haud admitterent (cap. VI. §. 2.); fieri vix aliter potuit, quam vt adminiſtratio bonorum a tutela liberorum ſaepius ſepararetur, et vni haec, alteri illa committeretur. Hinc IVS WEICHBILDICVM Art. 49. *Es iſt auch offt einer der Kinder nebher Vormund, ein anderer hat aber ihr Guth unter ihm.* Quid quod? vel ipſe Auguſtiſsimus et ſumma impe-

(h) Supra cap. V. §. XXXI.
(i) Cap. V. §. XLVI.
(k) vide cap. V. §. 84.
(l) vide cap. VI. §. 6.

perii tribunalia agnoſcunt hanc differentiam. Sic in cauſa Caroli Friderici Ducis Wurtebergici et Magdalenae Sibyllae viduatae principis Wurtebergiae, natae Landgraniae Haſſo-Darmſtadinae puncto tutelae et adminiſtrationis die XXIII. Nouembris MDCLXXVII. decretum fuit, vt tutela ſimul cum adminiſtratione ducatus haberet proximus agnatus Fridericus Carolus, ſimul tamen ad tutelam, non ad terrarum adminiſtrationem, mater admitteretur, verbis: *daſs Herrn Herzog Friedrich Carl die Adminiſtration und Tutel nebſt denen Geheimen Regiments-Räthen, der Frau Withen aber die Mit-Vormundſchafft zuſtehn*, quod decretum deinde vtrique parti, transactione inita, placuit (m). Aliud praeiudicium, ſeparationem tutelae et adminiſtrationis probans, ſiſtit ſententia Cameralis, occaſione litis inter comites Erpacenſes et Reinhardum a Gemmingen ratione cotutelae ventilatae (n), publicata. Mortuo Anno MDCXXVIII. Iohanne Friderico duce Wurtebergiae, relicto filio impubere, adminiſtrationem ducatus ſuſcepit defuncti frater Ludouicus Fridericus, tutelam vero ſimul cum adminiſtratione habuit pupilli mater, quod etiam imperator confirmauit et in tutorio deſuper dato ſollicite adminiſtrationem et tutelam diſtinxit (o). Cum Anno MDCCXXXII. de tutela Henrici XI. comitis Rutheni *in Ober-Graiz* ſibi confirmanda iudicium aulicum auia imploraret materna, in concluſo ſub dato d. XXII. Septembr. MDCCXXXII. dicitur: *Wird der Mütterl. Gros-Mutter gethanes ein und anderes Begehren hiemit abgeſchlagen, 2) denen bereits verordneten und confirmirten Vormundern aber die gänzl. Beſorgung dieſer Vormundſchafft, ſowohl ratione educa-*

(m) Cap. V. §. 838.

(n) Supra cap. V. §. 93. p. 568.

(o) vide ſupra cap. V. §. 81. p. 541.

cationis als adminiſtrationis bonorum allen gegenſeitigen fürbringens ohngebindert, ledigl. und allein überlaſſen. Fruſtraneo igitur conatu a quibusdam iuris publici doctoribus adminiſtrationis et tutelae diſtinctio et vtriusque a ſe inuicem ſeparatio in dubium vocatur.

§. XIV.

Fieri poteſt, vt vni tutela, alteri educatio et rurſus alteri terrarum adminiſtratio committatur (§. XII.). Quod ſi fit, EDVCATIO conceſſa tribuit poteſtatem pupillorum proſpiciendi felicitati eorumque dirigendi actiones. TVTELA itidem conſiſtit in poteſtate proſpiciendi, ne quid damni patiatur pupillus eiusque res domeſticae et oeconomicae bene adminiſtrentur. ADMINISTRATIO vero regimen prouinciarum comprehendit. Saepe vni ſolum ſub tutoris nomine et educatio, et tutela et adminiſtratio conceditur, ſaepe quoque vni tutela, alteri adminiſtratio defertur, quo caſu tutela ius educandi pupillum continet. Siue vero tutela et educatio, ſiue ſimul et educatio et tutela et adminiſtratio in vna perſona exiſtant coniunctim, haec tria tamen in intellectu ſunt curate diſtinguenda.

§. XV.

Tutor igitur illuſtris educationem pupilli curat, vel ſolus vel ſimul cum matre vel alio, cui illa eſt commiſſa. Inſuper quoque proſpicit, ne quid damni patiatur pupillus. Hinc ſi non ipſe tutor, ſed alius terrarum habet adminiſtrationem, tutoris eſt, curare, vt prouinciae ita regantur, ne quid damni patiatur pupillus. Vt vero, an quid damni immineat pupillo, perſpici posſit, recte exigit tutor, vt in grauioribus cauſis ſecum communicetur. Liberum quoque eſt tutori, ſuam cum adminiſtratore communicare ſententiam, eumque monere, vt a

ne-

negotiis periculum pupillo inferentibus deſiſtat, minime vero adminiſtratori, quod agendum ſit, poteſt praeſcribere et inde tutoris ſententia conſultatiua quidem, minime vero deciſiua eſt. Interim ſi absque ratione ſuam negligi ſententiam, et inde graue pupillo periculum imminere, tutor ſentit, rem ad imperatorem tanquam ſupremum tutorem iudicemque poteſt deferre, vt hic periculo remedia adhibeat auertendo. Deinde tutor oeconomiam pupilli et bona, quae priuata habet, dirigit, curatque, vt quae ad pupilli ſuorumque ſuſtentationem faciunt praeſtentur et bene diſpenſentur. Curat quoque, ne camerales reditus minuantur, aut quid alienetur vel oppigneretur. Saepe quoque vel pacto vel teſtamento eſt conſtitutum, vt, licet vel maxime omnia ab adminiſtratoris pendeant auctoritate, honoris tamen cauſa reſcripta, edicta decretaque ſub nomine et adminiſtratoris et tutoris expediantur. Omnia egregie illuſtrant exempla. Poſt mortem Chriſtiani I. Saxoniae Electoris minorennium eius liberorum tutelam habuit Io. Georgius Marchio et Elector Brandeburgicus, cotutelam vero et adminiſtrationem Fridericus Wilhelmus Dux Saxo-Altenburgicus, Regimen prouinciarum ſolus habuit Altenburgicus, ſuprema prouinciarum collegia, iudicia, miniſtri omneſque officiales vnice Altenburgico paruerunt, ab eoque ſolo ſua acceperunt mandata (p). Aſt cum tutoris legatis et conſi-

(p) Sic in transactione cum Brandeburgicis inita et ſupra p. 451. inſerta: *daß unſer gnädigſter Fürſt und Herr, Herzog Friedrich Wilhelm zu Sachſen, als der nechſte Agnat, die Adminiſtration der Chur Sachſen und darzu gehöriger Lande haben - - darum auch die Regierung und andere Perſonen, ſo in jezigen ihren Dienſten behalten, auch künftig gebraucht werden mögten, nach jezigen ge-*

filiariis, ſi praeſentes erant, in arduis communicabatur cauſis, eorumque audiebantur conſilia (q). Rationes in praeſentia legatorum Brandeburgicorum recipiebantur, et licet omnia ab adminiſtratotis penderent auctoritate, nihilominus tamen publica aeque ac priuata negotia ſimul ſub Brandeburgici nomine expediebantur (r). Poſt mortem Caroli Alexandri Ducis Wurtebergici proximus agnatus Carolus Rudolphus adminiſtrationem, Sereniſſima pupillorum mater cotutelam tenebat. Et haec, relicta agnato ſolitaria terrarum adminiſtratione, iure cotutelae educationem curabat pupillorum, eorumque ſtatum ordinabat oeconomicum, et ne quid iis praeiudicii inferretur, proſpiciebat, in cauſis magni momenti cum illa, vt quae ſibi videantur, aperiat, communicabatur, imo ex ſuis quendam ad rationes redituum audiendas, ablegabat, prout haec omnia clare docet pactum, inter adminiſtratorem et ſereniſſimam cotutricem initum (s). Similia fere ſunt

geſamten Anordnungen an Sr. Fürſtl. Gnaden, als den Adminiſtratorn, gewiſen werden ſollen, ſich ihrer Fürſtl. Gn. Beſcheids und Befehls in fürfallenden Sachen zu erholen.

(q) Sic verba transactionis: *Woferne auch die Churf. Brandeb. Räthe und Geſande zur Stätte, ſoll mit ihnen von allen Sachen, wie die fürlauffen auch einige Wichtigkeit haben werden, freundliche communication gehalten, auch mit ihren Vorwiſſen und Belieben darinnen geſchloſſen worden. Desgleichen, da auswärtiger Könige und Potentaten, ſowol Reichs- als andere hochangelegene Land-Sachen fürkommen möchten, ſoll hierunter des Churfürſten zu Brandenburg, als des Mitvormundes, Bedencken und Rath erholet und gebraucht.*

(r) Formulam, qua reſcripta, edicta concipiebantur vide ſupra p. 452.

(s) Spectat huc potiſſimum Articulus VI. transactionis, in quo: *So viel hingegen ſechſtens das Adminiſtrations-Weſen belanget, ſo iſt*

ſol-

ſunt, quae de tutelae adminiſtratione Friderico Carolo Wurtebergiae duci et Magdalenae pupillorum matri et cotutrici pacto placuerunt (t).

§. XVI.

Deinde ex ICtis non pauci tutelam diuidunt in publicam et priuatam (u). Per publicam tutelam intelligimus, quum tutor loco pupilli huius ditionibus et prouinciis cum imperio praeeſt. Priuatum vero dicimus tutorem, qui et educationem et priuata pupilli bona curat et ne quid detrimenti capiat pupillus, proſpicit. Nec obſeruantiae nec legibus imperii ſcriptis contraria videtur haecce tutelae diuiſio, licet ſint, qui putant, neſcio quid monſtri eam alere. Dum enim contradictionem haud inuoluit, vni ditionum adminiſtrationem, alteri pupilli educationem et priuati patrimonii curam committi, imo quod actu haud raro terrarum imperium ab educatione et tutela ſeparetur, exempla docent; (§. XII. et XV.) non video, qua ratione diuiſio in tutelam publicam, quae in adminiſtratione conſiſtit, et priuatam, quae educatione et tutela proprie dicta abſoluitur, poſſit impugnari. Potius ab eſſe ad poſſe, vt metaphyſici loquuntur, optima valet conſequentia, et diuiſio in legum licet verbis expreſſe

 haud

ſolches dahin verglichen worden, daß daſſelbige, nebſt dem Nahmen des Herrn Adminiſtratoris Hochf. Durchl. als proximo agnato alleinig verbleibet, jedoch mit dem Anhang: daß der Frau Herzogin Hochf. Durchl. - - von allen wichtigen Vorfallenheiten, exceptis cauſis religionis, eccleſiaſticis et criminalibus *und was dahin einſchlägt, - - durch 2. geheime Räthe referiret, dero führende Meinung darüber vernommen und in den Vormundſchafftl. Geheimen Rath* ſecundum maiora collegii *concludirt werden ſolle.*

(t) Vide illud ſupra p. 546.

(u) TITIVS *Spec. iuris publ.* L. IV. cap. IX. §. 16. COCCEII *in iuriſp. publ. prud.* Cap. XXIX. n. 11.

haud fundata, tolerenda eſt, ſi ad rei diſtinctam facit cognitionem. Alia vero quaeſtio eſt, an in regula diuiſa ſit tutela? alia an diuidi queat? et annon, quae diuerſa ſe repraeſentant in intellectu, diuerſis quoque verbis ſint enuntianda. Quod in regula diuiſa ſit tutela, non affirmo, aſt quod diuidi queat et actu ſaepe diuidatur, in dubio haud relinquunt, quae adduximus, exempla, ſicuti et certisſimum eſt, cum ratione verbis diuidi, quae in intellectu ſunt diuerſa.

§. XVII.

Tutela illuſtrium eſt vel publica vel priuata (§. 16.). Hanc, cuicunque velit, committendi poteſtate gaudet pater. Conſiſtit enim in educationis et priuati patrimonii cura (§. 16.). De hac vero per teſtamentum diſponere, patri permittunt naturae leges (Cap. I. §. 8.) eique nec mores nec leges patriae hanc a natura conceſſam denegant poteſtatem. An vero patri eadem circa publicam tutelam, quae in terrarum regimine conſiſtit, competat poteſtas, magna eſt dubitatio. Et ſunt non pauci, qui ſtatuunt, publicam quoque tutelam ex voluntate patris cuicunque poſſe deferri, alii vero contrariam plane ſententiam defendunt, alii media incedunt via. Nobis controuerſiae punctum vnice in eo videtur poſitum, vt curate determinetur, ex quonam principio, illuſtrium diiudicandae ſint cauſae tutelares. Nam vel in ipſo primo principio Ictos obſeruo diſſentientes. Alii omnia indiſtincte ex iure Romano et ordinatione politica definienda cenſent, alii ad obſeruantiam pactaque familiarum recurrendum, his vero deficientibus et in dubio ius Romanum et ordinationem imperii Politicam eſſe ſequendam, ſtatuunt.

§. XVIII.

Nobis vero vtraque haud placet ſententia. Eorum enim

enim opinio, qui omnia ex iure Romano et ordinatione imperii politica definienda cenſent, nimio iurium peregrinorum amore innititur. Qui ſtatuunt, ad obſeruantiam pactaque familiarum eſſe reſpiciendum, his vero deficientibus et in dubio ius Romanum et ordinationem politicam eſſe ſequendam, veritati quidem accedunt propius, in eo vero peccant, quod tradant, deficientibus familiarum pactis et obſeruantia ad ius Romanum eſſe recurrendum. Aperte enim, quae iuris priuati ſunt, confunduntur cum iis, quae ſunt iuris publici, regimen prouinciarum cum priuati patrimonii tutela. Conſiſtit publica principum tutela in regimine et adminiſtratione prouinciarum terrarumque (§. 16.). Imperii vero iura, quae in tutela publica ſe exſerunt, minus recte ex iuribus peregrinis Romano vel canonico deducuntur. Reſpiciendum potius ad iura conſuetudinesque, quae in Germania ſeruantur. Equidem recepta ſunt apud nos iura peregrina, iisque omnem in cauſis illuſtrium tutelaribus valorem denegare non auſim, minime tamen tanta eorum vis eſt, vt patrias vincant conſuetudines, maxime in cauſis, quae ſtatum prouinciarum concernunt publicum. Germaniae proceres fuerunt ſemper, et adhuc ſunt, tenaciſſimi patriorum iurium conſeruatores. Hinc illos antiquas Germaniae conſuetudines prae iuribus peregrinis retinuiſſe, et illas his in cauſarum deciſione eſſe praeferendas, fortiſſima eſt praeſumtio. Primam igitur regulam, ad cuius normam tutelares illuſtrium cauſae ſunt conſiderandae, tali cenſeo ratione formandam: Ad familiarum pacta et obſeruantiam prae caeteris eſt reſpiciendum, his vero deficientibus, ſecundum leges conſuetudinesque Germaniae iudicetur, et demum, his quoque ſilentibus peregrina iura, Romana et canonica ad deciſio-

 nem

nem cauſarum adhibeantur, quatenus ſplendori dignitatique illuſtrium non aduerſantur.

§. XIX.

Iurium mutatio et abrogatio non praeſumitur. Si igitur monſtrari poteſt, Germanos propriis ſuis iuribus, iisque vel ſcriptis vel non ſcriptis in tutelarum vixiſſe cauſis, tunc haecce iura antiqua, inter priuatos licet abrogata, inter illuſtres tamen in cauſis maxime publicis ſuum adhuc valorem prae legibus Iuſtinianeis retinuiſſe, tamdiu affirmandum, donec eorum abrogatio doceatur. Et cum iura patria in illuſtrium cauſis tutelaribus peregrinas praeualeant leges (§.XVIII.); Antiqua Germaniae iura tutelaria inter illuſtres, prae legibus valent peregrinis tamdiu ac de eorum abrogatione non conſtat. Iam vero ex ſuperiori conſtat capite, maiores noſtros in allodiis aeque ac feudis exiſtente agnato ad tutelam habili, quoad terrarum adminiſtrationem aliam non agnouiſſe tutelam, quam legitimam, et hac demum deficiente teſtamentariam et pactitiam admiſiſſe (x). Eadem quoque principia inter illuſtres ſibi locum vindicaſſe, probant exempla, ex omnibus fere Germaniae procerum familiis quinto adducta capite. Si enim antiquas principum familias percurris, facillime obſeruare licebit, omnes fere exiſtente agnato habili, quoad prouinciarum regimen tutelam non niſi legitimam tuliſſe, easque familias, quae hodie praeter legitimam, teſtamentariam quoque et maternam admittunt tutelam, aut recentiore ortas eſſe aetate, aut ſaltim ante ſaeculi decimi quinti finem agnatum habilem a regimine non excluſiſſe, ſicque exiſtente agnato habili, ſolum agnouiſſe legitimum tutorem. Ex quibus regula profluit ſecunda: Germanica iura proximo agnato habili tutelam de-

(x) Confer. cap. VI. §. 2. 3. 19.

deferunt publicam, excluſis teſtamentariis tutoribus, remota a tutelari regimine matre.

§. XX.

Regulam, quam in antecedente paragrapho adſtruxi, proximum nempe agnatum habilem ante ſaeculi XV. finem ab adminiſtratione et regimine prouinciarum per tutores haud excluſum fuiſſe teſtamentarios, confirmat hiſtoria Germaniae principis. Vt vero omnia eo magis fiant clariora, per ſingulas illuſtrium domus noſtri veritatem principii monſtrare animus eſt.

§. XXI.

Vt vero ordine, quem capite ſeruauimus quinto, procedamus, ordiamur a potentisſima Auſtriacorum gente. Omnia, quae hiſtoria Auſtriaca ſiſtit exempla, loquuntur tutelam legitimam (y). Et licet interdum teſtamentis tutores ſint ſcripti, vltimae tamen hae tabulae alii quam agnato proximo nunquam detulerunt tutelam (z), et inde tutela per teſtamenta non tam conſtituta quam legitima ſolum confirmata eſt. Tutelae maternae exemplum Auſtriacas prouincias habuiſſe, et Claudiam, Leopoldi, Archiducis viduam MDCXXXII. filiorum Caroli et Sigismundi tutricem exſtitiſſe, omnes fere affirmant. Aſt omnes de re tam ardua ſatis obſcure loquuntur, et circumſtantias afferunt fere nullas, ita vt quoad maternam hancce tutelam omnia fundamento innitantur lubrico. Hinc ſalua ſtat regula, in domo Auſtriaca exiſtentes agnatos a tutela haud fuiſſe excluſos legitima.

§. XXII.

In ſerenisſima gente Bauarica tutelae legitimae exempla

(y) ſupra cap. V. §. 3.
(z) ſupra cap. V. §. 6.

pla exſtant plura (a), teſtamentariae quoque de tutela diſpoſitiones non deſunt per illas tamen non extraneo delata eſt tutela, ſed ſemper legitima fuit probata (b). Tutelae maternae vnicum ſaltim exemplum Saeculo XVII. vidit Bauaria, dum Maria Anna mater Ferdinandi Mariae Electoris Bauariae minorennis fuit tutrix, in regnandis tamen prouinciis agnati proximi Alberti Ducis praecipuae fuerunt partes (c).

§. XXIII.

Serenisſima domus Saxonica lineae Albertinae electoralis aeque ac ducalis, non alios vnquam tutores agnouit, ac legitimos (d). Solam quoque legitimam tutelam probant Bullae Saxonicae Caroli IV. de Annis MCCCLVII. et MCCCLXXVI. et Sigismundi imp. de A. MCDXIV. (e). Vſum harum ſanctionum imperatoriarum confirmant exempla tutelarum, quas Saxonia in linea Albertina habuit (f). Quae a ſtatibus Saxoniae Electoralis prouincialibus in comitiis Torgauiae habitis deliberata et decreta ſunt, docent, quod Saxonia Electoralis ſolum agnatum proximum durante Electoris minoritate terrarum administratorem et tutorem agnoſcat (g). Quod denique extra omne conſtituitur dubium per edictum Friderici Auguſti Polon. Regis et Electoris Saxoniae (h). Serenisſimi Saxoniae Duces lineae Erneſtinae, quoad terrarum adminiſtrationem, nullos tutores teſtamentarios admiſere, ſed exi-

(a) ſupra cap. V. §. XII.
(b) ſupra cap. V. §. XVII.
(c) ſupra cap. V. §. XVIII.
(d) ſupra cap. V. §. XXXIII.
(e) ſupra cap. V. §. XXVI.
(f) Ibid. §. XXVII.
(g) Ibid. §. XXVIII.
(h) Ibid. §. XXIX.

exiſtente agnato habili aliam quam legitimam non habuere tutelam, vsque dum per pactum Anno MDCXLI. initum tutela quoque teſtamentaria eſt permiſſa (i). Quae deinde eodem anno in ſeparato receſſu, inter Wilhelmum, Albertum et Erneſtum Saxoniae duces condito, magis fuit ſtabilita, prouti docent ſequentia eius verba: "*Würde auch zum dreyzehenden einem oder dem andern unter uns beliebig ſeyn, durch Teſtament oder lezten Willen, wegen unſer Fürſtl. unmündigen Kinder Vormundſchafft, ins künftige Verordnung zu thun, welchergeſtalt dieſelbigen neben unſern hinterlaſſenen Landen und Leuten, nach unſern ſeeligen Hintritt aus dieſer Welt regieret werden ſollen, ſo ſoll uns dieſelbige hiermit frey ſtehen und vorbehalten ſeyn, doch ſolchermaſen, daſs die künftige Vormünder ſich unſern Haupt-Vertrag und dieſem Bey-Receſſ allerdings gemäs bezeigen.* Et ex hoc demum tempore tutela teſtamentaria inter Sereniſsimos lineae Erneſtinae duces locum inuenit, cum eius antea nulla exſtiterunt exempla, potius ſcripti in teſtamento tutores ab agnato ſunt excluſi proximo, quod vel ſola Iohannis Wilhelmi teſtamentaria de tutela diſpoſitio confirmat, qua Ludouicus Palatinus et Iohannes Albertus Dux Megapolitanus ſcripti tutores, excluſi ſunt a proximo agnato Auguſto Saxoniae Electore (k). Equidem non deſunt, qui ab antiquisſimis iam temporibus tutelae maternae exempla in Sereniſſima Saxoniae principum familia exſtitiſſe rerum ignaris perſuadere cupiunt. In hanc rem afferunt exemplum Helenae Alberti I. El. viduae, quam liberorum tutricem fuiſſe tradunt. Aſt alia ratio eſt tutelae, alia terrarum adminiſtrationis. Hanc geſſiſſe Helenam nunquam

(i) Vide haecce pacta ſupra cap. V. §. 41.
(k) Vide c. V. §. 36.

quam probari poterit (l). Deinde prouocant ad Dieterici Marchionis Miſniae viduam, quae, vt dicunt, filii Henrici, poſtea illuſtris cognominati, tutrix et Marchionatus adminiſtratrix fuit. Aſt omnia curatius examinantes facile obſeruamus, non matrem ſed Ludouicum Thuringiae Landgrauium, proximum pupilli cognatum, habuiſſe tutelam, terrarumque adminiſtrationem, quam tamen, quum in Miſnia praeſens adeſſe impediretur, ſubordinate matri commiſit pupilli (m). Tandem Friderici ſtrenui adducunt pactum, quod cum liberis iniit, quo hi promiſerunt, ſe, quando ſuos egreſſi eſſent annos, *wenn ſie zu ihren Jaren kammen*, aliam tutelam quam maternam non electuros, hoc vero pactum non de terrarum adminiſtratione ſed de obſeruantia erga matrem intelligendam eſſe, iam ſupra monitum eſt (n). Duo adhuc exempla ſunt, quae nobis obſtare videntur. Primum eſt, tutela Friderici Seueri, quam Schwarzburgicus comes et hoc mortuo Henricus aduocatus Plauienſis ex confirmatione imperatoria geſſerunt. Alterum eſt, quod Iohannis Caſimiri et Iohannis Erneſti, filiorum Iohannis Friderici II. Saxoniae Ducis proſcripti, tutelam, praeterito agnato proximo Iohanne Wilhelmo, adminiſtrauerint Palatinus Elector, vnacum Electoribus Saxoniae et Brandenburgi. Aſt noſtra non infringitur ſententia per haecce duo exempla. Nam in priori caſu, deerat agnatus, cui tutela deferri potuiſſet legitima (o), in poſteriori, agnatus quidem proximior non deficiebat, terrarum tamen diuiſio cum pupillis ſuſcipienda aliaeque cauſae ſat graues fuerunt, quibus factum, quo minus ille tutelam appeteret (p).

§. XXIV.

(l) Cap. V. §. 20.
(m) Supra c. V. §. 22.
(n) Supra cap. V. §. 24.
(o) Supra c. V. §. 23.
(p) Ibid. §. 35.

§. XXIV.

In potentisſima ſerenisſimaque Brandeburgicorum familia ante ſaeculi decimi ſexti medium, ſola locum legitima inuenit tutela. Clare hoc teſtantur teſtamentariae Friderici I. et Alberti Achillis Electorum diſpoſitiones, confirmatae per pacta Gerauienſia (q). In linea Electorali nunquam tutelari opus fuit adminiſtratione. In linea vero Franconica a maiorum inſtitutis eſt receſſum, et tutela admiſſa fuit teſtamentaria maternaque, nunquam tamen agnati ab adminiſtratione terrarum penitus fuerunt excluſi. Potius cum Anno MDCXXV. Chriſtianus Marchio Baruthinus per teſtamentum fratris Ioachimi Erneſti Onoldini a tutela excluderetur, ille ſecundum iura familiae pactaque domus ſibi poſcebat tutelam eamque obtinuit, admiſſa licet in conſortium regiminis inaequale impuberum matre, vnacum Friderico comite Solmenſi, qui tutores teſtamento erant ſcripti (r).

§. XXV.

In domo Palatina vſu et obſeruantia tutela ſtabilita eſt legitima, quam pacta familiae, et bullae imperatoriae magis firmarunt (s). Exempla enim, quae ſupra adduximus, ſolam loquuntur legitimam tutelam. Non deſunt quidem tutores, qui teſtamento ſunt ſcripti, illi tamen aut proximi fuerunt agnati, aut effectu fuit deſtituta teſtamentaria de tutela diſpoſitio (t). Duo exſtant exempla, quibus per teſtamentum non tam extranei tutores ſunt ſcripti, quam proximiori agnato remotiores fuerunt praelati. Nempe Fridericus IV. Elector Palat., quia pro-

(q) Ibid. §. 54.
(r) Supra c. V. §. 55.
(s) Quas vide L. C. §. 58.
(t) Supra L. C. §. 61.

proximus agnatus Philippus Ludouicus Neoburgicus de conſeruando euangelicae religionis ſtatu petitas dare nolebat reuerſales, Ioannem Bipontinum agnatum remotiorem teſtamento ſcripſit tutorem, qui etiam excluſo Neoburgico Electoratum et reliquas adminiſtrauit terras. Valde tamen contradixit Neoburgicus et lis vsque ad maiorennitatem Electoris fuit continuata, et nunquam deciſa, imperator ſaltim in poſſeſſorio ex ratione ſtatus fauit Bipontino (u). Simili modo Ludouicus Caecus excluſo fratre ſeniore iuniorem per teſtamentum ad liberorum vocauit tutelam, aſt contradixit praeteritus frater, et res transactione ita finita eſt, vt iuniori tutelae adminiſtratio relinqueretur, ſeniori vero certi in Bauaria reditus vsque ad pupilli maioritatem adſignarentur (x). Defenſores tutelae maternae in Palatina quoque hiſtoria exemplum ſuae inſeruiens opinioni, inueniſſe credunt, aſſerentes, Mariam Eleonoram, viduam Philippi Ludouici Palatini teſtamento ſcriptam eſſe liberorum tutricem eamque poſtea confirmationem a iudicio camerali impetraſſe. Minime tamen in hoc exemplo clarum eſt, quod terrarum adminiſtratio viduae fuerit commiſſa. Illam potius regimen terrarum non habuiſſe, exinde patet, quod ſcriptores hiſtoriae Palatinae omnes fere affirment, Carolum Ludouicum Electorem Palatinum proximum pupilli agnatum prouinciis durante tutela cum imperio praefuiſſe (y).

§. XXVI.

In Sereniſſima Brunſuicenſi familia varia quidem tutelae exſtant exempla, aſt vnquam agnatum habilem inuitum a tutela legitima in adminiſtratione terrarum conſiſtente

(u) Omnia haec clare patent ex capite V. §. 62.

(x) Haec quoque lucem capiunt ex Capite V. §. 63.

(y) *von FINSTERWALDER erläutertes Germaniae princeps* p. 406.

te fuiſſe exclusum, non poteſt doceri, ſaltim inter exempla, quae ſupra a nobis adducta, et ab aliis ſunt notata, nullum inueniri poteſt, quod agnato eſſet contrarium. Nam licet Fridericus Pius Anno MCCCCLXXVII. ſuos conſiliarios et ſenatum Luneburgicum conſtituit tutores, id tamen non alia ex ratione eſt factum, quam quod agnatus deerat habilis (z). Poſtea inter Wilhelmum et Henricum duces Brunſuicenſes Anno MDXXXV. pacto conuenit, vt Henrico ius ſit, liberis minorennibus nominare tutores (a). An vero hoc pactum in haeredes conceptum, an ſolum perſonaliſſimum fuerit, mihi non ſatis conſtat, ſaltim, quae poſt hocce pactum exſtiterunt exempla, intentionem paciſcentium clariorem haud reddunt. Nam teſtamentaria diſpoſitio, quam de liberorum tutela Anno MDLXXXII. Iulius Dux Brunſuicenſis condidit, quaue matri tutelam et terrarum adminiſtrationem detulit, eique agnatos adiunxit, nullum plane effectum habuiſſe videtur, dum princeps haereditarius tempore mortis paternae vigeſimum quintum aetatis annum iam eſſet aggreſſus (b). Maternae tutelae hiſtoria Brunſuicenſium ducum itidem varia ſiſtit exempla. Multa tamen hic poſſunt moneri (c), ideoque per illa noſtrum principium, quod agnatus habilis in regula ab adminiſtratione excludi non poſſit, minime infirmatur.

§. XXVII.

Anhaltinorum principum recentior hiſtoria varia quidem maternae et teſtamentariae tutelae exempla exhibet, aſt ante Saeculum XVI. talia exſtitiſſe, praeſertimque quo-

Mmmm 3 ad

(z) Caput V. §. 66.
(a) Supra c. V. §. 67.
(b) Supra c. V. §. 68.
(c) Examinata ſunt haecce exempla Capite V. §. LXIX.

ad regimen agnatum excludi potuiſſe, valde dubito (d). Eadem de Marchionibus Badenſibus ſunt dicenda (e). In ſerenisſimorum Hasſiae Landgrauiorum gente ſolam locum inueniſſe tutelam legitimam, teſtantur viri, in Hasſiae rebus et monumentis verſatisſimi, nempe ILL. ESTOR et B. KVCHENBECKER (f) quorum hic: *In dem Hochf. Heſſiſchen Hauſe iſt es Herkommens, daſs die Vormündſchafft über die unmündige Prinzen von dem nächſten Stamm- und Geſchlechts-Vettern geführet werde.* Recentiori quidem tempore tutelam interdum mater ſimul cum terrarum adminiſtratione habuit, aſt ante ſaeculum decimum ſextum hoc nunquam eſt factum. Ex celsisſima Holſatorum ducum familia non alia, quam legitimae tutelae exempla innotuere, prout iam ſupra eſt monitum (g).

§. XXVIII.

In terris Megapolitanis variae de tutela ortae ſunt lites, quae ſemper in agnati proximi fauorem fuere compoſitae. Hinc ſtatus Megapolitani ducatus prouinciales clare teſtantur (h): teſtamentaria de tutela diſpoſitio *ſey ihres Landes Gebrauch und Gewohnheit, auch des Fürſtlichen Hauſes uralten Herkommen, ganz zuwider.* Inde teſtamentariae tutelae exiſtente agnato habili eoque contradicente nunquam effectum habuere (i). Imo cum Iohannes Albertus Dux lineae Guſtrouienſis liberorum matrem ſcripſiſſet tutricem, in ſummariisſimo quidem mater obtinuit, aſt poſtea reformata eſt ſententia et agnatus prouin-

cia-

(d) Cap. V. §. 71.
(e) Cap. V. §. 72.
(f) Horum verba vide inſerta Cap. V. §. 73.
(g) Cap. V. §. 76.
(h) Vide illud ſupra c. V. §. 78.
(i) Vide c. V. §. 78.

ciarum adminiſtrationem accepit ſolus (k). In ſerenisſima ducum Wurtebergiae familia nec ante erectionem ducatus (l) nec poſtea (m) agnati a cotutela et ducatus regimine fuerunt excluſi, licet quoad tutelam mater ſaepius agnato fuerit iuncta. Potius recentiorum temporum hiſtoria probat, tutores, quos pater liberis teſtamento dederat, ad terrarum adminiſtrationem haud eſſe admiſſos, ſolumque proximum agnatum prouinciis praefuiſſe ſub adminiſtratoris nomine (n).

§. XXIX.

Tandem ad familias recentiorum principum et S.R.I. comitum peruenimus. Ex quorum ſtatu hodierno, ſi iura aeſtumamus tutelaria, lubens fateor, in plerisque legum Romanarum dogmata quoad tutelarum cauſas iura praeualere patria. Hinc non ſolum per teſtamenta de tutela diſponi poteſt, ſed quoque mater ab ea haud arcetur. Id tamen ex antiquis Germaniae iuribus ſupereſſe puto, quod plerumque tutoribus teſtamento datis agnatus adiungatur proximus, et quod mater raro ad tutelam legitimam admittatur, ſaepius vero per teſtamentum vocetur. Si vero antiquiora curatius perluſtrare tempora eſſet occaſio, non dubito fore, quin noſtra magis firmetur regula, agnatum nempe proximum ab adminiſtratione prouinciarum penitus haud fuiſſe excluſum. Omnia enim, quae de recentiorum principum et S.R.I. comitum tutelis innotuere exempla, ſunt recentiora ac ex ſaeculo decimo ſexto et ſeptimo. Quae ex antiquioribus afferuntur temporibus, ſunt fidei quam maxime dubiae, et inde regulam noſtram nec firmant nec infringunt. Operae vero pretium

(k) L. C. §. 80.
(l) Cap. V. §. 82.
(m) Cap. V. §. 83. ſqq.
(n) Cap. V. §. 81. et 84.

tium facturus eſſet, qui antiquiorem perſcrutaretur hiſtoriam, et inde iura tutelaria, prout apud maiores obtinuerunt, lucem capere poſſent clarisſimam.

§. XXX.

Familiarum illuſtrium circa tutelam publicam obſeruantia, quam in antecedentibus ſtabiliuimus paragraphis vberius docet, hodie non omnes procerum domus eadem ſeruare inſtituta. Dum aliae nunquam plane proximum excluſerunt agnatum, aliae vero agnato et matrem et teſtamentarios praeferunt tutores. In eo tamen omnium fere familiarum ſuauisſimam obſeruamus conſonantiam, quod ante finem ſaeculi decimi, exiſtente et contradicente agnato, quoad adminiſtrationem regiminis tutelam haud tulerint teſtamentariam ſeu maternam, ſed ſolam legitimam. Inde concludo, ex iurium receptione peregrinorum conuerſionem iurium tutelarium Germanicorum ſuam traxiſſe originem, et hanc produxiſſe tutelam teſtamentariam et maternam, antea quoad adminiſtrationem bonorum tam allodialium quam feudalium Germanis incognitam.

§. XXXI.

Iura peregrina in Germania ſunt recepta, aſt ſaluis moribus patriis, qui vt inter priuatos, ſic maxime inter illuſtres manere debent inconcusſi (§. XIX.). Iam vero ante peregrinarum legum receptionem et ante finem ſaeculi decimi quinti pro regula in cauſis illuſtrium tutelaribus fuit ſeruatum, agnatum proximum a tutelari excludi haud poſſe regimine (§. XXX.). Ergo receptis licet peregrinis legibus, ſalua perſtitit regula, quod agnato proximo prae tutore teſtamentario deferenda ſit tutela publica. Qui regulam pro ſe habet, eius fundata eſt intentio et pro eo militat iuris praeſumtio. Ergo agnatus, qui excluſo tutore extraneo ſibi ſoli ſumit terrarum adminiſtra-

ſtrationem, pro ſe iuris habet praeſumtionem. Huius ea vis eſt praeſumtionis, vt onus probandi ab agnato in teſtamentarium deuoluat tutorem, qui tamdiu per agnatum ab adminiſtratione arcetur, donec doceat, pacto vel obſeruantia familiae Iura Germaniae tutelaria abrogata et teſtamentariam tutelam eſſe introductam. Interim non nego, huius regulae in variis illuſtrium familiis dari exceptiones, dum, deſertis patriis circa tutelam iuribus, teſtamentarios admiſerunt tutores. Aſt noſtra ideo non corruit regula licet, vel maxime numerus exceptionum tantus eſſet, vt in pluribus familiis exceptio magis quam regula obtineret. Nam ſicuti iura feminarum ſingularia non facerent regulam, licet vel maxime feminarum numerus maior eſſet maſculorum; ita quoque pluralitas et maior pars exceptionum, quae circa tutelas procerum Germaniae obſeruantur, antiquam non tollunt regulam. Aſt dicis, cum exceptiones regulam praeponderant, cur rem non inuertis? cur regulam non facis exceptionem et exceptionem regulam? Reſpondeo, hoc absque graui praeiudicio fieri non poſſe. Qui enim in regula ſe fundat agnatus, tutelam ſibi vindicans legitimam, intentionem habet fundatam, et pro eo militat iuris praeſumtio, euertenda per contrariam probationem, ſuſcipiendam ab aduerſario. Haec omnia autem inuerterentur, ſi ex regula fieret exceptio, et in agnatum deuolueretur probandi onus non ſine graui eius detrimento.

§. XXXII.

Porro, ne quid disſimulem, fateor, plerosque ICtos a noſtra diſſentire ſententia. Me tamen haud fugiunt huius diſſenſus origines et cauſae. Originem primo, deinde quoque cauſas eorum exponam. Progenuit igitur teſtamen-

mentarias maternasque illuſtrium tutelas nimius iuris Romani amor, quo ante tria, et quod excurrit, ſaecula, imbuti Icti, nil rectum penſumque habuere, quod peregrina non redoleret iura. Natum partum aluit iurium patriorum ignorantia, et hiſtoriarum Germaniae principis imperitia, quae tum inter Ictos fuit maxima. Tandem eum ad maturitatem produxit peruerſus hiſtoriarum vſus, quo neglectis limpidis iuris Germanici fontibus lucem variis iuris publici capitibus accendere voluerunt quidam ex recentioribus Iurium publicorum interpretibus. Hi anxii fuere in exemplis tutelae maternae ac teſtamentariae exquirendis. Hinc Germaniae regnantis hiſtoriam transmigrarunt, variaque pro ſtabilienda ſua ſententia ſibi notarunt exempla; aſt illa curatius examinantes, obſeruamus oculo quaſi fugitiuo, pleraque eſſe corraſa et ab autoribus malae ſaepe fidei tradita. Nihilominus tamen ex rudi indigeſtaque exemplorum, ſatis haud probatorum, mole vniuerſalem tutelae teſtamentariae et maternae obſeruantiam confinxerunt eamque eſſe fundatam pragmaticae hiſtoriae non ſatis gnaris facile perſuaſerunt. Sicuti vero, quae in vna alteraue illuſtrium familia exſtiterunt exempla, particularem ſolum familiae obſeruantiam producere poſſunt, ita quoque teſtamentaria maternaque tutela, quae in hac vel illa domo prae legitima placuit, vniuerſalem haud efficit obſeruantiam, multo minus ius abrogat patrium. Hinc tutelae maternae ac teſtamentariae defenſores ſuae parum aut nihil proſunt cauſae, licet ducenta ex diuerſis familiis pro ſua firmanda ſententia proferant exempla, dum illa, caeteris accedentibus requiſitis, quarundam quidem familiarum probent obſeruantiam, minime vero reliquis Germaniae proceribus ius ponant inuitis.

§. XXXIII.

Argumenta, quibus tutelam impugnant legitimam ſunt

ſunt ſequentia. Aſſerunt: Primo patri ius eſſe, liberis, qui ad eius τὸ ſuum referuntur, de tutoribus proſpicere et quod illis optime ſit conſulturus, eſſe praeſumendum, proinde patri, de tutela diſponere teſtamento, ius eſſe. Deinde fauorem pupilli exigere, vt tutela locum habeat teſtamentaria, quippe cui per legitimam tutelam maximum ſaepe fieret praeiudicium, maxime ſi agnati ſint diuerſae religionis, ad quod auertendum plurimas gentes agnatum plane remouiſſe. Tertio, iura Romana tutorem teſtamentarium praeferre legitimo, et haecce iura eſſe recepta ac tamdiu valere, donec contraria doceri queat patrii iuris diſpoſitio. Quarto, vſum teſtamentariae tutelae firmare tot exempla, dum quotidie in ſupremis imperii tribunalibus tutores teſtamentarii legitimos praeualeant. Quinto in Aurea bulla artic. VII. §. 4. tanquam ſingulare conſtitui, vt in Electoratibus ſola tutela legitima locum inueniat, et exinde ius commune diuerſum quid ſtatuat, eoque tutela permiſſa ſit teſtamentaria, neceſſe eſſe. Tandem quoque inter ſupremi iuris principes tutelam teſtamentariam locum inuenire, horum vero iuribus cenſeri Germaniae proceres, niſi lex vel pactum obſtet, quale hic deficeret. Haecce vero, licet ſpecie non deſtituantur, argumenta, nos a noſtra haud demouent ſententia. Nam quoad primum, minime quidem negamus, patri ius eſſe, de liberorum priuata diſponendi tutela (§. XVII.) alia vero ratio eſt tutelae publicae, ex cuius adminiſtratione non tam pupillo, quam agnatis et prouinciae imminet periculum. Ad alterum fateor, magnum ſaepe praeiudicium pupillo enaſci poſſe, ſi neceſſario ſub tutela agnati, maxime qui diuerſae eſt religionis, educari debet, dum ab eius educatione non pupilli ſolum, ſed quoque prouinciae ſalus pendeat, aſt auerti poteſt hoc periculum, ſi ſalua agnatis tutela publica pater extraneum ſcribit tutorem, eique

liberorum committit educationem. Tertium argumentum deſtruunt principia, ſuperius iam adducta. Nam recepta ſunt iura Romana ſaluis iuribus patriis, haec vero in regula non permittunt, a tutela publica proximum arceri agnatum (§. XXXI.). Quarto exempla vnius vel alterius familiae, quae forſan ex pacto vel expreſſo vel tacito tutelam probat teſtamentariam, aliis familiis, quae iura ſeruant patria, inuitis ius facere nequeunt. Quod in iudiciis imperii quotidie tutores confirmentur teſtamentarii, lubens concedo, exinde tamen id ſolum conſequi video, quod a regula plures dentur exceptiones. Ad quintum in Aureae bullae textu citato ſingularem ratione Electoratuum contineri diſpoſitionem, non concedo, dum alii iam ante nos monuerunt, A. B. legitimam tutelam non nouiter conſtituere, ſed eam, quia in Germaniae principatibus vniuerſaliter obtinuit, probare et in ius ſcriptum deducere (u). Ad vltimum denique concedo, Germaniae principes in plerisque ſupremorum imperantium iure viuere, recte tamen hoc limitatur niſi, lex vel conuentio adſit contraria. Talem vero legem, quae inter ſupremos imperantes et imperii ſtatus differentiam in cauſis tutelaribus producat, omnino habemus, et a regnis ſupremi iuris ad ducatus comitatusue Germaniae, qui feudali ſub nexu poſſidentur, nulla valet conſequentia.

§. XXXIV.

Conſtat inter omnes, ducatus principatusque Germaniae, vt et comitatus, paucis exceptis, eſſe in nexu imperii feudali. Hinc in cauſis illuſtrium tutelaribus ad iura praeſertim feudalia reſpici ſolet. Sicuti igitur tutela feudalis legitima iis defertur, quibus in feuda ſuccedendi ius

(u) BERGER *in animaduerſ. ad Coccii ius publ.* cap. XXIX. §. 17. a LEYSER Sp. 327. B. STRVVE *corp. iur. publ.* p. 653.

ius eſt proximum (C. VI. §. 22.) ita quoque in tutela illuſtrium publica regulariter ordinis ſuccedendi habetur ratio. Non igitur agnati ſolum, ſed quoque cognati (x), ſi principatus vel comitatus feudum eſt femineum, ad tutelam vocantur, quid quod? ne quidem ſimultanee inueſtitos et quibus ius ſuccedendi ex pacto competit (y), arceri poſſe ſtatuo.

§. XXXV.

Patria iura a tutela proximum agnatum excludi noluerunt. Ratio huius diſpoſitionis latet in communione bonorum, familiae adquiſitorum (z) et iure in illa ſuccedendi agnatis quaeſito (Cap. VI. §. 2.). Exinde vere prono fluit alueo, Germanica iura tutelam legitimam in agnatorum fauorem introduxiſſe. Hinc iura quidem Germanica non permittunt patri, agnatum ob ius, quod habet quaeſitum, quoad bonorum adminiſtrationem a tutela excludere liberorum; agnato tamen ſuo renuntiare fauori, nullibi eſt prohibitum. Et ſicuti recte iure ſibi competente agnatus ſe abdicat, ita dubium non eſt, quin pater facta hacce renuntiatione de tutela terrarumque diſponere queat adminiſtratione. Imo hoc quoque exinde conſequi credo, quod agnati de tutela conſtituenda per pactum inter ſe conuenire, et abrogatis antiquis patriae iuribus teſta-

(x) Sic Henricus illuſtris ob ius in Haſſiam ſuccedendi ſibi competens tutor fuit Henrici pueri, tanquam pupilli proximus cognatus. ſupra cap. V. §. 73.

(y) *Selecta Senckenbergiana* Tomo V. p. 654.

(z) Haecce communio bonorum non in allodiis ſolum auitis, ſed quoque in feudis obtinuit. Feuda enim facto adquirentis ſunt quaeſita, et vt hodie in Saxonia, ſic antiquiori tempore per vniuerſam Germaniam mediante ſimultanea inueſtitura adgnatis ius ſuccedendi conſeruabatur, quae condominium tribuebat ſimultanee inueſtitis vide B. STRVVII *Elementa iuris feud.* cap. XI. §. 43.

mentariam tutelam ſibi inuicem permittere queant (a). Parum quoque intereſſe puto, ſiue expreſſe ſiue tacite agnati in tutelae introductionem teſtamentariae conſentiant, modo, ſi de tacito conſenſu quaeſtio eſt, talia adſint facta, ex quibus clare conſtet, agnatos teſtamentariae tutelae vſum non in ſpeciali ſolum caſu, ſed vniuerſaliter probaſſe. Nam ex vnico vel altero exemplo, quo extraneus in teſtamento ſcriptus tutor terrarum adminiſtrationi ſine contradictione agnati proximi praefuit, ſtatim haud conſequitur, tutelam teſtamentariam in familia vniuerſaliter eſſe receptam, dum nec remotior proximiorem agnatum ad ſuſcipiendam tutelam cogere, nec proximior remotiori inferre poſſit praeiudicium.

§. XXXVI.

Quatenus pater tutori legitimo per teſtamentum adiungere queat cotutorem, quaeſtio eſt, aliquoties iam diſceptata. Nobis inter priuatam et publicam tutelam iterum diſtinguendum videtur. Quoad priuatam expeditum eſt, patrem de illa ex arbitrio diſponere, proximumque agnatum vel penitus excludere vel ei extraneum adiungere poſſe (§. 17.) (b). Alia vero ratio eſt tutelae publicae. Ad hanc enim extraneum vocare, patri haud permittunt iura ſuperius deducta (§. 19.). Res igitur eo redit, an per pactum ſeu obſeruantiam cuiusdam familiae teſtamentariae de terrarum adminiſtratione valeant diſpoſitiones, an vero huiusmodi deſit pactum ſeu obſeruantia. Priori caſu, ſicuti pater tutelare prouinciarum regimen, cuicunque velit, recte committit, ita quoque non eſt dubium, quin cum legitimo extraneum ſimul tutorem poſſit vocare. Poſteriori vero caſu, cum agnatis ius ſit quaeſitum,

(a) Exempla vide capite V. §. 41. 88. 94 - 97. §. 100.
(b) Exempla vide cap. V. §. 27. 31. 43. 81. 84.

tum, quod illis adimi nequit inuitis (§.XVII.), illis quoque in regendis prouinciis extraneus obtrudi nequit cotutor (c), niſi hoc per pactum ſeu obſeruantiam permiſſum ſit familiae, vel de regimine pupillo lis ſit cum agnato, aut inter pupillum agnatumque terrarum ſuſcipienda ſit diuiſio (d).

§. XXXVII.

Tutela publica in regula eſt legitima et agnatus proximus habilis nec excludi (§.XVII.) nec ei inuito cotutor adiungi poteſt (§.XXXVI.). Inde teſtamentariae de tutela publica diſpoſitiones eatenus ſubſiſtunt, quatenus illa proximo defertur agnato. Minime vero agnatus ab adminiſtratione poteſt excludi. Tunc tamen libera patris de tutela publica locum inuenit diſpoſitio, ſi agnati vel plane non adſunt, aut illi ad ſubeundam tutelam inhabiles ſunt, aut ex proximi agnati conſenſu extraneus tutor ſcribitur, aut ex pacto ſeu obſeruantia familiae praeteriri queant agnati.

§. XXXVIII.

Alia nunc oritur quaeſtio. An nempe pater tutori legitimo certam praeſcribere queat normam in adminiſtranda ſeruandam tutela et regimine? Et quidem, quod ad pupilli attinet educationem priuatamque tutelam, extra omnem poſitum videtur controuerſiam, quod patri integrum ſit ſtatuere, quem velit eſſe modum educationis pri-

(c) Quod in contradictorio obtinuiſſe, docent ea, quae cap. V. §. 84. 61.

(d) Vide c. V. §. 35. 37. penitus tamen agnatum ob diſſidias excludi non poſſe, docet exemplum Henrici illuſtris. Cui, licet ei cum Henrico puero Haſſiae Landgr. graues eſſent diſſidiae, tutela fuit commiſſa c. V. §. 73. Aliud exemplum eſt c. V. §. 78.

mentariam tutelam ſibi inuicem permittere queant (a). Parum quoque intereſſe puto, ſiue expreſſe ſiue tacite agnati in tutelae introductionem teſtamentariae conſentiant, modo, ſi de tacito conſenſu quaeſtio eſt, talia adſint facta, ex quibus clare conſtet, agnatos teſtamentariae tutelae vſum non in ſpeciali ſolum caſu, ſed vniuerſaliter probaſſe. Nam ex vnico vel altero exemplo, quo extraneus in teſtamento ſcriptus tutor terrarum adminiſtrationi ſine contradictione agnati proximi praefuit, ſtatim haud conſequitur, tutelam teſtamentariam in familia vniuerſaliter eſſe receptam, dum nec remotior proximiorem agnatum ad ſuscipiendam tutelam cogere, nec proximior remotiori inferre poſſit praeiudicium.

§. XXXVI.

Quatenus pater tutori legitimo per teſtamentum adiungere queat cotutorem, quaeſtio eſt, aliquoties iam diſceptata. Nobis inter priuatam et publicam tutelam iterum diſtinguendum videtur. Quoad priuatam expeditum eſt, patrem de illa ex arbitrio diſponere, proximumque agnatum vel penitus excludere vel ei extraneum adiungere poſſe (§. 17.) (b). Alia vero ratio eſt tutelae publicae. Ad hanc enim extraneum vocare, patri haud permittunt iura ſuperius deducta (§. 19.). Res igitur eo redit, an per pactum ſeu obſeruantiam cuiusdam familiae teſtamentariae de terrarum adminiſtratione valeant diſpoſitiones, an vero huiusmodi deſit pactum ſeu obſeruantia. Priori caſu, ſicuti pater tutelare prouinciarum regimen, cuicunque velit, recte committit, ita quoque non eſt dubium, quin cum legitimo extraneum ſimul tutorem poſſit vocare. Poſteriori vero caſu, cum agnatis ius ſit quaeſi-

tum,

(a) Exempla vide capite V. §. 41. 88. 94 - 97. §. 100.
(b) Exempla vide cap. V. §. 27. 31. 43. 81. 84.

tum, quod illis adimi nequit inuitis (§.XVII.), illis quoque in regendis prouinciis extraneus obtrudi nequit cotutor (c), niſi hoc per pactum ſeu obſeruantiam permiſſum ſit familiae, vel de regimine pupillo lis ſit cum agnato, aut inter pupillum agnatumque terrarum ſuſcipienda ſit diuiſio (d).

§. XXXVII.

Tutela publica in regula eſt legitima et agnatus proximus habilis nec excludi (§.XVII.) nec ei inuito cotutor adiungi poteſt (§.XXXVI.). Inde teſtamentariae de tutela publica diſpoſitiones eatenus ſubſiſtunt, quatenus illa proximo defertur agnato. Minime vero agnatus ab adminiſtratione poteſt excludi. Tunc tamen libera patris de tutela publica locum inuenit diſpoſitio, ſi agnati vel plane non adſunt, aut illi ad ſubeundam tutelam inhabiles ſunt, aut ex proximi agnati conſenſu extraneus tutor ſcribitur, aut ex pacto ſeu obſeruantia familiae praeteriri queant agnati.

§. XXXVIII.

Alia nunc oritur quaeſtio. An nempe pater tutori legitimo certam praeſcribere queat normam in adminiſtranda ſeruandam tutela et regimine? Et quidem, quod ad pupilli attinet educationem priuatamque tutelam, extra omnem poſitum videtur controuerſiam, quod patri integrum ſit ſtatuere, quem velit eſſe modum educationis pri-

(c) Quod in contradictorio obtinuiſſe, docent ea, quae cap. V. §. 84. 61.

(d) Vide c. V. §. 35. 37. penitus tamen agnatum ob disſidias excludi non poſſe, docet exemplum Henrici illuſtris. Cui, licet ei cum Henrico puero Haſſiae Landgr. graues eſſent disſidiae, tutela fuit commiſſa c. V. §. 73. Aliud exemplum eſt c. V. §. 78.

priuataeque tutelae ſuorum liberorum (§.XVII.). Imo nec quoad publicam tutelam pater prohibetur, agnatis certas adminiſtrationis ponere leges, et vt hae ſeruentur, ſibi reuerſales expoſcere. Et quidem, ſi patri liberum eſt agnatos per teſtamentum a tutela plane excludere, res dubio caret. Si vero teſtamentariae de tutela tabulae in familia quadam non admittuntur, res maiori ſubeſſe poteſt dubitationi. Aſt nihilominus tutorem a patre ad certas allegari poſſe conditiones, mihi omnino perſuadeo. Quod ſi enim norma a patre propoſita eius ſit generis, vt per illam ſalus tranquillitasque prouinciae vel conſeruetur vel promoueatur, quod ſi illa legibus imperii, iuribus et conſuetudinibus prouinciae vel familiae optime conueniat, cur illam ſeruare agnatus pupillorum tutor non obligaretur? Quemlibet enim tutorem, ſiue legitimus ſit, ſiue teſtamentarius, iura obſtringunt, a pupillo eiusque bonis omne auertere detrimentum, ſimulque curare, vt quacunque ratione vtilitas pupilli eiusque ſubſtantiae procuretur. Eadem quoque ab illuſtri tutore, ſiue legitimus ſit ſiue teſtamentarius, mores legesque exigunt Germaniae. Qui proinde vel ex ipſa legum diſpoſitione tranquillitatem *ſalutemque* prouinciae, quam adminiſtrat, conſeruare et promouere, imo quoque imperium tutelare ſecundum compactata iuraque prouinciae familiaeque gerere omnino tenetur. Hinc pater normam tutori proponens, qua in adminiſtratione regiminis ſecuritatem ſalutemque reipublicae, vt et conſeruationem iurium prouincialium *intendit*, tutorem nouiter non tam obligat, quam iam obligatum magis adſtringit. Et licet tutor legitimus a tutelari regimine excludi nequeat inuitus, ille tamen adminiſtrator ſolum eſt, et adminiſtratoris adimplere debet officia, et inde modum ſibi ſecuritatis vtilitatisque publicae

cau-

cauſa praeſcriptum, ſeruare minus recte recuſat (e). Si vero iniqua, ſi talia poſtularentur a tutore, quae ſaluti tranquillitatique vel compactatis prouinciae familiaeque aduerſarentur, ad haec omnia non obligaretur agnatus, tum ad iniqua nulla detur obligatio, et agnato ob ius ſuccedendi interſit, ne quid fiat, quod ſecuritati, ſaluti vtilitatique ditionis foret contrarium. Breuibus vt me expediam, agnatum obligatum puto ad eas conditiones, quae non tam nouam conſtituunt obligationem, quam conſtitutam ſolum clarius determinant vel magis firmant.

§. XXXIX.

Interdum tutela pactis defertur. Inde tutela naſcitur pactitia (f). Sunt autem pacta tutelaria diuerſi generis. Aut enim inter eos fiunt, quibus agnationis iure

(e) Exemplum in hiſtoria Palatina occurrit. Fridericus IV. Elector Palatinus a Philippo Ludouico Neoburgico, cui agnationis iure tutela debebat legitima, poſcebat reuerſales ſupra cap. V. §. 62. inſertas. Has denegabat Neoburgicus. Quod iure factum haud credo. Quomodo circa modum adminiſtrandae tutelae Electoralis Saxonicae agnatus obligari et reuerſales dare debeat. Vide c. V. §. 29.

(f) In Tubingenſi academia Anno 1716. de tutela pactitia ſuborta fuit controuerſia, dum ADAM. FRID. GLAFEY in *epiſtola ad W. A. Schoepffium de tutela pactitia, von der Vormundſchafft ſo aus zuſagen beſtehet*. Cui CHRISTIANVS HENR. HILLER *figmentum tutelae ſpeciei quartae pactitiae ſiue conuentionalis* oppoſuit. Porro de hac tutelae ſpecie vberius egit IO. FRID. HÖPNER *Schediasmatibus duobus de tutela pactitia et de tutela naturali*. ILL. a LEYSER *Medit.* Sp. 328. tutelam defendit pactitiam.

priuataeque tutelae ſuorum liberorum (§.XVII.). Imo nec quoad publicam tutelam pater prohibetur, agnatis certas adminiſtrationis ponere leges, et vt hae ſeruentur, ſibi reuerſales expoſcere. Et quidem, ſi patri liberum eſt agnatos per teſtamentum a tutela plane excludere, res dubio caret. Si vero teſtamentariae de tutela tabulae in familia quadam non admittuntur, res maiori ſubeſſe poteſt dubitationi. Aſt nihilominus tutorem a patre ad certas allegari poſſe conditiones, mihi omnino perſuadeo. Quod ſi enim norma a patre propoſita eius ſit generis, vt per illam ſalus tranquillitasque prouinciae vel conſeruetur vel promoueatur, quod ſi illa legibus imperii, iuribus et conſuetudinibus prouinciae vel familiae optime conueniat, cur illam ſeruare agnatus pupillorum tutor non obligaretur? Quemlibet enim tutorem, ſiue legitimus ſit, ſiue teſtamentarius, iura obſtringunt, a pupillo eiusque bonis omne auertere detrimentum, ſimulque curare, vt quacunque ratione vtilitas pupilli eiusque ſubſtantiae procuretur. Eadem quoque ab illuſtri tutore, ſiue legitimus ſit ſiue teſtamentarius, mores legesque exigunt Germaniae. Qui proinde vel ex ipſa legum diſpoſitione tranquillitatem *ſalutemque* prouinciae, quam adminiſtrat, conſeruare et promouere, imo quoque imperium tutelare ſecundum compactata iuraque prouinciae familiaeque gerere omnino tenetur. Hinc pater normam tutori proponens, qua in adminiſtratione regiminis ſecuritatem ſalutemque reipublicae, vt et conſeruationem iurium prouincialium intendit, tutorem nouiter non tam obligat, quam iam obligatum magis adſtringit. Et licet tutor legitimus a tutelari regimine excludi nequeat inuitus, ille tamen adminiſtrator ſolum eſt, et adminiſtratoris adimplere debet officia, et inde modum ſibi ſecuritatis vtilitatisque publicae

cau-

cauſa praeſcriptum, ſeruare minus recte recuſat (e). Si vero iniqua, ſi talia poſtularentur a tutore, quae ſaluti tranquillitatique vel compactatis prouinciae familiaeque aduerſarentur, ad haec omnia non obligaretur agnatus, tum ad iniqua nulla detur obligatio, et agnato ob ius ſuccedendi interſit, ne quid fiat, quod ſecuritati, ſaluti vtilitatique ditionis foret contrarium. Breuibus vt me expediam, agnatum obligatum puto ad eas conditiones, quae non tam nouam conſtituunt obligationem; quam conſtitutam ſolum clarius determinant vel magis firmant.

§. XXXIX.

Interdum tutela pactis defertur. Inde tutela naſcitur pactitia (f). Sunt autem pacta tutelaria diuerſi generis. Aut enim inter eos fiunt, quibus agnationis iure

re

(e) Exemplum in hiſtoria Palatina occurrit. Fridericus IV. Elector Palatinus a Philippo Ludouico Neoburgico, cui agnationis iure tutela debebat legitima, poſcebat reuerſales ſupra cap. V. §. 62. inſertas. Has denegabat Neoburgicus. Quod iure factum haud credo. Quomodo circa modum adminiſtrandae tutelae Electoralis Saxonicae agnatus obligari et reuerſales dare debeat. Vide c. V. §. 29.

(f) In Tubingenſi academia Anno 1716. de tutela pactitia ſuborta fuit controuerſia, dum ADAM. FRID. GLAFEY in *epiſtola ad W. A. Schoepfium de tutela pactitia, von der Vormundſchafft ſo aus zuſagen beſtehet.* Cui CHRISTIANVS HENR. HILLER *figmentum tutelae ſpeciei quartae pactitiae ſiue conuentionalis* oppoſuit. Porro de hac tutelae ſpecie vberius egit IO. FRID. HÖPNER *Schediasmatibus duobus de tutela pactitia et de tutela naturali.* ILL. a LEYSER *Medit.* Sp. 328. tutelam defendit pactitiam.

re tutela fuit deferenda, aut pater cum extraneo de ſuſcipienda paciſcitur tutela. Prioris generis pacta duplicis iterum ſunt generis, dum agnati vel de ordine, quo ſibi tutela deferenda, aut de modo illam exercendi inter ſe conueniunt, vel ſibi a ſe inuicem aliquid ſtipulantur, quo a iure communi recedunt aut illud firmant ſeu ei aliquid addunt. Huiusmodi agnatorum pacta valere, eo minus habet dubii, quo certius conſtat, tutelam legitimam in illuſtrium familiis in agnatorum fauorem eſſe conſtitutam, et quemlibet ſuo recte fauori renuntiare (§.XXXV.). Pleraeque illuſtrium familiae talia ſeruant pacta. Sic in Sereniſſima Saxonica Domo Iohannes Georgius III. Elector et Ioh. Adolph Dux Leucopetr. d. XII. Septembr. MDCLXXXII. de tutela deferenda pacto conuenerunt (g). Sereniſſimi Duces Saxoniae lineae Erneſtinae itidem ſua pacta tutelaria habent (§.XXIII) ſimili modo iura, quae circa tutelam obtinere debent, in pactis familiae Brandeburgicae ſunt determinata (h). Principes Schwarzburgici (i), familia Oettingenſis (k). Comites Hanouienſes (l), Hohenloici (m), Limburgici (n), Mansfeldenſes (o), *Solmen-*

(g) cap. V. §. 31.

(h) cap. V. §.

(i) cap. V. §. 89.

(k) cap. V. §. 88.

(l) ibid. §. 94.

(m) cap. V. §. 95.

(n) ibid. §. 97.

(o) ibid. §. 99.

menſes (p), Saynenſes (q), Rutheni (r), de tutela deferenda familiae habent pacta. Diuerſa ab his ſunt illa pacta, quibus pater liberorum tutelam defert extraneo. Hancce pactitiam tutelam iam in iure Romano eſſe fundatam, ſtatuunt plures, prouocantes ad varios legum textus (s). Aſt, vt nobis videtur, minus recte hoſce textus in ſuos trahunt vſus. Omnes enim non de tutela loquuntur deferenda, ſed ſolummodo obligationem inducunt pactitiam, ad tutelam vel ex teſtamento vel a magiſtratu delatam, ſuſcipiendam. Sicuti vero Germani pactis ſemper perfectam tribuerunt obligationem, ita quoque tutelam pactitiam eos admiſiſſe, iam multi obſeruarunt. Haecce tutela pactis deferenda inter illuſtres maxime vſum habet. Et quidem de priuata tutela patrem libere paciſci, eo minus dubii habet, quo magis expeditum, ei de illa liberam diſponendi facultatem denegari haud poſſe. Quoad publicam vero tutelam huiusmodi pacta in regula haud ſubſiſtunt, dum proximo agnato ius auferri nequeat quaeſitum (§.XVII.). Interim tamen eo caſu, quo pater de tutela per teſtamentum ſtatuere non prohibetur, recte quoque pactitium ſcribit tutorem (t). Caeterum ob validitatem

Oooo 2 pacto

(p) ibid. §. 100.
(q) ibid. §. 101.
(r) ibid. §. 102.
(s) Prouocant enim ad §. 9. I. et L. 15. §. 1. D. de *excuſationibus tutor.* L. 29. de *teſtam. tutela* L. 3. §. 7. L. 5. §. 3. L. 55. pr. et §. 2. *de adminiſtrat. tut.*
(t) Exempla tutelae per pactum extraneo delatae apud ILL. MOSER *Staats-Recht* T. XVII. p. 329. p. 388. Tomo XVIII. pag. 83. adde a LEYSER. Sp. CCCXXVIII. vide quoque ſupra Capite V. §. 45.

pactorum tutela pacto promiſſa inuito auferri nequit (u).

§. XL.

Ex moribus Germanorum mater poteſtatem ſemper participauit patriam. Illa proinde mortuo patre ab educatione liberorum penitus excludi haud poteſt (C.I.§.VIII.). Aſt ab adminiſtratione bonorum non ſolum feudalium (Cap. VI. §.XX.) ſed quoque allodialium (Cap. VI. §.IV.) Germani matrem excluſerunt, eique agnatum praetulerunt proximum. Eadem etiam inter illuſtres obtinuere, ita vt exempla omnium fere illuſtrium familiarum percurrentes ante ſaeculum decimum ſextum nullum inueniamus, quo mater terris praefuerit cum imperio. Innumera potius exſtant, quae probant, eam fuiſſe excluſam (x). Et licet inter priuatos receptis in noſtra fora peregrinis iuribus ad bonorum adminiſtrationem pupillarium mater admittatur, nihilominus illa in illuſtrium familiis adhuc hodie a tutela arcetur legitima (y). In iis tamen familiis, quibus per teſtamentum de tutela diſponere patri licet, in iisdem quoque mater, teſtamento *ſcripta* tutrix, admittitur.

§. XLI.

Vnica adhuc ſupereſt quaeſtio, an tutela in regula ſit diuiſa, ita vt vni publica, alteri priuata praeſumatur delata? Quae nobis neganda videtur quaeſtio. Siue enim Iuſtinianea ſpectes iura, certiſſimum eſt, tutori cum educationis cura bonorum quoque pupillarium administrationem competere, ſiue iura patria reſpicias, itidem

(u) Vide a LEYSER Sp. 328. n. 12.
(x) Exempla vide Cap. V. §. 22. 27. 39. 73. 78.
(y) Vide Cap. V. §. 80. 81. 83. 84. 101.

dem expeditum eſt, agnatum proximum in regula adminiſtraſſe bona, ſimul quoque perſonae habuiſſe tutelam. Exinde rurſus alia naſcitur quaeſtio? An nempe tutoribus teſtamento ſcriptis vtraque et publica et priuata delata cenſeatur tutela, ſi clare non expreſſum, ad quamnam ſint vocati. Nobis ſic videtur. Aut patri ius eſt, per teſtamentum de publica diſponere tutela, aut illi hocce ius minime competit. Hoc caſu tutori teſtamentario priuata ſolum, minime vero publica delata creditur tutela. Quemlibet enim ea ſolum voluiſſe, quae iure potuit, recte praeſumitur. Illo vero caſu, niſi aliud expreſſe dictum, ad vtramque tutor teſtamentarius cenſetur vocatus tutelam. Dubia enim verba ex iure communi ſunt interpretanda, hoc vero tutelam ab adminiſtratione non ſeparat. Hinc dum patri illuſtri ex pacto vel obſeruantia familiae facultas competit, de publica teſtandi tutela, ad eamque extraneum vocandi, non video, quomodo extraneus generatim ad tutelam vocatus a publica excludi poſſit.

F I N I S.

SYLLABVS CAPITVM.

Cap. I. *de patria illuſtrium poteſtate.*

Sect. I. *iuris exhibens principia* p. 5.

Sect. II. *ius patriae poteſtatis exemplis illuſtratum* p. 87.

Cap. II. *de emancipatione illuſtrium.*

Sect. I. *iuris exhibens principia* p. 167.

Sect. II. *emancipationis illuſtrium exempla ſiſtens* p. 177.

Cap. III. *de illuſtrium concubinis* p. 207.

Cap. IV. *de tutelis illuſtrium exterorum.*

Sect. I. *iuris ſiſtens principia* p. 319.

Sect. II. *tutela illuſtrium exterorum illuſtrata exemplis* p. 341.

Cap. V. *de tutelis illuſtrium Germanorum exempla ſiſtens* p. 413.

Cap. VI. *de iure, quo Germani circa tutelam allodialem et feudalem vtuntur generatim* p. 586.

Cap. VII. *de diuerſis tutelae illuſtrium ſpeciebus variiſque eam conſtituendi modis* p. 616.